# MEDICUS FAMILIARIS.

*Authore*

FABIO HERCINIANO.

Editio Secunda.

POSNANIÆ,
*Typis Collegij Societatis JESV*
Anno Verbi Incarnati 1693.

X. Jozef Tarnawski Vicedecanus
Eccl. Coll. OO. SS. Cra. A. 1787

# Author ad Lectorem

Conscripseram ante annos circiter viginti præsens opusculum, eo maximè permotus, quòd me publicæ utilitati measq; curas iã pridem Charitate stimulante dedicaverim, urgebat verò quòd magna pars mortalium, sine medico, sine medicinis maneat ac pereat sæpè, multi etiam putent in nos Nouercam se gerere naturam; dum credunt medicinas non reperiri, nisi ultra Gangem & Chinas. Vindicavi ab hac contumelia Naturam, & ostendi, inter nos esse remedia & nobiscum crescere, neq; sine Medico desperandum, si illa adsint. Quæ in nostra terra prodeunt: Nobis è cælo sunt parata & vivida & sine fraude haberi, ac sine multo pretio possunt, Nobis noster ager, noster hortus, non solùm edulia, sed etiam remedia profert, quod nostris subiectũ pedibus nostro commodo est factum, nec minus sanorum, quàm ægrè valentium.

Impressi hos meos libros statim, atq; confeci, sed cùm amplius reperiri ægrè possint, Polonis meis ut serviant, iterum subieci præ

lo:

*Io. Maluißem quidem ſermone Materno, id eſt, Lechico exequi, ſi alia negotia, quibus ferè obruor ſiuiſſent, ſed neq; ſic infructuoſos ſpero, cum minima ſit pars hominum in Polonia, cui peregrinus ſit Latinus Sermo. Valete bene, & diu læti vivite mei Poloni. Omnibus omnia fieri volumus, ut omnes Chriſto lucri faciamus, quæ cum labore didici, ſine invidia communico. Dum his uteris, per ſona Deo láudes, quibus magis egemus magis fecit nobis obvia, & nihil, quod non ſerviat noſtris utilitatibus.*

ſpes eſt vitæ. Nigra in quartana ſalutem. Cum fe-
bre verò ardenti & ſudore frontis mortem affert.

Pallor urinæ procedit ex ſummo frigore. unde plumbea letalis eſt. Pallida deſuper peſſimè caput conſtitutum. Plumbeus color ſtabiliter permanens in urina, hydropem: cum granulis in fundo, ulcera pulmonis & phtyſim. Plumbeus tenuis cui ſupernatat velut oleum, jacturam humidi nativi. Plumbeus in phreneticis mortem notat. Viridis ut plurimum eſt ex veneno, & in magna febri mortem. in pueris ſpaſmum & in nervis multos humores. Viridis cum nubecula in fundo, & dolore ſtomachi, veneni index.

Ruber color, vel ex oppilatione facta inter cyſtim fellis & inteſtina, vel ex ardore procedit. Urina rubra dicit ſummum calorem, in phreneticis verò latens ulcus. Rubra & turbida ulcus hepatis. Oleacei coloris, & pauca cum fætore mortem. Rubea in plumbeum degenerans, ulcera pectoris & phtyſim. Rubra nigro mixta hepatis inflammationem. Ignei coloris febrim, & epilepſiam Crocea icteritiam.

Urina, ſi habet ſerum bilioſum, ſanguinem notat: bilioſum: ſi pituitoſum, pituitam: ſi melancholicum, melancholiam: dicit in ſanguine turbida craſſis ſuccis venas repletas, ſed eas à natura digeri Riff.

Si modicum reddit urinæ, modicum bibit. Si bibit multum. attamen modicum reddidit, ſudavit multùm, aut ſedes habuit magnas liquidas. Si multa eſt urina, multùm bibit potiſſimùm albi vini, aut petroſelinum edit, aut ſi id non factum, conſtipatus eſt.

Multa urina in morbo calido ceſſationem morbi proximam notat, vel imitantem ſpaſmum, aut phtyſim. Urina ſine odore in ſano homine, eruditatem, & defectum concoctionis, in ægro mortem. Urina bene colorata in ſano. nimiam concoctionem aut famam indicat.

Urina matutina conſiderando eſt, quia illa diutiùs hæſit in corpore quieto, ad lumen ſolis non candelæ

ſpectanda. Colores poteſt habere 9 rubeum, flavum, clarum, turbidum, album, viridem, ſanguineum. Deinde ſpectatur quantitas, ſpuma, mixtura cum arenis &c, odor.

Rubea notat copiam ſanguinis, qui detrahendus

Flava multum calorem dulcibus abſtineat, acerba edat.

Alba multum phlegma, edat dulcia, calida,

Alba & lucens melancholiam, res delicatas edat.

Rubea valde, notat magnam febrim: ſi clara, convaleſcit, ſi denſa, malum, ſpumoſa, dolorem capitis, aut renum, opus venæ ſectione.

Flava aut clara cum ſpuma, plenum bile, frigidam bibat.

Alba & turbida notat magnam ſitim, debilitatem, prolapſum appetitum, utatur calidis, theriaca.

Alba & clara frigiditatem, calidis & humidis veſcatur.

Urina alba mulieris abſq; ſpuma, magnum frigus renum, aut matricis, utatur nuce moſcata, bibat thus cum vino. Spumoſa & turbida mulieris, dolorem capitis, debilitatem ſtomachi & renum, utatur calamo aromatico, ovo recenti. Nimis rubra retinens, ſpumam, febrim ex copia ſanguinis, qui detrahatur ex hepatica. Alba, & ſpumam retinens refrigerationem matricis, renum, aut capitis, utatur calidis. In turbida & turpi ſi color emendatur, ſanitatem futura Nigra aut viridis Luna decreſcente, mortem notat. Fœculenta in fundo colore calcis, mortem. Viridis in febriente, mortem. Similiter pauca, plena aquæ turbidæ, ſpumam retinens. Rubra cum ſpuma in medio, cum ſanguine in fundo, gravem capitis dolorem. Urina relinquatur in vaſe per noctem ſi ſit viridis, convaleſcet æger: ſi colorem non mutat, morietur. Urina mulierum ſemper eſt turbida, nunquam clara, modice rubea: Virginis ſanæ, parum rubea, clara, valde ſubtilis. Ante variolas vel dum eas pati-

tur

tur æger solet esse urina alba cum sedimento furfuraceo.

## CAPUT IV.

### *Signa ex sudore.*

Sudor assiduè fluens in morbo calidus brevẽ morbum, frigidus longum significat. Si febriens crebrò sudet, neq; morbus deficit, longus efficitur.

Post sudorem horror malus est.

Sudor magnus absq; causa indicat esse corpus plenum: & si fœteat, febrim imminentem.

Sudores qui in morbis paribus diebus, veniunt, ut die 2, 4, 6, &c periculum, vel morbum longiorem significant, itemq; mali qui veniunt milli forma, idque solùm circa caput & faciem. Sudores qui veniunt diebus imparibus, meliores.

## CAPUT V.

### *Signa ex somniis.*

Observavit Fernel. quòd passuri epilepsiam somniare soleant se ab alto præcipitari; idem somnium prænotat vertiginẽ, apoplexiam grave aliquid gestare, significat humorum copiam. Somnia ægri similia illi quæ habebat idem sanus, sanitatem. Somnia turbulenta, inordinata morbum. Sanguinei &c quæ somnient, vide apud Philosophos.

## CAPUT VI.

### *Signa ex Luna & astris.*

Solent aliqui de morbi eventu & statu divinare ex eo quòd morbus die primâ vel secundâ, vel tertiâ &c, Lunæ incipiat. Verum ista conjectura debilis. Quia non sola Luna immutat nostrum corpus, sed e-

etiam plurima alia quæ sunt intra vel extra illud. Deinde cum agentia agant juxta dispositionem materiæ, hæc vero in unoquoq; fermè homine alia atq; alia est, non poterit Luna in omnibus eodem modo de morbis censere.

Natum sub Tauro ait Io. ab Indagine, solere colicâ affligi annis vitæ 6. 8. 18. 20. 32. 44 & sic deinceps quovis anno duodecimo. Sub piscibus, obnoxios febribus calidis, torturæ ventriculi, annis 44. 56. 68. Nasci sub aliquo signo est habere illud signum in horoscopo tempore nativitatis. Natus sub Capricorno incurrit torturã stomachi, pleuram, tussim, hepatis accensionem, ventriculi apostemata. Sub sagittario, peripneumoniæ sub Virgine, pædibus ægrotat.

Observarunt quidem infelices esse Medicos, qui Saturnum aut Martem in ascendente habent, felicissimos qui Martem & Venerem in sexta domo. Observari etiam volunt initium morbi, & siquidem tunc fuerit Luna in eo signo, in quo tempore genituræ fuit maleficis affecta, vel illis opposita periclitatur æger: si fuit in beneficis extra periculum est. Sed de his plura apud Astrologos

Hippocrates & Galenus plura subindè astris tribuũt quàm sit necesse, quia Ethnici nimium adscribebant astris, & ab illis fatali necessitate hæc inferiora regi credebant. Sed & ipsa quæ referri ad astra possunt, non semper sunt certa, quia multos errores Ptolomæus in veterum Astrologia notavit, propter quos illam correxit. Sed etiam post Ptolomæum non pauca alij & correxêre, & corrigunt.

## CAPUT VII.

### *Signa partium affectarum.*

CApitis ægri sunt notæ, hebescit visus, gravantur palpebræ, sonant tempora, & aures: lacrymæ fluunt,

unt, gingivæ tument. poſt ſomnum nares opplentur, caput ipſum dolet.

Pectoris ægri. Sudor in toto corpore, ac præcipuè in pectore, lingua craſſeſcit, ſaliva fit ſalſa & amara, in lateribus eo pectore vellicatio, crebra oſcitatio, vigiliæ, ſuffocatio, ſitis, triget, pectus, & humeri, manus tremunt, ſcabies in pectore oritur, & ſicca tuſſis.

Ventriculi. Dolent inteſtina, faſtidium fit cibi, tibiæ hebeſcunt totum corpus languet, cibus & potus amareſcit corpus totum gravatur, lævum latus incēditur propter impurum jecur.

Veſicam habens ægram, parum comedit, graviter dormit, colore eſt malo, urina livida, ſupra ſinum tumor. opus adhibere ea quæ urinam educunt.

Cùm dolet caput propter ſanguinis copiam, dolor eſt cum gravedine, oculi rubent, venæ turgent, urina rubet, & craſſa eſt, taliter dolenti debet aperiri vena cephalica. Cùm dolet ex bile, dolor eſt gravis cum vellicationibus, præcipuè in parte dextra, & crebra fit ſitis ac lingua acuitur, os amareſcit, urina flavet, ſimile quid vertigini oritur. Huic remedio decoctum florum trifolii majoris, in quo manus pedeſq; detineat, cornu etiam uratur cervi ac miſceatur oleo roſarum, & fronti manè ac ſerò inungatur. Vel nidus hirundinum ex aceto coctus applicetur capiti, & purgantia bilem offerantur. Dolor ex phlegmate valde gravat additq; frigus, & tum fluit multum per os & nares, talis æger juvatur: hyſſopi, ſynapi, olibani anæ partes æque contere ſingula, addito mellis modico in aqua coque, hoc decocto gargariza. vel caſtoreum tritum, cum aqua rutæ miſce, & applica occipiti.

## CAPUT VIII.

### *Signa partium internarum bene aut malè conſtitutorum*

PUlmonum vitia notat, reſpirium difficile non offenſis

Jensis faucibus: tum stertor respirando exauditus, & tussis absq; dolore. Cùm pulmo vulneratur sanguis copiosus cum spuma fluit, cessat bibēdi appetitus æger omnia aversatur.

Iecur affectum est, si dolor in thoracê penes costas dextri lateris cum puncturis, febre assidua & tussi, & cruentum quid expuitur, & tum est pleuritis. Si verô dolor gravis cum assidua febre & sicca tussi, jecur est inflammatum. Si tumor in dextro hypocondrio Lunæ figuram exhibet, liugua sit scabra & nigra cum gravi siti & cibi fastidio, vomitus biliosi, frequens biliosa deiectio, urina crassa & flammea: jecur phlegmone tentatur.

Si dolor exortus sub costis sinistri lateris descendit in totum crus illudq; gravat, est dolor coxendicis. Si dolor sentit minimum tactum & tussi, sternutamenta, inspiratione exasperatur, sedes ejus in abdominis est musculis. Si cum dolore tumor circa sinistrū hypocondrium, estq; molestus dexter decubitus, & flatus plurimi concoctione suscitati, aut ventriculum distendunt, aut ructu erumpunt, metus simul ac tristitia oritur, lien est offensus. Si dolor fixus ex cavo quod inter costas extremas & coxendicem, & ad vesicam fere procedit, & dum alvus solvitur, cessat, vomitio varia est, & frequens urinæ desiderium cum ardore, & ipsa urina vitiosa, Ren est affectus Colicus dolor vagus & latè diffunditur, & alvo solutâ mitescit.

Si quis ter quaterve quotidie puris sinceri semilibram circiter ex alvo reddat, interdum cum fecibus, interdum solum, neq; dolor, neq; sitis sequitur, nec appetitus concidit, neq; febris est nisi lenta, tum abscessus est ruptus sub diaphragmate, aut mesenterio, quod est sensus expers.

Cùm respirationis instrumenta læduntur, tussis inveteratur, stertor fit, sputum copiosum, dolor lateris accedit, asthma & pleuritis.

Calculi signum, si dysuria acri dolore & ardore

cum

cum urina redditur, torquet, & initio redditionis pus effluit, idq; aliquando sponte sine urina, & urinæ cursus interrumpitur, & in fine redditionis dolor urget acriùs effluitq; nonnihil sabulosum ac viscosum, & dolor sæpiùs invadit partes sub dorso, tum præter calculum in vesica est ulcus in virgæ meatu.

Facies rubet cùm pulmo inflammatur.

Cor non solet corripi nisi calidis & siccis morbis, ejus affecti signa, ægrum respirium, palpitatio, pulsus vitiosus. Sed sæpè creditur cor dolere, est verò dolor oris ventriculi, aut partium vicinarum.

Hepate læso fit urina dilutior, & nimis calida, & fluxus ventris accedit.

Dolor in membranis ac musculis est acrior, in pulmone gravis.

Ventriculus malè concoquit si dolor post cibum sentitur, vel inflatio, vel vomitus.

Quodsi ventriculo humores aliunde affluant, nausea, sequitur, ructus, vomitus, singultus. Nauseam movent humores qui adhærent ventriculo: singultum qui in tunicis continentur, qui vomitu sunt ejecti, fuerunt in medio ventriculi.

Thoracis affecti signum est, respirii difficultas, hæc autem oritur, ex pleurite, peripneumonia, inflatione, & inflammatione diaphragmatis ac musculorum.

Tracheæ affectæ signum est vocis vitium.

Tussis oritur cùm tracheæ molestum aliquid incidit, vel cùm asperata est magno clamore, aut externo frigore.

## CAPUT IX.

### *Signa exundantium humorum.*

Cùm exundat sanguis, facies ultrà solitum rubet quasi ex albo, cum viget calor, vel exercitatio, pulsus, fortis est & plenus cum robore virium, urina

copiosa, somnia jucunda, oculorum venæ distenduntur, sudor manat copiosus non tamen graveolens.

Flava bilis copiosa quibus jecur corq; calidum cum siccitate, qui calidis vescuntur, qui vehementer exercentur, vigilant, curas habent, cùm hic exundat humor, color faciei pallet, pustulæ biliosæ enascuntur, habitus biliosis siccus, venæ amplæ, pulsus vehemens & velox, urina flava & pauci sedimenti, somnus lenis nec profundus cum magna corporis jactatione, insomnia belli furorisq; plena, ciborum frigidorum appetitus.

Melancholia maximè augetur in Autumno, & fit color faciei fuscus, crustæ, scabies, tales sunt sicci & macillenti, pulsu parvo, urinæ tenuis albæ ac lucidæ ac virescentis. Patiuntur metum, tristitiam, amant solitudinem, habent somnia turbida, appetitum sæpè corruptum cum ructu acido.

Pituita maximè in senio viget, & in his qui vitam agunt sedentariam, & in locis humidis degunt. Somnum amant longum ac profundum: color his faciei albicat aut plumbeus est, somnia de aquis.

## CAPUT X.

### *Signa mortui aut viri fætûs & masculi &c.*

FÆtûs mortui sunt signa. 1. Ubera Matris arescũt. 2. Fætus non movetur ut priùs, 3. E latere in latus cadit instar lapidis. 4. Umbilicus maternus friget 5. Humor fœtidus ex Matre manat. 6. Nasus Matris livescit, oculi concidunt. 7 Dolet Mater circa umbilicum. 8. Horrida somnia habet. 9. Tenasmo, & difficultate urinæ laborat. 10. Halitũ habet fædum. 11. Manum calenti aquâ imbutam vẽtri applicet, si fætus non movetur, mortuus est. 12. Fætus mortuus iisdem remediis expellunt, quæ movẽt menstrua.

Mascu-

Masculum gestat prægnans si antea pallebat, modò rubet; si non sentit magnum pondus, neq; gravatur & contra, si est debilis, pigra, est signum filiæ. Si lac album, & ita crassum, ut rei politæ injectum non diffluat, maris est signum. Item si dextra pars ventris magis tumet.

## CAPUT XI.

### *De signis vitæ ac mortis in ægro.*

QUò æger magis similis sibi ipsi sano, tantò propior est sanitati: quò magis sibi sano dissimilis, eò propior morti: & si mortuo simillimus, morti proximus Similitudo hæc spectantur. 1. in facie, 2. in naso, 3. in oculis, 4. in temporibus 5. in auribus, nisi hæc mutatio intra triduum ab initio morbi, ob magnas evacuationes ac vigilias acciderit. 6. in modo dormiendi & decubitu. 7. ex labiis. 8. ex manibus, si captent in aëre, lectum vellicent. 9. ex respirandi modo. 10, ex hypocondriis. Urina nigra in adultis, aquosa in pueris lethalis est.

Vomitus diversorum colorum proximæ signũ mortis.

Aurium dolor cum febre, delirii mortisq; index.

Urina mortifera, quæ est nigra, crassa, mali odoris. Similiter alvus liquida nigra, vel pallida, vel pinguis cum fætore ultra solitum.

Si initio morbi absq; medicina fluxerit superne aut inferne bilis atra. letale. item, si morbo extenuatur velut sanguis niger inferne fluxerit, postridie moriuntur. Item si in dyssenteria veluti carunculæ deijciantur, mortiferum est.

Hydropico si tria simul edicentur aqua, moritur.

Quem somnus in morbo fatigat, letale.

Qui ex ebrietate obmutuit si illâ digestâ non recuperet vocem; vel non superveniat febris moritur.

Quibus ægris dormientibus apparet in oculis aliquid album, non evadunt mortem.

Quibus angina se transtulit ad pulmones ferè i ntra septem dies pereunt

Febricans si absq; tumore faucium accidat strangulatio, letale.

Signa vitæ ac mortis Io: Struth, Posnanien: ad decem reponit capita. his versiculis.

*Morbus, causa, locus, symptoma, innata facultas.*

*Consimiles ægri, mos, motio, pharmaca gestas.*

hoc est, Morbus si naturâ sit letifer. Causæ morbi, quæ si positæ sunt in spiritibus, non occidunt; in bile atra, perniciosæ: in sanguine, longi morbi, itemq; in flava bile. Locus qui afficitur, si principales partes petantur; nam ulcera pulmonis letalia, itemq; scirri hepatis, cordis & diaphragmatis, & cerebri ut plurimùm, genæ pars tenuis, os, cartilago nervus, præputium, si scindantur, nec augentur, nec coalescunt. vulnera vesicæ, oris ventriculi, jecoris, & tenuiorum intestinorum non sanantur. Symptoma, hoc est, si excrementa mala, sensationes procul à naturali statu recidunt; sudores, pulsus, sputa, menstrua, urinæ lividæ aut nigra habentes sedimina, egestiones nigræ, vomitus sinceri, urina cum hypostasi alba. Facultas innata, id est, vires in morbo ferendo pares. Consimiles ægri, qui tali morbo perierunt. Mos hujus morbi an illi accesserint ulcera &c. Motio morbi, id est, initium, augmentum, status, declinatio, quàm hæc citò fiant, in statu enim vel augmento silent ægri mori incrementum est si paroxismi anticipent & longiores fiant. Pharmaca, an morbus curabilis? Gestus an æger morientium habeat, qnales sunt vellicare lectum, muscas imaginarias capere, & alij dissimiles sanorum gestibus, ut supinus decubitus, crura distenta, vel ad pedes delapsum corpus, nudati pedes, manus dispersæ, hians os in somno, vulsio festucarũ de pariete &c.

Morituri proximè ægri etiam ista sunt signa. Videtur sibi esse longior vel brevior, quàm sit, ridet plenis

nis buccis, jacet ſupinus elevatis genibus loquitur non ad propoſitum aërem non poteſt pati, à levi medicina videtur nimium juvari ex hoc quidem in febri. In aliis verò morbis, humore, melancholiis multum gravatur, amat ſolitudinem & tenebras, ac ſilentium, iraſcitur nimis fixé res iuetur : vel poſt longum morbum incipit contrahere hecticam. Sæpiùs quàm ſolet claudit & aperit oculos, ſtringit os & dentes. In parte autem eſt letale ſignum quando æger manet ſemiſopitus, & ſecum loquitur.

Senum valdè, præcedit mortem, magna eſuries.

Pueri, qui valdè citò creſcunt, & nimis ſapiunt, non ſolent diu vivere.

Signa vitæ ſunt, ſi æger in eo latere jaceat in quo ſolebat dum eſſet ſanus, ſi facilè ſe in aliud latus vertat, facilè reſpiret, de nocte ut ſolebat ſanus, dormit, de die vigilat. Si circa umbilicum & ſinum cutis eſt polita. Si corpus totum æqualiter ſudat. Si excrementa ſimilia ſani.

Morituri vitam aliquamdiu extendes. ℞. Caſtorei, macis, croci, ana æque conterantur, & ex optimo vino ægri naribus ac ori inſtillentur.

Si aſpiciens oculos ægri non videt in illis ſuam imaginem, mortis ſignum: ſed licet viderit non ſemper æger evadit.

Vulneratus ſi eſt moriturus, propinatum ſibi pulverem herbæ dictæ, auricula muris, evomit: ſi victurus eſt, retinet. Alij ſuccum rutæ naribus vulnerati inſtillant, ſi poſt illum ſternutat: vivet: ſi non, morietur.

Æſtate plures infirmantur, hyeme plures moriuntur. Verul. Peſte morituri hæc ſunt ſigna. Horrēdus vultus, varius & formicans pulſus, naſi livor, cordis deliquium, halitus fætens, inquietudo.

Dyſſenteriæ initio, ſi bilis atra fluit, letale, quia cancrum inteſtinis inducit Gaſp. Peucer. Infans an victurus ita quidam explorant, lac maternum fundit

ſuper

ſuper urinam infantis, ſi mergitur, morietur infans. ita etiam in alterius ægri urinam lac muliebre infundunt, & ſi mergitur, pronuntiant moriturum.

Moriuntur facillime retentis in camera carbonibus fumantibus, vel ſi camera ſit recenter calce inalbata.

Vitam morientis prolongat medulla panis calentis infuſa vino malvatico cum pulvere menthæ, appoſita ſtomacho, & naribus.

Somnus ſi non juvat ſed affligit ægrum, malum indicat. Si ſedes doleat, lethale eſt.

Qui diu infirmantur, plerumq; in autumno pereunt. Vomenti ſitis ſi obrepit, malum.

Capite vulnerato ſi febris accidat 4, 7, aut 11. die, letale eſt.

Varices in capite calvorum oborti, furorem prænuntiant. Oculorum rubor in febri exortus alvi diuturnam malignam affectionem ſignificat. Oculi prout in morbo validi ita corpus: & quibus valdè debiles, illis mors vicina. In auribus ſonitus & tinnitus in acutis febribus, letalis. Qualis lingua, talis urina. Tuſſis hydropicis accidens, letalis. Sternutatio ſingultui ſuperveniens ſanat illum.

Pro certiſſimo habet ſigno mortis Lenorius, ſi ab homine ſuapte abeunt pediculi.

*Signa bona ſunt in ægro*, ſi facile reſpirat, ſi latera mollia, & ſine dolore. Si veró aliquantùm intumuerunt, & digito abſq; dolore cedant, morbi longi, ſed non periculoſi eſt ſignum. Si caro calida, æqualiter in omni loco mollis: ſi ſternutat, cibum appetit, evomit bilem aut phlegma. Signa verò mala, ſi appetitus concidit, præſertim in longo morbo, ſi cibi faſtidium habeat ut eum nec videre poſſit. Si genæ protuberent: & facies introrſus concidat, niſi iſtud procedat ex longis inſomniis, vel ſollicitudine, vel alvi profluvio. Malum ſignum eſt, ſi aliqua membra frigeant, aliqua caleant, maxime dum extrema frigent, venter & pectus calet, interim parum bibit ac come-

comedit. Si volvitur, ac locum mutat, vel se discoperit quod aliàs non faciebat propter verecundiam, si oculi introrsum recedunt, tempora fiunt polita, aures frigent, fluent, contrahuntur: in facie cutis extenditur, totum corpus flavet vel viret aut nigricat, neq; id oritur ex gravi constipatione. Si oculi caligant, si unus oculus alio est minor, si os torquetur, si non occludunt palpebræ albedinem oculi. Quodsi dentibus frendeat, instar phrenesis, si fugiat lucem, si in oculis pars alba rubeat, & venulæ conspiciantur cruentæ. Si dorso incumbit manibus & pedibus extensis. Si nasus & digiti frigent, hæc signa sunt mortis. Excrementa similia illis quæ reddebat sanus, itemq; cibis proportionata, notant in proximo sanitatem, item cum lumbricis, si partes superiores ægri ardent, sanitatem, nigrà, præsertim in morbo calido, notant mortem. Strepitus ventris sonorus sanitatē.

Signa morituri ex morbo. Virium ac sensuum labefactio & motûs. 2. Contractio membrorum. 3. Saltus nervorum. 4. Perpetuæ vigiliæ. 5. Somnus languorem inducens. 6. Oculorum eminentia. 7. Aut eorum nimia profunditas. 8. Livor nasi & eiusdem extenuatio. 9. Livor unguium. 10. Sputum sanguinis nigri. 11. Cùm æger omnia sibi dicit fætere. 12. Cùm deglutire non potest 13 Cùm anhelat cum magna difficultate & attractione pectoris ad superna. 14. Appetitus ablatus vomitus cibi & potûs perseverans. 15. Manuum & pedum frigiditas. 16. Sudor frigidus circa pectus ac faciem. 17. Si jaceat supinus manibus ac pedibus porrectis. 18. Si non percipiat febrim vel alium morbum, quorum tamen sunt sæva symptomata, ut in febri sitis magna, anxietas summa, linguæ nigredo &c. 19 Si paleas pileo, festucas, veluti colligat. 20. Si in cute sunt virides aut nigræ maculæ. 21. Si egestio insensibilis nec omnia hæc signa sunt requirenda.

Vulneratus morietur. 1. Si adsit febris ardens cum

extrema

extrema debilitate virium. 2. Delirium. 3. Vigiliæ continuæ. 4. Paralysis. 5. Convulsio. 6. Vomitus Quæ etiam signa in contusis, & ex alto lapsis observanda.

Absterge pane sudorem de fronte ægri, vel saltem frica, obiice cani, si comederit, sanabitur æger, & è contra. Sputum ægri si aquæ innatat, signum est vitæ, & e contra. Item artemisiam pone sub ægri capite, si indormierit, vivet. Item ovum recens põdera, & sub ægri capite pone, iterum pondera, si idem pondus habet ac priùs, vivet, quia non prævalet corruptio. Qui morituri sunt, per triduum illis arteria in sinistro tempore non pulsat. Aliqui urinæ ægri lac mulieris infundunt, quæ si misceri possunt, vitam promittunt, sin secùs, mortem. Item succum rutæ naribus injiciunt, si sternutat, vivet. Item vulnerato dant succum pilosellæ, si evomit, morietur. Fallopia.

Mizald. jubet in urina ægri retinere per horas 24. recentem verticam, quæ si viridis permanserit, promittit sanitatem, si marcuerit, periculum.

Petr. Holtzem hæc signa ponit. Si æger benè sensibus ac potentiis utitur, appetit cibum, respirat facile, bene pulsant arteriæ, securus est. Sed si oculos frequentes agitat, timeat phrenesim. Si facies lineat, aures contrahantur, nasus gracilescat, tempora labantur, frons arescat, nisi hæc adiuturna vigilia, vel dyssenteria processerint, mortis sunt signa. Itẽ si oculi multùm rubeant, vel lachrymentur, si lucem fugiant: si venæ marcescant, si oculi subito claudantur, & se aperiant, si alter sit minor, visus deficiat, si puncta in angulis fiant, palpebræ liveant, neque hoc a medicina præcessit, letiferum est. Si lingua in acutis morbis nigricet, febrim ardentem promittit, si scindatur, mortem, sed cùm labra scinduntur, vitæ est indicium, livida labra mortem notant, si febricitans dentibus strideat ac deliret, mors instat.

Aures

Aures si doleant Iuveni in acuta febri, letale: sed si pus album emanet, salubre. Srernutare in fine morbi bonum, initio malum. Fætorem si æger sentit, mors. Si corpus arctatur, intra ardeat, extra frigeat, lingua titubet, cùm respirandum est in lecto se elevet, ulcus liveat, aut siccum pereat, lotium supprimatur, ungues nigrescant, manus liveant testibus attractis, intrò si mentula cedat, mors in proximo.

In febribus continuis pustulæ per totum corpus, maxime nigræ letales. Si variet morbus, sitis oriatur & cesset, delirium fiat & resipiscat æger, & iterum deliret letale. Si in ventre iaceat, nudis sit manibus aut pedibus, manus invertat, frigeat, delirium instat. Frigidus halitus periculosus. Sputum pallens bilem, spumans phlegma nigrum melancholiam, rubens sanguinem notant: sed nigrum, mortem nunciat. Vomitus variorum colorum letalis, item si in lævo pede nigra compareat pustula.

Si pauciora sed fortiora in ægro sunt mortis quàm vitæ signa, & si plura sed debiliora sint vitæ, morietur æger. In acutis morbis fallunt signa, quia morbus variatur, in morbis partes spirituales afficientibus plùs pulsui quàm urinæ fidendum. in dubiis quorum causæ abditæ, nihil certi de vita vel morte prædici potest.

Pulsus arteriarum habeant moribundi diversissimos pro morborum ratione, sed cordis mucro primus quiescit, tum medietas, deniq; auriculæ.

In variis morbis hæc ponit signa Petr: Holtzem. *In lethargo* urina alba letalis. Item lethargus in Iuvene letalis, vel si letargo febris, aut dyssenteria accesserit, si facies nigrescat.

*Urina* bullosa renum longos morbos notat; sed si capilli, aut carunculæ excernantur, purgant se rene

*Calculus* hæreditarius non curatur, nec fæminarum propter menstrua, item illorum qui arenas excernunt inquit Holtzem.

*Vulnus*,

*Vulnus* letale est, si secetur cor, cerebrum, septũ transversum, tenue intestinum, uentriculus, iecur, vesica, renes, pulmones; & isti secti emittunt sanguinem spumosum.

*Vertigo* caducum morbum gignit, si caput incipiat dolere, sanitas.

*In Epilepsia*, in pueris locus victus mutetur, gravida sanatur si pariet, si Quartana seni adveniat, pueris autem si scabies cepta accedat. Incurabilis ex spermatis putredine vel menstruorum consistentia.

*Apoplexia* ex lethargo vel phrenetide lethalis.

*Paralysis* curabilis in membro gracili.

*Spasmus* non accidit quartanam patientibus, & ab illo liberat ex frigore vel repletione curabilis. si ex veratro, vel febre, vel menstruo, scorpio, mors

*Angina* cum febri maligna, incurabilis. Vel si facie livescat, cavi oculi, lingva nigrescat, salvia fluat, corpus frigeat, sine tumore.

*Asthma* lethale, si halitus è naribus frigidus, pulsus tremulus, febris acuta cum siti, dyssenteria, sudor vehemens, vomitus, sanguinis fluxus, hoc in senibus. In iuvenibus fit gibbus, si ex debilitate capitis oriatur incurabile est.

*Tussis* si salsa, phtysim & vomicam adducit, & si cessante febri sit, eam acriorem adducit, in gravida sæpe partum eijcit; & in pueris rupturam, in adultis sputa cruenta & puris, si flammatis testibus adveniat eos sanat, vel e contra.

*Peripneumonia* seu Pulmonia si sputa non exeunt, mors. Si delirent, vigilent, nimis dormiant, ungues nigrescant; si sternutatio lædat, vel ex lecto æger assurgit, mors die septima. Si dyssenteria aut fluxus sanguinis, vita.

*Pleuritis* cum siti, in somniis vomitu, vel ad claviculam, vel hypocondria descendat, vix curabilis si bona sputa, bene, mala, male erit.

*Phtysis*, si nigra est fætida sputa, mors, item si capilli

pili defluant, item si pedes tumescant, vel sputa desistant, vel spasmus evadat, nausea, sitis, ungues curventur, facies livescat, dyssenteria, incurabiles.

*Palpitatio* cordis fit in angusto pectore, & corde frigido, si spasmus accedat, mors.

*Deliquum* si in corde, mors, obnoxij illi biliosi frequentia deliquia ordinariè velocem morte. Item si sudor frigidus, facies nigrescat. Curabile est, si à stomacho proveniat.

*Colli dolor* ex frigiditate nervorum, ut non possit deglutire letalis.

*Stomachi* dolorem frequentem deliquia sequuntur, in gravidis, abortum, & mortem. Vel si frigeant externæ partes, letale.

*Nauseam* dyssenteria curat, si conjungatur vomitus niger, & facies maculis tergatur, mors

*Appetitus* nimius in morbo dicitur Pus, lepram, hydropem & scabiem adducit.

*Diarrhæa* sanat lippos, linguam impeditam.

*Iecur totum inflammari*, mors, maximè si febris acuta accedat & singultus.

*Hepatis* obstructio cito curanda, aliàs hydrops.

*Hydropi*, si accedit febris acuta, letale. Item si tussis magna, nisi dyssenteria levet. Pejùs, si à jecore quàm à splene incipiat, levior quæ ab aqua quam quæ fit à ventis. Cùm crura tument, brachia, facies senis rarò curatur.

*Volvulus* si stercora revomat, mors, si singultus vel spasmus conjungitur, delirium, mors. Vel si lotium supprimatur mors, ni febris sequens lotium, solvat arthritim sæpè generat, letalis senibus.

*Vermes*, initio febrium egerere aut sanguinem, notat venenum & mortem.

*Lienis morbi longi*, & si ultra annum sint, non curantur.

*Renum dolor* in senibus diuturnus, si inflammentur cum delirio, mors aut calculus; hæmorrhoides sanans

Qui suffocatur, si illi spuma ex ore prodiit, morietur.

In phtysi letale, si capilli defluant, & sputum carbonibus injectum fœteat, & si profluentibus capillis superveniat fluxus alvi, pereunt. Subitaneè moriuntur, qui graviter, frequenter, absq; causa animo deficiunt.

Ileos quando succedit stranguriæ absq; febre & urinæ fluxu, mors intra diem septimum.

Prægnans si morbo acuto corripiatur, letale. Pingues valdè, minùs vivunt quàm macriores.

Sudores frigidi cum mitiore febri longum morbū, cum acuta mortem asserunt.

Rigor in febre non intermittente cùm æger debilis est, letalis est. Item si partes externæ frigeant, internæ urantur: item si difficultas spirandi & delirium accidat, si arescat ægro cutis absq; sudore, letale. Si in urina sit spuma cava, hoc est, circa vitrum est alba, intra verò albedinem nigra, vel infra eam; signū est mortis.

Circulus interior in urina viridis, est in ictero, aut infectione matricis, incurabilibus.

Color rubeus vrinæ hydropici, mortalis. Urina alba tenebricosa, mortis signum: viridis, letalis: item citrinus cum spumis, icterum ad mottem. Nigra cum nebulis, mortem.

Si æger diductum ita os teneat vt pollex immitti possit, mors est proxima.

Schwentei & alij sic explorant, an vulneratus sit moriturus, ferrum illius tinctum sanguine sic calefaciunt, ut tamen possit manu retineri, tum aspergunt pulvere santalorum & hæmatitis. Sudabit sanguinem ferrum. Si æger moriturus, aliàs siccum manebit. Si tamen hoc verum.

C A-

# CAPUT XIII.

## *De Convalescentia.*

SI æger post morbum non recuperat vires, recidet. Similiter, si ex cibis non proficit.

Post diuturnas febres oriuntur tubercula in articulis.

Post morbum quâ parte dolor, illa datura est abscessum. Tormina post medicinam tolluntur sumpta dr. unâ theriacæ. Vires post morbum restaurat, amygdalarum partes tres, medullæ panis triticei partes duas, saccari candidi partem unam, addito salis modico, contere, misce cum aqua rosarum fiat jusculum. Debilitatem ex morbo roborat, anisi dr. duas radicem tormentillæ unam, coque in vino ad tertiæ partis consumptionem bibat calidum mane & serò. vel conservam florum rosmarini sumat. Vel betonicæ drachmam jejunus in potu. vel decoctum betonicæ cum baccis lauri sumat. vel garyophilorum contritorum drachmam cum lacte.

Emaciatum ut restaures, farinæ optimæ triticeæ libram, seminis melonum recentium libram sc: id est, dimidiam. Seminis papaveris albi non rancidi unc. 4. Saccari unc. 8. Semina siccentur in fumo temperato, & terantur, asperge hunc pulverem aquâ rosarum, & misce, pone in patina novâ vitreata, superpone massam panis non duram, tum orbe fictili tege, & claude ne possit exhalare, pone in furno tepido per unam noctem, de hac materia sumat æger manè duas uncias in jusculo lib. ss. caponis non salito & dormiat. *Corrrborat languentem sine morbo* coquuntur in vino salvia, ruta, rosmarinus, hoc decocto lavetur caput bis aut ter. *Corroborat caput, præservat à paralysi, calculo.* Origani, anisi, fæniculi, liquiritiæ, cumini, coriandri. Dyctamni regalis, cinamomi, garyophillorum, nncis Mo-

ſcatæ, cardui benedicti piperis nigri, hyſopi, betonicæ florum roſmarini, florum boraginis, majorunæ in umbra ſiccatæ & tritæ, ana æqui miſce, fiat pulvis, ad *ejus* unciam adde ſaccari duas, æſtate dimidium cochlear, hyeme ſumitur integrum. *Vires reparat, à contagio præſervat, & ſanum conſervat* Roſmarini unc: 4, Salviæ 4, Rutæ duas, abſynthii duas, ſi dandum eſt habenti ſtomachum frigidum, addantur unc. duæ cardici benedicti. Reducantur omnia in pulverem ſubtiliſſimum, & teneatur in ſacculo ſtrictiſſimè. Drachma ponitur ſupra linguam & ſuperbibitur vinum ut puluis cum eo deſcendat in ventrem. opus continuatione.

℞. *Pro potibus dulcorandis* ut retineatæ claritatem hoc modo ſaccarum præparatur, affunditur in patellam aqua cum ſaccaro contuſo, quod ubi ſolutum fuerit, affunditur albumen o i priùs optimò agitatum, & cum ſaccaro optimè miſcetur, attrabit ad ſe ſordes, & reijcitur, ſaccarum autem potui affunditur.

# CAPUT XIV.

## *Varia ex Hyppocrate de ſignis collecta.*

**A***Bortus:* ſequitur gravida ſi ſanguinem mittat idq̃ quò major fætus, ſi alvus nimis fluat, ſi mammæ repentè gracileſcant, vel dum gemellos portat, dextra extenuatur maſculus moritur, ſi ſiniſtra fæmella. Si nimis tenuis ſit prægnans, bimeſtrem abortit, ſi febricitant, periculum.

*Abſceſſus,* id eſt bavitates faciunt ulcera, quæ ultra annum durant, vel propè, ubi convaleſcentibus dolet, ubi abſceſſus ſit. Si ſiat in febri abſceſſus & febris. non ceſſet, diuturna erit.

*Acceſſione* morbi cibum non offer, Si in pleuritico ſputum ſtatim apparet, morbus brevis: ſi poſtea, longus. Si eâ horâ febris invadat qua reliquit, difficilè eſt negotium.

*Acidus*

*Acidus ructus* non magnam pleuram notat.

*In acutis morbis* raro purgandus. Si gravidam talis morbus corripit, letale est, vel si extremæ partes frigeant.

*Æger* dum cibatur benè post morbum, nec convalescit, malum.

*Æstivæ quartanæ* breves, Autumnales longæ, si hyemem attingant.

Post æstum magnum convulsio aut detensio, malum.

*Apoplexia* maximè fit ab anno 40. ad 60.

*Albus* in juvene sicca, in sene laxatur, & è contra & meliùs habent dum non sicca alvus. Si lienteriam sit, hyeme per superiora non purgentur, humectantur alvi, ubi convaluerit is, cui in febri alicunde sanguis largè effluxit.

*Amarum os* per superiora purgari debet.

*Angina* si fit in collo tumor, benè, vel in pectore cum rubore.

*Anxietatem*, oscitationem, horrorem, curat vinum æqualiter mixtum cum aqua, potum.

*Aqua* multa calida capiti superfundatur, si febris non ex bile fit, sanat.

*In ardenti febre* tremor, delirium inducit.

*Articulos* tubercula invadunt aut dolores, qui febres longas patiuntur.

*Ex Asthmate* aut tussi, quibus gibbi fiunt ante pubertatem, citò moriuntur.

*Aures*, si ex febri obsurdescant, sanguis ex naribus aut alvus turbata, morbum solvit.

*In Autumno* morbi exitiosi, phtysicis tempus malum est. Si autumnus austrinus post æstatem boream & siccam, hyeme tusses, dolores capitis, raucitates gravedines, imò & phtyses in autumno & vere potissimum podagra viget.

*Balbi* diarrhææ longæ maximè obnoxii.

*Bilis atra*, si erumpit in quocunq; morbi initio,

 letale

letale eſt, & ſi ab atra bile dyſſenteria incipit, letale.

*Bilis flava* ſi deijciat, ſurditas accedit, & é contra qui habent copiam bilis non admodum flatuoſi. Quibus cerebrum ſciſſum, cum febri, bilis vomitum patiuntur.

*In Bubonibus* omnes febres malæ præter diarias.

*Cancer* occultus non debet curari, aliàs morietur homo.

*Capilli* in urina vel carunculæ, à renibus eunt.

*Capitis* dolorem notat ſaltem futurum, urina turbata qualis in jumentis. Lac dare dolentibus caput, malum. Cui pars poſterior dolet, prodeſt venam rectam in fronte ſecare. Cui dolet caput, ſi pus aut aqua aut ſanguis per nares fluit, ſanat. Capitis dolore ſani correpti ſubitò, ſi obmuteſcunt & ſtertunt intra ſeptem dies moriuntur, niſi febris accedat. Poſt ictum capitis, ſtupor, malum. Spumoſi excrementa in diarrhæis, à capite fluunt.

*Caro* livida ſuper oſſe ægrotante, malum.

*Cerebrum* diſcindi, letale, & febris, & vomitus bilis eis accedit, ſed ſi concutiatur, obmuteſcunt.

*Cibos* ægri æſtate autumno non ferunt, ſed hyeme. Cibus poſt morbum ſumptus, ſi non auget corpus, malum. Cibi plus quàm opus ſumptum, ſudor multus in ſomno, vel famem notat. Cibi averſatio in longa dyſſenteria, malum.

*Collum* ſi febricitanti invertatur ſine tumore, ut vix cibum ſumere poſſit, letale.

*Conceptioni* apta mulier ſi tecta ab intra ſuffiatur & odor per os ejus tranſeat.

*Convulſio* in febri acuta circa viſcera, malum. Cõvulſio ex elleboro, letalis. Si immodicæ purgationi ſuccedat, malum. idem de ſingultu item malum, ſi fluxui muliebri ſuperveniat, item poſt ſanguinis fluxum, vel poſt æſtus vehementer, aut vigiliam. Ebrius, ſi ſubito obmutuerit, convulſus moritur, niſi febris accedat, vel proloquatur quando crapula ſolvetur.

*Cordis* morsus & ventriculi æstus in febribus, malum.

*In corpore* ubi inest sudor, ibi morbum significat, item ubi calor notabilis aut frigus.

*Cutim* habentes aridam sine sudore moriuntur, secus laxat.

*Dejectiones* nigræ sponte exeuntes, pessimæ.

*In dyssenteria* veluti carnes exeuntes, letale.

*Delirium* cùm sedat somnus, malum. Si accedit.

*Delirium* in febre & difficultas spirandi, letale.

*Dentes* in febri lentore obductos habentes, graviter patiuntur. Dentitionem febris convulsiones, pruritus gingivæ, diarrhææ, maximè cum canini dentes prodeunt, antecedunt.

*Dementiæ* cum risu meliores quà seriæ, si ex multo vini potu accedant, malum. item, si post sangninis fluxum, vel post ileon, vel post ictum capitis, vel vigiliam.

*Diarrhæam* solvit vomitus suâ sponte veniens in pleuritide aut peripneumonia, malum. Si lippienti accidat, bonum. item, si ei qui phlegmate albo laborat.

*Diem septimum* indicat quartus, & octavus alteram septimanam, id est 11mam & 17mam.

*Dolorem* non sentiens mente ægrotat.

*Dolores* supra septum transversum sursum purgantur, intra septum deorsum.

*Dolori* ventris vehementi si succedat frigiditas partium extremarum, malum.

*Dyssenteria* si ab atra bile incipit, letalis, vel si fluant ut carnes; si lienoso venit, vel hydrops, vel lienteria, & mors succedit. Lienis si succedit, bonum. si post maniam veniat, bonum. Succedit autem post diarrhæam, & illi lienteria.

*Ebrius*, si subitò obmutescat, & febris non accedit vel non loquatur post ebrietatis tempus, moritur.

*Elleborus* ut moveat, corpus move; ut sistat, domum.

*Epilepsia* ante pubertatem curabiles, post 25. annum, vix.

*Erisipelas* gravidæ in utero facta, letale.

*Febribus* deficientibus si exteriora frigent, interiora cum siti ardent, letale.

*Fames* siccat corpora, in ea labore abstinendum.

*Febres* acutas senes non habent, quia calor deficit. *Quartana* æstivæ breves, autumnales longæ potissimum, si hyemem attingunt.

*Febrim* melius est convulsioni supervenire, quàm è contra, in febri si non minuitur corpus, longi morbi signum. Cum æstas veri similis febricitantes æstuant. Si sexto die rigores habeant, morbus difficilis. Si tumore non existente strangulatio veniat, letale, item si collum obruitur, ut vix deglutire possit, idq; sine tumore. Sudores in febri boni 3. 5. 7. 9. 11. 14. 17. 21. 27. 31. 34. qui alijs diebus accidunt longitudinem morbi & recidivam notant.

*In Febri* acuta sudores frigidi, letale, in mitiore febri morbum longum. Febres continuæ si tertio die fortiores, periculum. In febribus longis tubercula, ut dolores circa articulos fiunt, & tales cibis pluribus utuntur. Rigor in febri continua ægro jam imbecillo, letale vel si externa frigeant, & sitiat intimis ardentibus letale, vel si labrum, supercilii, oculus, aut nasus pervertatur, non audiat, non videat, jam imbecillus, mors proxima, vel si asthma aut delirium accidat letale.

*Febricitanti* sudor superveniens morbo non deficiente, longus morbus. Febris solvit convulsionem, aut distensionem. Si obsurdescat, & sanguis è naribus fluat aut albus turbetur, febris cessat.

*Febris* redit nisi in paribus diebus desinat, si accedat regius morbus ante septimum diem, malum, bonum autem si 7. 9. 11. 14. nisi dextrum hypocondrium durum fuerit. Circa ventriculum æstus & cordis morsus, malum. Ex somnis pavores aut convulsiones, malum

malum. Spiratio offendens, malum. Si urinæ ut juventi turbetur, aut est aut erit capitis dolor, hic nocet dare tali. Si tremor fit in febre ardenti, delirium succedit. Si in urina velut farina crassa subsidat, morbus longus. Febrim non à bile ortam solvit aqua mulò calida capiti affusa. Si hepar doleat, febris liberat.

*Fluori* muliebri, si accedit convulsio & animi defectus, malum.

*Furfures* in urina, scabiem notant in vesica.

*Gibbi* ex asthmate aut tussi ante pubertatem, letale.

*Hæmorrhoides* longas curando, una relinquenda, aliàs hydrops, aut phtysis, ex melancholia insanientes salvant hæmorrhoides.

*Hepati* inflammato singultus accedit. In ictericis hepar durum, malum. Hepatis dolorem febris solvit.

*Horror* post sudorem, malum.

*Hydropem* siccam seu tympanitem intestinorum dolor, & circa umbilicum labor, & lumborum angor, si non potest ab ullo medicamento solvi, adducit.

*Hydropicis* ulceri in corpore non facilè sanentur si aqua quæ in venis est in alvum fluxerit, sanantur Si inciso pus aut aqua ubertim fluxerit, moriuntur si tussis supervenerit, malum. Hydrops post maniam bonum.

Intestina tenuis scissa, non coalescunt.

*Lac* potest habere mulier, quæ nec peperit, nec gravida est, dummodo menstrua defecerint. Malum lac in febri, & quibus caput dolet, & sitibundis, & qui multum sanguinis fuderunt.

*Lassitudo* spontanea morbum significat.

*Lienosis* si dyssenteria succedit, bonum.

*Lippientem* si diarrhæa corripit, bonum.

*Luctuosa* respirationes in acutis morbis, malum:

*Lumbos* dolentes, & intestina, si medicina non ju-

vat, ſiccam hydropem faciunt, ſed per inferiora pur-gandi.

*Mingere* noctu multum exiguam dejectionem ſignificat.

*Poſt morbum* ſi non juvatur cibo ſumpto, opus majore cibo, ſi autem cibum non appetat & non ſirmetur, vacuatione eget. Si autem bene capienti cibum corpus non ſirmetur, malum. item nauſea.

*In Morbo* partes ad umbilicum & imúm ventrem attinentes craſſas eſſe melius, quàm extenuari;

*Morbos* prænuntiat autumnales cum eodem die calor & frigus eſt, & graviores autumnales quàm verni.

*Morbi puerorum* cum circa pubertatem & menſtruorum eruptionem non mutantur, ad ſenium perdurant.

*Morborum initio* ſi bilis atra exierit, letale. Sudor multus frigidus longiorem, calidus breviorem morbum notat.

*Mulieres*, ſi auſtralis hyems & pluvioſa fuerit ver autem ſiccum & aquilonium, ſi partus illis ad ver immineat, facilè abortiunt, vel pariunt imbecillos, morbidos, vel ſtatim morientes, dyſſentericos, ophtalmucos. Si gravidæ ab acuto morbo corripitur, letale, ſi ei vena ſecetur, abortit. Si mulier ſanguinem vomat, & menſtrua erumpant, ſanatur, ſi menſtrua deficiant, & ſanguis è naribus fluat, bonum. Menſtrua ſi ſint decolorata, nec eodem tempore erūpentia, purgatione opus. Si ad mammas ſanguis devolvatur, fiet maniaca. Nauſea ſine horrore & febri prægnantis ſignum

*Menſtrua* ſiſtet cucurbitas maximas ſub mammis applicando. Podagram pati mulier poteſt, menſtrua deſint

*Mulieri* ſecundinæ excedunt dato ſternutatorio.

*Muti* repente cum dolore capitis & ſtertentes, niſi febris accedat, in ſeptem diebus moriuntur.

Nervus

*Nervus* ſciſſus non coaleſcit.

*Nocturno* appetitui bibendi ſuperdormiendum.

*Nutriendo* corpora impura magis lædes.

*In Oculis* dormientium commiſſis palpebris, ſi alibi aliquid apparet quod non eſt diarrhæa aut medium purgante proveniat, letale.

*Oculorum* dolores ſolvit, aut meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut venæ ſectio, aut purgatio.

*Omentum* ſi excidat, putreſcit.

*Os diſciſſum*, nec coaleſcit, nec augetur.

Ulcera annua cicatrices cavas relinquunt.

*Pleuritide* aut peripneumonia laboranti ſi diarrhæa ſuccedat, malum, poſt pleuritim peripneumonia malum. Poſt peripneumoniam pleuritis, malum.

*Phlegma* ex capite defluit in diarrhæa, ſi excremẽta ſpumoſa.

*In Phreneticis* urinæ albæ perſpicuæ malæ.

*Phtyſicis* ſuperna purgatio non conducit. Phtyſis accidit maximê intra annos *18* & 35. ſi illis ſputum carbonibus impoſitum fæteat, & capilli à capite fluunt, letale, & diarrhæa ſuperveniente moriuntur. Si ſpumantem ſanguinem expuunt, is venit à pulmone. Si diarrhæa ſuperveniat, letale, & ſi ſputum detinetur, letale.

*In Pleurite*, ſi morbi initio ſputum apparet morbus brevis, ſi poſt, longior, & ſi intra 14 dies per ſuperiorâ non purgantur, fit empyema. & ſi adhuc, ſi per ſputa intra 40 dies non purgentur, fit phtyſis.

*Ex Potatione* multa rigor & deſipientia, malum.

*Pueros* epilepticos mutat ætas, locus, victus.

*Purgatio* non deſinit, donec ſitis oriatur. purgationi immodicæ, ſi ſingultus aut convulſio ſucceſſerit, malum. Purgantia quibus conferunt, verè adhibenda.

*Pus* aut ſanguinem mingere, renum aut veſicæ eſt exulceratio, poſt ſputum ſanguinis pus ſpuere, malum

*Puſtulæ* latæ non valdè pruriunt.

*Quar-*

*Quartana* æstivæ breves, autumnales longæ, maximè si hyemem attingant.

*Renum* morbum longum significant bullæ in urinis

*Rigor* febre non deficiente imbecillo corpore, letalis, & si incidat sexto die, difficilis. Qui febre ardente laborat rigor eam solvit.

*Sanguis* per superiora malum, per inferiora bonũ, si fluat, dejectiones nigræ, malum.

*Sanguis* in febribus multus aliunde erumpens alvos deinde humidas reddit.

Sauguinem repente mingere venulæ è renibus ruptionem significat. Sanguine multo fluente, si convulsio aut singultus successerit, malum.

Sanguinem spumosum expuere, fit à pulmonibus.

Sanguinis fluxum delirium consequens malum.

*Septum* transversum discindi letale.

*Singultientem* liberant sternutatoria.

*Somnus* laborem inferens in morbo, letale.

*Strangulatis* si spuma circa os fuerit, non redeunt ad vitam.

*Hydropicum* si tussis corripiat, desperatum est.

*Ulcera* denigrat frigida aqua, circumquaq; glabra maligna sunt, in hydropicis difficulter sanantur.

*Vomitum* si sequatur singultus, & oculi rubent, malum. Sangvinem vomere cum febre malum.

*In Urina* arena calculum notat, inæqualis urina corpus perturbatum notat, bullæ longum renum morbum.

*Vulneri* si supervenit convulsio, letale.

# SECTIO II.

## *Varia curationem in genere spectantia & Universalia.*

HAbebit hæc sectio plura capita, de quibus primũ erit, 1. De accessu ad curationem, 2. De venæ incisione. 3. De purgationibus 4. De sudoriferis. 5. De exercitio. 6. De præservatione à morbis. 7. De anni temporibus. 8. De diæta. 9. De cauterio. 10. De sanitatis conservatione. 11. Tabula Medicinarum 12. De dosibus. 13. Herbarùm Nomenclator. 14. De vocibus Medicis. 15. De Medicinarum simplicium nominibus. 16. De ijs quæ pro aliis supponnntur. 17 De Medicinis universalibus. 18. De usu cæli in Medicinis.

## CAPUT I.

### *De accessu ad curationem.*

MEdicina semper nocet sano, ægro non semper prodest, ait Celsus. Ab initio morbi non solùm delectus fiat ciborum, sed etiam abstinentia.

Non omnibus etsi iisdem morbis eadem prosunt. Cibi tempus est cùm febris finita.

Quartana febris neminem jugulat, sed rarò, nisi vere solvitur. & facilè redit, si quis die simili quã illa cessaverat, non vitat frigus, calorem, cruditatem, lassitudinem.

Initio morbi pro medicina sunt, quies, sitis, inedia Lac in capitis doloribus, & acutis febribus pro veneno est.

Alvus absq; febri fluens ante septimam diem non est sistenda, alioqui febres excitat, & curatu redditur difficilis.

Soporifera nonnisi in maxima necessitate exhibenda.

Morbi

Morbi ex plenitudine curantur evacuatione; ex alijs causis orti, contrariis medicinis.

Cùm morbus nec in pejus, nec in melius mutatur, exiguus cibus est exhibendus, semper autem fovendus æger eo modo, ut nec vires amittat, nec morbum irritet. Victus humidus febrientibus, pueris, & illi assuetis convenit.

Cùm morbi sunt in ægro contrarii v. g. febris & hydrops, illi prius obviandum qui urget magis.

Qui in morbo non reficitur cibo, vel illo ampliore eget, vel evacuari debet, cibus autem & potus quantò gratior, tantò magis nutrit.

Bilis purgatur per vomitum in ijs, qui facilè vomunt: pingues per inferiora, & tantò magis phtysici & melancholici. Æstate vomitu, hyeme purgatione succurrendum.

Post sumptum purgans medicamentum, prodest exercitatio.

Qui sine febre cibum fastidit, vertiginem aut morsus ventriculi patitur, debet purgari.

Surditas orta ex morbo solvitur, si bilis infernè fluat, & si hic fluxus cessaverit oritur surditas.

Gravidis à mense quarto ad septimum non datur fortis medicina.

Componere medicinas & magnam rerum peritiam, & judicium requirit.

Si quâ horâ præteritus febrilis paroxismus cessavit, eâdem sequens redeat, difficilè curatur morbus.

Sudores in febre qui aliis diebus accidunt quàm 3. 5. 7. 8. 11. 14. 17. 21. 27. 31. 34. longitudinem morbi & recidivam indicant.

In febribus si æger obsurduit, accedente fluxu alvi & narium cruore, sanatur, in ijsdem spiratio, quasi interrupta convulsiones significat.

In ardenti febre tremores sequitur delirium. Vulnera non tumescere, malum est. Item esse undiq; glabrant.

Nobilissi-

Nobilissima applicatio medicinæ, quæ fit per unctionem spinæ dorsualis. Nic. Zerbus.

Prius cognoscendum quis sit morbus, quibus ex causis processerit; quæ vires ægri, quæ ratio victûs, somni, exercitij, dum sanus ageret, quàm præscribenda medicina, alioqui eveniet illud ludicrum.

Si vis sanari de morbo nescio quali,
Accipias herbæ, cujus vel (nescio) quantum
Ponas nescio ubi, sanabere nescio quando.

Platonis in Tymæo & Hippocr: sententia est, ne pharmacis utamur, quando aliter valetudinem tutari possumus.

Solutivæ medicinæ sunt dandæ ante cibum, vomiticæ pleno stomacho post cibum. Fortibus mediciuis prodest indormire, sed non debilibus, istæ enim vires amitterent. Dum cruda materia morbi est, priusquam ipsa moveri incipiat, non sunt danda solutiva. Humorem ut expellas prius illum in corpore solvas. Inflammationes initio morbi non tollendæ. Ante purgativa dandæ sunt confortationes, ne malitia sua noceat purgatio, & natura corroboretur ad eijciendum. Dum alvus constricta est non per os; sed ab infra solvenda, idq; ante medicinam. Oportet videre ne sit ex defectu humoris morbus; tum ergo purgatio noceret. In febribus post effusam urinam & sudorem, & nonnisi post tempus longum à paroxismo, & in frigido dentur solutiva. Dum cibus est in ventriculo medicina dari non debet, quia cibi concoctionem impedit. Ut tardiùs julepus aut sirupus à ventriculo recedat, pulveres aliqui antea dandi: ut verò citiùs, dandi sunt postea pulveres. Solutiva in pilulis danda sunt ante somnum, electuaria primo somno absoluto, potiones manè. A cerebro si humores detrahendi, majores dandæ pilulæ, & fortiora pharmaca: ab intestinis, mitiora. Post medicinam sumendum est juscculum, ut abluat madicinam. Invitus ad medicinam nemo compellatur.

tur. Tussientibus dulcia, & lenter calefacientia prosunt: acetosa & acida nocent. Confortantia medicantia medicamenta quocunq tempore sumi possunt. Constrictiva alvi antequam sumantur. Constringenda est alvus modicé, nec danda pitvitosum aut biliosum habentibus ventriculum. Quæ capiti applicãtur frigida, priús quàm calefiant ab eo removenda, priús quam frigescant. Saporifera post duas horas á cibo dantur. Febrientibus & biliosis mel & saccarum in bilem transit.

Humorum excessus se produnt tumoribus, quis verò humor excedat, hinc colligitur. Sangvinei excessu est dolor, calor, rubor & tensio. In pituitosi, frigiditas, mollities, dolor, non admodum acutus. In biliosó, color citrinus, & pallidus: dolor mordax, sed sine partis duritie. In Melancholico durities, tensio, partis livor & dolor per intervalla pungitivus. Speciem humoris etiam indicant periodi & motus: paroxismorumq; exacerbtione in tumoribus & apostematibus. Nam in vere & horis matutinis major est incitatio sangvini. In æstate & horis meridianis, bilis flavæ. In Autumno & horis vespertinis melancholiæ. In hyeme, & horis nocturnis, pituitæ, & ijsdem temporibus fiunt exacerbationes.

In quovis etiam morbo notanda sunt quatuor. Principium, incrementum, consistentia, declinatio, & pro istorum ratione varianda remedia. Tumores, dummodo motus eorum repercutientibus non intercipiatur, nec ipsimet sine occasione manifesta in corpus retrocedant, quatuor modis terminari solent. In sensibili transpiratione, seu resolutione humorum. Suppuratione, quando materia coquitur, & in pus abit. Induratione, quando degenerat in scirrhum, tenuiore videlicet parte humoris resoluta vel absumpta. Partis corruptione & gangrænâ, quando pars ipsâ humoris copia vel malignitate, vel utraq; deducitur ad hoc, ut ejus actio naturalis pereat. Et hoc evenit

evenit quando tumoris vel apostematis accidentia, scilicet, calor, rubor, dolor, pulsatio, tensio, fuerint atrociora quam esse soleant.

Ne ægri fœtore inficiant radicem ellebori in ore tene, vel aliquid simile quod suo loco contra pestis infectionem præscribimus. Non quævis medicina etsi pro simili morbo cuiq; competit ægro, neq; statim reÿcienda, si non statim juvet, sed iteranda, si non nocet. Diversæ sunt vires ægri & sani, ideò non eadem medicina, nec dosis eadem, idem de viro & sene. Semper totius dosim minuere, quàm augere, antequam alicujus temperâmentum agnoscas, quod maximè valet, in febri intensa & maligna. Maximè curanda est alvi dejectio, in cujus facilitate magnam sanitatis partem constituunt Hyppocr. & Galen: è contra, constipationem multorum & gravissimorum malorum originem.

Non omni mense eodem modo corpus constituitur, proinde non eædem dandæ medicinæ. Galenus, Non confidendum in cloaca quâ æger utitur, etiamsi clausa & cooperta; quia inficit.

In morbis consideranda sunt, causæ, signa, tempora, ætas, vires, consuetudo ægri.

Oculis applicanda sunt semper actu frigida. In laxando opus est esse Medicum parcum, in reficiendo liberalem. Cibi salubres non prius exhibendi quàm corpus à noxiis purgetur. Obstructiones in jecore per purgativa: in Capite per ambulationes ante & post cibum curandæ. Bilis in ventriculo quæ caput afficit. Purâ expugnanda, deinde mellinum unguentum æstate, hyeme nardinium, mediis temporibus mastichinum adhibendum. Pituita quæ in ventriculum naturâ frigidum defluit, vult diatrionpipereon, vel diacalamentum, vel diaspoliticum, vel album piperem mane ex aqua, absynthium affigit pituitum ventriculo, aloë etiam bilem attrahit. Clysteres de-

bilibus admovendi. Bili flavæ quæ proſunt, eadem ſanguini; quæ pituitæ, etiam melancholiæ.

Virtutes naturales juvantur ſapore, vitales odore, animales ſono grato vel colore. Balnea nocent debilibus, vomentibus, bilem ructantibus, ſanguinem ſtillantibus, dyſſentericis, & valdè conſtipatis. Bilis naturalis in juvenibus rufa, in pueris ac ſenibus crocea, in viris vitelli colore. Abſtinentia à cibo & potu initio morborum utiliſſima.

Ne tangendo ægros inficiaris ſucco vedbeuæ manus unge, imò contra venenatos halitus eundem ſuccum bibe. Medicinam ne æger evomat, ovum aſſum ad guttur alliget, vel manus in aqua frigida teneat.

Pilulæ ne moveant nauſeam ægro in pulvere liquiritiæ volutentur.

Qui medicinas evomit, ſuadet Io. Harfurt Virdung, ut cum eas ſumit nares claudant, ne odorem earum percipiat. Deinde linteo aquâ pleno collum anterius retineatur, & facies aquâ proluatur, ac tantillum panis uſti ponatur ante nares, vel ſuprà ſtomachum applicetur, ventoſâ. Purgantia medicamenta neque calidiſſimo, neq; frigidiſſimo danda tempore.

Evacuati ſufficienter corporis ſignum eſt ſomnus multus poſt medicinam ſecutus. Opiatæ medicinæ non ſunt exhibendæ, niſi poſt ſex menſes ab earum præparatione. Reſtringentes dandæ poſt fluxum ventris ante cibos. Vomitivæ ante cibum immediatè dantur ut ſtomachum vacuent; poſt cibum verò duabus horis quæ caput ſunt evacuaturæ.

In deſperatis morbis diſcernuntur columbæ vivæ, & plantis pedum applicantur, & hoc ſæpius repetitur.

Clyſter ſi remaneat in corpore, inijciēdus eſt alius ex oleo calido, detur etiam ſuppoſitorium ex ſtercore glirium.

In Paralyſi & venenis à vomitu incipit acrutio ad hoc valebit Mercurius vitæ gr. duo vel aqua benedicta Rulandi, vel ſal vitrioli cryſtallini.

CA-

# CAPUT II.

## *Venæ incisio & cucurbitæ.*

FActa incisio venæ absq; necessitate, ait Spanberger, inducit hydropem, paralysim, apoplexiam, & similia. Fieri debet in necessitate, ventre vacuo, & exonerato ab utrisq; fecibus, die sereno. Caveant ab illa qui sunt debili stomacho qui multum vigilarũt aut venere usi item cavebatur olim ante 14. annos ætatis. Ex nimia dimissione sanguinis oritur lepra, pustulæ, caligant oculi, & aliquando mors accidit subitanea. In vere & æstate & dextra parte sanguis detrahitur, è sinistra per hyemem & autumnum.

Si partes afficiuntur supra claviculas, vena in cubito secatur. Si inter claviculas & renes, vena in cubito aperienda. Si subter renes, poplitis vena secanda. Sleskowski.

Crassus & durus sanguis est signum melancholiæ, & obstructionum. Aquosus hepatis debilitatem notat: ejusdem defectum subalbus & flavus. Albus humiditatum copiam. Viridis defectum circa cor, vel caloris naturalis excessum. Cæruleus defectum splenis. Spumosus defectum pulmonum. Spumosus & rubicundus, sanguinis abundantiam. Spumosus & flavus aquam circa cor nimiam. Niger & desuper aquosus, febres: si infra fuerit aquosus, hydropem.

Venæ sectio, ait Ramzov. multum vitalis spiritus emittit, & si quis in nativitate caudam draconis habuit in aliquo signo, eodem signo & gradu ascendente, venam secet, peribit. Melius uti cucurbitis. Hirundines manè sunt virulentæ, quare sub meridiem adhibendæ, capiendæ dum summus æstus quæ habent acutum dorsum venenatæ sunt.

In sanguine mittendo non tam ad ætatem quam ad robur attenditur. Sanguis in macilentis copiosior quam in pinguibus;

Post quartum diem morbi venam secare vetat Corn: Celsus, in impetu febris gravi nullo modo aperienda. Cibo non digesto non emittendus sanguis urgeat necessitas.

Nervum si læsit Chyrurgus sequitur nervorum distractio: si arteriam, non sanatur, & aliquandò facit sanguinem vehementer erumpere. Crassus & niger sanguis vitiosus est: ruber & pelluceus, bonus, alesq; retinendus.

Cum occiput dolet, vena frontis aperitur. Sanguinis fluxus è naribus modica & quasi tantùm in speciem affert commoda, ultimòq; effluunt fæces. Sleskowski.

In febribus continuis statim ab initio secanda est vena, item in angina, pleuritide, peripneumonia, mane id faciendum, sed non a somno. Venam aperire non licet, quando quis constipatus, nisi prius fuerit clystere solutus, aut suppositoriis. Ne verò dum vena aperitur, patiatur quis deliquium, panis in succo granatorum, aut jure acerbo, prius detur, quia prohibet ne humor acer decidat in stomachum. Humorum boa est proportio, cùm sanguis duplus est ad phlegma, ipsum verò duplum ad bilem flavam, & ipsa dupla ad atram. Qui venam sæpius in Autumno secant, obscuritas visus, & sæpe illis cæcitas accidit. Facta è directo humeralium venarum sectio oculorum dolores sedat. Lævæ manûs sectio spleneticos, dextræ hepeticos juvat. Sangvinem educere per ventre perinde est ac venenum propinare. Venæ crurum & cepis, deme illam quæ sub mento est, post cibum aperiendæ: quæ sunt in brachiis, ante cibum. Pharmacum notabile post venam apertam non detur intra triduum.

Ad venæ sectionem non procurrendam facilè nisi esset sanguinis nimietas, nam è vena dimittere sanguinem, est detrahere elimentum corpori detractio verò alimenti nisi in ni mietate non competit, quodsi ma-

lus

lus fuerit sanguis, non eo ipso quòd ille detractus bonus generabitur. In febribus, ait Galenus, plus uno accessu difflatur, quam biduo generetur, interim opus est membra sanguine nutriri, jam verò detracto sanguine famentibus membris languorem sequi necesse, quo facto, non facilè morbus profligatur. jam verò quia detraho alicui alimentum, nunquid humores putridos corrigo qui sunt in corpore? quodsi cum sanguine inutiles affluant humores, potius utili relicto inutiles emittendi: refrigerat venæ sectio, sed simul de calore vitali furatur. Idem teste Galeno in Hectica non secatur vena, etsi illa egeat refrigerio, quia modicus est sanguis, atq; ita jam corpus deberet esse refrigeratum, contra verò est, itaq; nec sanguinis diminutio per se refrigerat. Magis verò æger febriens refrigarari deberet nivibus sepultis, si refrigerari oporteret. Præterea, potissimùm contra febrim venæ sectio adhibetur, ut æger frigescat, at verò magis, ut diximus frigesceret nivibus, nec tamen ideò sanaretur. Nihilominus tamen cum bono judicio sanguinem mittere est utile. 1. Quia ex sanguine est calor, eo enim minuto calor minuitur. 2. Sanguinis missio prohibet ne sanguis in membrum fluat copiosius illudq; inflammet, ut fit in pluritide, & phrenesi, proinde videndum ut illa vena secetur quæ habet connexionem proximam cum parte affecta. Humores tumendo fluentes in partem certam non possunt retrahi sectione, nisi humor in vena contineatur. In plethora secunda est vena interioris cubiti dextri, quia validissime trahit à vena cava, & a iecore, si plethora sit e sanguine bono, aut bilioso, si ex redundantia melancholiæ, secanda in cubito lateris sinistri. Basilica evacuat totum corpus, maximè verò partes infra collum. Cephalica haberet partes supra claviculas sitas. Mediana, à superioribus & inferioribus partibus revellit, vena cruris ex partibus infra renes. Vena cubiti renes inflammatos curat, item sistit, fluxus menstruorum, & hæmorrhoidum. Ad

Ad phlebotomiam tria concurrere debent morbus magnus, ætas florida, virium robur, si morbus ex plethora sit, vel immineat, eget venæ sectione, cum plethora diu sanus homo esse non potest. Morbus magnus non solùm ille qui magnus est, sed qui etiamsi parvus sit, afficit partem nobilem v. g. pulmonem, jecur, lienem, pericardium. Si necessitas urget non habendo ratio ætatis. ætas est bona, in qua sunt vires bonæ, sed pueris & senibus modicus sanguis detrahendus. Sanguinis deperditio per Venerem irreparabilis est, quia demit de spiritu cordis innato. Qui per venæ sectionem convalescunt, facilè recidunt, post sectionem plerũq; crisis deficit; sudor cessat, quia sanguis introrsum recurrit ad evacuatas replendas venas, per sudorem verò plerumq; cessant febres. & cùm recurrit ad interiora sanguinis etiam humorea sequuntur, quos oportebat ab infernis ad pellem amandari. Præterea sanguinis missio debilitat, quod patet ex eo, quia copiosè demissus minùs debilitabit, & si in robustis non ita appareat, sed in ægro sine noxa esse non potest, utpote quem jam ipse morbus, inediæ, vigiliæ anxietates, sudores, fregerunt, quo verò magis æger debilitatur, difficiliùs sanatur. Nec frustra Sacer textus dixit alicubi; Vitam animalis esse in sanguine. Natura cum medicinis debet sanitatem operari, sed debilitata minùs operabitur. Refrigerat venæ sectio & non tantum inutilem effundit calorem, sed etiam convenientem, hoc verò diminuto, tanquam fractio naturæ in pede, segniùs procedere curationem est necesse. Hæc propter illos dicta, qui in quocunq; morbo sine discrimine procurrunt ad sanguinem, non dijudicando mane? Cæterùm venæ sectio est laudabilis cum ratione facta etiam in pueris. Alex. Bened. ita de venæ sectione. Tenuiores magis detractionem sanguinis sustinent, pinguiores læduntur. Ex uno humore nihil sanguinis dimissione nocentiùs. Arteria incisa neq; coit, neq; sanatur. Ex larga sanguinis

guinis detractione mali generantur humores. Alvo adstrictis non convenit sanguinem mittere. Sanguinis frequens dimissio oculorum claritati obest. Hactenus ille. *Ut sanguis è vena secta fluens sistatur.* Fabæ albæ cortice detracto cinerem insperge.

Hectico & Hydropico venæ sectio non prodest. Impium est vulnerato sanguinem subtrahere, & in frigida infirmitate, ait Leonar. *Floravant.* *Ut venam latentem* in pingui homine aperias, cucurbita magna applicetur, hæc venam extrahet, quæ ubi aperta est, iterum applicanda. Idem agendum cum hæmorrhoidalibus si intus latent, sed ferro nunquam aperiendæ, quia sanguis non sisteretur. Zacus. In vere & æstate fit incisio in parte dextra, in autumno & hyeme, in sinistra. Sanguis durus & crassus, signum est melancholiæ, & obstructionis. Sanguis aquosus indicat hepatis debilitatem. Subalbus & flavus defectum hepatis. Albus copiam humiditatum. Viridis circa cor vitia, aut caloris excessum in genitalibus. Cæruleus defectum splenis. Spumosus pulmonum defectum. Spumosus & rubicundus sanguinis abundantiam. Spumosus & flavus nimium aquæ circa cor. Nigro si aqua supernatet, febres: si aqua sit subtus, hydropē. Ruber cum aqua supernatante, bonam complexionē. Sanguis è vena procedens, ruber, crassus, politus, notat sanitatem. Colore scarlati & sero quasi lacteo circumfusus tussim, & rheuma. Sulfurei coloris & citò concrescens, ac fragilis, brevem vitam. *Sanguisugæ decidunt* sale vel cinere conspersæ.

*Vena frontis* aperitur in dolore capitis, phrenesi, stupore, initio cataractæ, dolore oculorum, morphea, pustulis faciei. *In lingua* aperitur, in gulæ inflammatione, ravulæ, nasi, dolore dentium, carbunculo, suffocatione, oris, palati, contra erisipelas faciei. *Vena per spatulas* aperitur in hemicrania, inflammatione oculorum, fluxu sanguinis ex naso, tumores gulæ, aperitur hæc vena inflexura brachij. Prope hanc in

brachio vadit *basilica*, seu *hepatica* secatur, contra plenitudinem humorum, contra febrim, inflammationes jecoris aut stomachi, pulmonis, lienis, contra pleuram, malo cordis, fluxum è naso sanguinis, aut aliunde. *Media* in malis pectoris, capitis, & cujuscunq; partis. In manu vena in pollice ad eadem aperitur, ad quæ præcedens. *Salvatella* quæ est intra anularem & minimum digitum, aperitur in longis morbis, in oppilatione jecoris lienis, in quartana, passione cordis. Hæ duæ venæ in manu sectæ minùs debilitant, quia minus effundunt spirituum cum sint parvæ. In pede est, *Staphena* sive Matricaria, contra mala Matricis, & illa quæ intra cingulum, *Sciathica* est in cavicula externa. Istæ novem venæ aperiri solent, sed in malis jecoris aperiuntur in parte dextra, in malis lienis in sinistra.

Sanguis in vena est crassus rubeus obscurat, in arteria subtilissimus, rubeus, clarus, spumosus, vena est immobilis, arteria semper movetur, arteria nunquã aperienda. Nervus qui ab osse procedit, vocatur ligamentũ: qui à musculo, tendo, alii à cerebro, primi carent sensu, ut & tendentes, & nullo modo incidantur. Non sanatur iterum vena si post primam sectionem paroxismi facti sunt citiùs venientes, longiores, acerbiores.

*Venarum incisio* seu phlebotomia

Item *Basilica* in passionibus hepatis & splenis, non profunde secetur, quia sub se habet arteriam.

*Cephalica* contra dolores capitis & morbum caducum nulla ei subest arteria, idem facit salvatella.

*Megiana* seu communis cordis & matricis vita juvat. Quid egi sunt in uno ad cancrum semiginem.

*Post aurem* ad catharrum, Hemicremiam.

*Vena* temporum ad superfluitates oculos offundendentes & dolorem antiquum oculorum.

*In medio frontis* ad turpia ulcera, phrenesim, dolorem retro capitis.

Sed

Sed omnes venæ capitis post comestionem aperiendæ exceptâ vena sub mento.

*In nasi* summitate, ad febres acutas, fluxum oculorum, faciei rubedinem.

*In angulis* oculorum ad mala oculorum.

*Labii* inferioris, ad rupturas gingivarum, oris ulcera.

*Sub lingua* ad squinantiam oris, apostemata dentium dolores & vitia oris.

*Sciatica* in pede contra sciaticam.

*Saphena* ad testium scabiem & mala matricis, fiat sectio post prandium.

*Inter pollicem & primum pedis digitum*, ad idem.

*Sub genu* & vesicæ & arthritis, succurrit malis

*Supra pedicam maiorem* contra ophtalmiam, faciei pustulas, menstruorum retentionem, conceptionem.

Supra minimum pedicam ad choleram.

Sub talis interiores contra calculum

*Sanguis* dum fluit, si frigidus est, statim claudenda est vena, vel si nimis calidus & subtilis, alias deliquium. item accipe guttam supra unguem, si diffluit, vena claudēda quia nimis aquosus.

Crassus nimis si gutta aquæ injecta mergatur. Si supernatat aquosus, si in medio stat, bonus.

*Nigror* infundo in scutela melancholiam, mucus instar ovi albuminis, phlegma. Purus seipsum notat *Spuma* crocea vergens ad ruborem choleram

*Aqua* coagulato supernatans sanguini si separatur bene, bonam digestionem in hepate, & è contra, si nimium huius est humoris, defectio digestionis & debilitas, stomachus frigidus & hepar notatur. *Caruncula*, bonæ digestionis, si intra digitos pulverizentur lepram propinquam.

Aqua & infra & supra sanguinem, hydropem.

*Spissus* sanguis mala pectoris.

Colores sanguinis è vena missi sunt isti. *Flavus*, malum notat circa splenem. *Glaucus* malum jecoris.

ris. *Rufus* cum nigro circulo debilitatem capitis. *Rufus* niger, durus, ceagulatus, paralysim. *Niger* aquosus nimis, febres quartanas. *Purpureus* rubeus, non obscurus, bonus. *Scintillaris* rubedinis & croceus, choleram. *Albus* lividus si sanguis sit viscosus, phlegma. *Viridis* adustionem cholerae. *Niger* valdè lividus melancholiam ex adustione. *Insipidus* phlegma *Amarus* choleram. *Acetosus* melancholiam aut phlegma acidum. *Salsus* phlegma salsum & adustionem humorum.

*Sanguis* qui citò coagulatur, crassus, qui tarde subtilis, indigestus. Scissus cultro si statim cedit subtiliis, è contra viscosus, si scindi non potest ut aqua sed solùm dividitur, subtilis indigestus.

*Vena* si tumeat post phlebotomiam, rutam absynthium, hordeum contunde & emplastra calide.

Post sectionem venae cibus nimius non ingeratur, ne fiat subita mutatio.

Cucurbitae materiam vacuant, dolorem mitigant, phlegmonem minuunt, ventositates carminant, appetitum revocant, debilem stomachum roborant, haemorrhagias prohibent, menses cient, aut nimios cōpescunt. Tempus illarum hora diei tertia, luna crescens, dies australes. Cùm dolor est biliosus & sanguineus capitis, occipiti cum scarrificatione applicantur. Contra pustulas ruboremq; faciei, intra scapulas, & cubitos, ad manusq; exteriores & sub mento. Si fronti admoveantur, idem faciunt quod venae cephalicae sectio. Si scapulis, & ad cubitos perinde sunt atq; si mediana secaretur, supra renes & anchas, ac si basilica. Cùm oculi chronicè rheumatisant, admoveantur thoraci aut scapulis cum scarrificatione. Contra apoplexiam prosunt maximè collo impositae. Cùm naris dextra fluit, dextro apponantur hypocondrio, cùm sinistra sinistro. Mènsibus nimis fluentibus, applicantur sub mamillis, ut verò menses fluant, femori aut cruribus. Hirudines & crassiores cucurbitae à

profun-

profundiori ſucces extrahunt. Cucurbitæ minorem è proximo.

Buchacius ita jubet detrahi ſanguinem. Ex fronte contra dolores capitis, cerebri, & oculorum. ſub lingua contra dentium dolores, catharros, ranas. Ex mediana contra laterum, capitis, ventriculi. In manu dextra è capitali vena, contra aurium, oculorum, gutturis, linguæ. Ex baſilica contra ſcapularum & lienis. Ex jecinorali, contra jecoris, pulmonum, ventriculi, lateris, dorſi. Ex pulmonaria oculis & lieni prodeſt.

Sanguis ſpumoſus præterea notat tuſſim, & pulmonum affectiones: Craſſus pectoris mala, lividus hepatis; viridis cordis; flavus jecoris: ruber durus cum circulo concreto periculum quotidianæ febris: niger de ſuper, periculum frigidæ febris: inferiùs multùm aquoſus, periculum hydropis, ruber cui humor clarus innatat, ſignum eſt ſanitatis. Sangvinei in dextro cubito manè venam incidant, baſilicam ſeu jecinorariam: phlegmaticus concoquat priùs humores aliquibus ſyrupis, tum purget, poſt purgationem verò calidos ſumat cibos, ut ventriculum confortetur.

Vena frontis ſecurè aperitur, quia non habet prope arteriam, cavendum ne perfodiatur, ut tunica capini quæ eſt ſub illa lædatur. Vena linguæ ad latera habet arterias, idcirco etiam ſecurè aperitur. Sed modicum ſit vulnus, quia difficulter ſanguis cohiberetur. Humeraria etiam caret nervis, ſed cavendum ne lædatur caput muſculis hinc enim dolor & inflammatio, cavendum etiam ne muſculus tegat vulnus, quia eadem mala ſequerentur. Baſilica cum nervis colligatur, proinde non fiat inciſio profunda, & eſt periculoſa hujus venæ ſectio. Sub media eſt nervus, proinde cautè agendum: Salvatella non profundè incidatur ob nervos qui ſub illa facile ſanguis ſiſtitur, cùm ſit parva. Saphena aperitur vel in malleolo, vel in pollice pedis, non eſt periculoſa, quia caret nervis

In

In Martio nullo modo secatur vena, sed neq; in Iulio, neq; in Augusto, neq; in Octob. neq; in Ianuario.

Venæ post aures aperiuntur contra gravem squinantiam, raucedinem. Supra palpebras contra stuporem mentis. Hæmorrhoides sunt quinque, aperiuntur contra morbos cerebri, lienis, hepatis, matricis, Venæ manuum post cibum secantur.

Cucurbitæ sub barba applicatæ dentium & capitis dolorem minuunt. Sub pectore, sistunt muliebria, & sanguinem de naso. In natibus & inferius trahunt totius corporis sanguinem. Supra genua, idem præstant & omnia tollunt ulcera. In tibiis, movent menstrua, & quæ supra talos. In vertice capitis faciunt contra amentiam, sed corrumpunt memoriam. In occipite prosunt oculis, & pustulas in gingivis, & fætorem oris tollunt. In putidis, dolorem humeri & colli levant. Sub scapulis gravedini pectoris prosunt. In lumbis, totum corpus purificant.

## CAPUT III.

### *Purgantia & alvum obstructam solventia.*

PUrgat extremæ sumpta drachma radicis brioniæ. Purgat leniter, ℞. therebinthinæ dr. tres, rheubarbari, senæ, ana dr. *1*, saccari q. s. Purgat vinum, in quo pruna sicca, ficus siccæ, uvæ passæ jacuerunt, donec turgerent. Villanov.

Purgat humores & stomachum stabilit, Radices apii, pulegii, fæniculi, anethi, gummi, mellis ana æqu. in aceti duabus libris per diem jaceant, deinde coquantur ad tertias & colentur, ad hunc succum admisce mellis despumati libras tres, & coque ad consistentiam, postquam ab igne removeris, adde zingiberis

ris unc: unam, agarici ser. octo diagridii unc: unam, serva in vase vitreo.

Purgatio secura pro omni ætate. Senæ mundæ, polypodii una unc. ss. sem. fæniculi, zingiberis, una dr. unam ss. saccari cādidi unc ss. misceātur, & ebulliant in aqua vel bono vino, & sic per noctem relinquantur, hæc infusio sumatur mane, & duabus horis ante cœnam, dosis minima, uncia. Aliqui se purgant gemmis sambuci versùs terram vulsis, eas modice faciunt in aqua bullire, tum condiunt aceto, sale, oleo, addunt passulas.

Sed miror cùr in compositionibus Medicinam, antiquis usu perpetuo probatis relictis, novas ipsi potiùs moliamur aut sectemur. certè illis veteribus nec scientiâ, neq; experientiâ pares sumus, & sæpe non aptè species combinando non leviter in mortalium vitam delinquimus, sed hæc obiter dicta. Qui purgationibus frequenter utuntur citò senescunt, ait Razou. quia ferè semper purgantibus medicinis venena admiscentur. Hanc purgationem ipse laudat. Fol. senæ mundatorum unc: unam cinnamomi, zingiberis (hæc corrigunt malitiam senæ) dr: quinque saccari candi unc. ss. saccari communis dr. sex. bulliat in sero lactis caprin lib. duab. per quadrantem, maneant per noctem, dosis mane & ante cœnam unâ horâ unciæ quinque.

Addamus & alias æquè laudatas. Syrupus purgans vitia ventris. Pulpæ tamarindum unc duas. Iuiub. Sebesten ana xx prunorum Damascenorum, Caricarium pinguium ana x. Hordei integri manip ss, polypodii querni unc. duas ss. Fæniculi dulcis dr tres. Coquantur in aquæ fontanæ lib: septem ad defectionem lib: duarum, colentur, & calidæ adhuc colaturæ addantur fol. senæ unc. duæ Agarici trochisc. Rhabarbari ana unc. ss. stent in infusione calida per noctem, postea leniter exprimantur & colentur, colaturæ additur mannæ calabrinæ, Mellis rosati solut un

octo. Saccari libra coquantur ad consistentiam syrupi, adijciantur cinamomi dr. duæ zingiberis crasse contusi drachma, vel syrupi conservæ zingiberis, macis, ana scrup. duo. Item, Pulvis purgans, datur horâ ante vel post cœnam. Mechoacæ dr. duas. Turbioh albi & gummosi, diagridii, zingiberis, ana unc. ſs. tartari crudi drachmam. Foliorum senæ unc. duas, cinamomi drachmam. Seminum anisi dr. unam ſs. Fæniculi unam. Corvi scrup. duos croci drachmã Saccari unc sex, dosis drachmam in cerevisia calida. *Pilulæ Catholicæ.* Mercurii dulcis scr. ſs. Essentiæ Mercurii gr: sex, Extracti ellebori nigri scrupulus. Olei cinamomi gutt. tres, fiant pilulæ, tribus continuis diebus sumendæ, & post duas horas superbibitur jusculum. *Purgons nec odore nec sapore* molestum & efficax. potest intra saccarum misceri. Mechoacæ radicum dr. ſs. in unio, vel brodio gallinarum, additur modicum zingiberis albi, vel radicum Aronis pro stimulo. non lædat ventriculum, phlegma purgat uterem, bubones gallicos, & alios multos morbos. Quo radix illa condidior, eô melior. Noduli etiam, Rhabarbari, Agarici, senæ vino imponantur, & vinum bibatur.

*Purgantia si nimis purgent* vinum & oleum statim dandum. Frigida poma Saccarum rosaceum; sylvestrium prunorum succus. Thus, Rosæ siccæ. Cornu cervi ustum. Rosæ sylvestris semen. Corallia, Acetum. Illinatur verò extra, theriaca, Mentha, Glãdec. Lentissim à resina. Thus, Fasciis æger constringatur. *Roborant post purgationem* Rosæ siccæ, Garyophilli, Iuniperi Iuniperi baccæ. Lac omne & oleum *exulcerationis à medicamentis* factas sanat. Lini semẽ cum melle, oleo & modica coctum aquâ & illitum sanat inflammationes.

Pituita quæ est sanguis inchoatus non debet vacuari, quæ tendit ad putredinem, statim expellendo.

Dosis in purgationibus non solùm vires medica-

menti

menti, sed etiam ægri spectet. Si humor jam versus cutim sit positus, validioribus opus purgamentis, quàm in defectu vitandæ. istæ tormina excitant, humores conturbant; & conatum frustraneum tentant: Illæ inferunt convulsiones, & alia symptomata. Si magna sit necessitas, priùs fiat phlebotomia: si hæc absit, priùs fiat purgatio. Violentæ purgationes nonnisi in morbo periculoso sumendæ. Nullum autem purgans invenitur, quod non naturam nostram deprædetur. Ad purgationem tria requiruntur, facultas expultrix, humor expurgandus, & pharmacum. Humorum redundantia aut defectus æstum maris imitatur, ac lunam sequitur, turgescit humor in æquinoctiis. Sãguis augetur manè, bilis in meridie, melancholia vespere, pituita in aurora. Sangvis vere, bilis æstate, melancholia in autumno, pituita hyeme. Qui purgatione factâ non sitiunt, purgationis justæ metam non attigerunt. Æstate partes superiores, hyeme purgandæ inferiores. In venenatis morbis sudore, in diuturnis utendum per inferiora excoctione. Biliosi rarâ sunt corporis texturâ, ideò faciliùs sudore & vomitu purgantur. Melancholicis densum & durum corpus, his consulendum per inferiora. Quâ verò quis assuevit purgari, illâ purgandus vacuatio non necessaria, aut nimia, non pauca affert dadamna. Proba evacuatio non copiâ dejectionum æstimanda, sed si evacuet quæ necesse. Naturalis si justo loco & lege naturæ fiat, non est impedienda, imò potiùs juvanda: si profusior, refellenda. Non utendum nisi in magna necessitate purgantibus quæ continent venena, qualia sunt quæ colocynthidem, scammoneum, peplium, elleborum, elatrium, thymoleam, thapsiam, cataputia, continent, & pleraque metallica, uel ex metallis imperite completa, talia habent similitudinem cum pravis humoribus, & illis sejungunt, simulq; deijciuntur.

Benigniora medicamenta vacuant aut comprimendo

do ventriculum ut cydonia, sorba, mespili, vel lubricando, & liquefaciendo, ut althea, malua, à triplex, spinachia, borrago, lactuca, portulaca, melones, cucumeres, prunorum succus, persicorum recens oleũ, ficus, botri recentes, butyrum, flos lactis &c. vel humectando sicca & aspera intestina, ut cassiæ medulla, manna orientale, suillæ carnes recentes, psyllij mucilago. Vel detergendo, ut sunt, fumaria, carduus benedictus, gentiana, gratiola, absynthium, rhabarbarum, sena orientalis, Agaricus, aloic, polypodium &c. hæc purgant clementer sed solum hepar & partes vicinas ventriculo, hæc nihil veneni continent, & securè sumi possunt.

*Purgantia sunt lenia*, pustulæ & uvæ laxativæ. Diaptuneos laxativum Diacytonite, syrupus de pomis cum foliis senæ. Syr rosarum solutivus. Pilulæ aloës rosatæ. Syr. de Rhabarbaro.

*Leniter item purgant* ℞ Rheubarbari electi, Fol. senæ orientalis una dr duas ss. cinamomi acutissimi dr. unam ss. Flor. violarum zingiberis ana drachmã aquæ rosis metalis distillatæ Cicorii, boraginis rosarũ ana libram, infundantur per noctem, mane bullian t colentur, exprimantur, addatur saccari q. s. coquãtur ad consistentiam syrupi, deniq; addatur syrupus rosarum, vel violarum unc. 4, Item *Saccarum solutivum* &. v. g. Rhabarbari, vel foliorum senæ, turbith. Hellebori, radicum esulo &c. bene pulverisatorum libram, pone in olla cui alteram superpone ac luto obduc optimè, impone igni circulari per horas sex quibus elapsis ignem auge, & ollam carbonibus tege, ut iterum per sex horas candeat. tandem refrigera, invenies v. g. Rhabarbarum calcinatum, quod pulverisa. Pone in alêbico, & aquam rosarum calentem affunde ad eminentiam trium digitorum, per horæ spatium in calidis cineribus digere, aquam tinctam effunde, & affunde aliam, donec non amplius tingatur. Aquas coloratas per B. M. distilla ad

dimidi-

dimidiam, cum remanente saccarum imbibe, tum in calore sicca, & iterum imbibe, & hoc repete, donec tota aqua fuerit combibita, dosis unc. ſs. & ampliùs. Vel spiritu vini aut aquâ cinamomi animum & magnesia Saturnina solari extrahe. Hoc liquore saccarum modicè asperge, & sicca ad solem. dosis, drachma plùs minùs. Item. Syrupus saccarinus pro senibus, quos invigorat. ℞. Vini generosi lib: tres. Saccari libram, coque utraq; ad consistentiam syrupi, adde sub finem olei cinamomi scrupulum, Moschi, ambræ, ana gr. 4. Eodem modo fit syrupus contra phtysim ex saccaro pomidiato, & aquis thoracicis pulmonariæ hysoppi, tussilagines, ireos. &c.

Qui purgationem præscribit, consideret corporis plenitudinem, vires, temperamentum, habitudinem, accidentia, supervenientia, ætatem, anni tempus, regionem, vacuandi consuetudinem, suas experientias. Plenitudo humorum, semper evacuationem poscit. Vires, colliguntur ex motu, sensibus, respiratione, pulsibus, concoctione, si debilis est æger, abstinendum à purgãdo, cùm scilicet oritur debilitas ex dissipatione: secùs est, si oriatur ex virium expressione. Evacuatio plenitudinis aliquando fit per solam abstinentiam, aut frictiones. Plenitudo sanguinis in venis dicitur plethora: humorum cacochymia. Pharmacum dirigendum ad partem in qua humor excedit, & providendum, ut eâ viâ purgetur, quâ solet illud purgare natura. Caput natura purgat per os, aures, nares, oculos. Ventriculum per intestina. Iecur & lienem per alvum, renes per vesicam, venæ per transpirationem, vel sanguinis eruptionem: corpus per sudores & perspiria. Et licet humor vacuari possit, per vomitum, sudorem, urinam, &c. videndum tamen ad quid horum natura propendeat, ut si humores tendant ad superiora, juvãdi sunt uomitu. si ad inferiora, alvus concitanda. Si ad unam viam nimis multi humores vergent, ne illã obruant, pars eorum ad aliam divertenda, quæ tamen

non sit exquisito sensu prædita, aut principalis, nam his læsis plus esset damni quàm commodi. Si natura tentet purgare se per locum non convenientem, divertenda aliò. Humores crassi & viscosi faciliùs per alvū & vomitum, quàm sudore & urinis vacuantur. Tenues, serosi, & acres meliùs per urinam & sudores, Biliosi per superiora: melancholici per inferiora

Crebræ purgationes nutritionem perturbant, humidi radicalis restaurationem impediunt, ventrem in suo officio segniorem reddunt. stomachum debilitant, corpus extenuant, senium accelerant. Meliùs cibos emollientes & humidos sumere, sæpiùs bibere, cibis ad satietatem non repleri benè masticare, juscula præmittere, senes & frigidos crebrò purgare non est securum.

*Purgantia sine nausea* Passulas infunde in senæ decoctum adde syrupi rosarum solutivi & rheubarbari, sed cautè ne moveat nauseam. Item foliorum senæ purgatorum unc. 4. ſs. Rhabarbari unc. unam ſs. infunde in vini maluatici lib. quatuor. succi cydoniorum depurati lib. duas. bulliant expectantur fortiter, adde pulpæ pomorum dulcium odoratorum coctorum lib. sex. brodii zingiberis libram, cydoniorum aut Mivæ lib. ſs. saccari lib: tres. Coque ad formam Diacidoniati, in fine coctionis adde mannæ calabrinæ dissolutæ in vino maluatico lib. ſs. ad singulas uncias adde aliquot diagridii grana, dosis unc. ſs.

Pulvis omnes humores purgans. Item modactyl. purgatorum drachmam. Turpeti dr. duas, diagridii drachmam, foliorum senæ dr. tres. Galangæ cinamomi macii, succi ana, drachmam. Saccari dr. sex, servetur in loco sicco.

Enematum frequens usus calorem intestinorum debilitat, flatus auget, naturam reddit segniorem. Purgant atram bilem folia senæ in succo pomorum decocta. Vel succus buglossæ pomorum succo mixtus.

Melior est duris purgationibus, bona diæta, somnus, exercitium. Loco recentis medicinæ duplum antiquioris

oris datur. Si in ventriculo hæserit pharmacum & torserit, neq; laxaverit clystere subjecto; aut potione mastiches, aut aqua tepida juvandus æger. Sed si humores mali commoveantur, neq; educantur etiam bonos humores inficiunt. Laxat urtica major cocta in cervisia ad consumptionem. Et rursus in nova aqua coque & epota. Item ℞. senæ unc. ß. cinnamomi tusi dr. ß. garyophillos quinque, vini albi q. s. saccari parum, claudatur in vitro. Hujus mane & serò sumantur cochlearia duo vel tria, continuatur ad dies quatuor.

Purgabit, scinde cydonium, & sublatis internis imple rhembarbaro trito, vel seminibus cartami mundatis, vel agarici trochiscisati, vel epythimi, vel foliorum senæ, deinde partes junge & papiro involve, & igni assa ut diffluat, sed non aduratur, purgabit sine molestia, & simul roborabit ventriculum, & hepar. Item florum persici in umbra siccatorum, drachmam cum jusculo vel vino initio prandii vel cœnæ solvunt, & rosarum folia instar lactucæ sumpta initio cœnæ.

*Pruna solutiva* Foliorum senæ unc. duas cinamomi drachmam, rosarum, violarum, buglossæ, ana manipulum pone in aqua boraginum per diem, deinde bene calefac, exprime, impone pruna 60. drachmam scammonoæ, madeant pruna, ex illis sume duo vel tria. Item prunorum dulcium q. s. macerentur aliquot horis in vino generoso, interim foliorum senæ unc. duæ coquantur in fontanæ libris duabus ad tertias in hac colatura ponantur pruna cum saccari unc. tribus & lento igne coquatur ad syrupi consistentiam dosis prunum unum, cum duobus syrupi cochlearibus.

*Purgatione peractâ* roborandum est membrum & quidem *roborat cor* Diamargariton, Diambarum, Lætitia Galeni, Diaspermaron, Diambra. *Pulmones calefacit* triansacali, diarhodon Abbatis, Diaprunis, conserva rosarum, diaborraginis. *Caput & cerebrum roborat, memoriam auget*, dianthos, pteris cum musco, diaco-

riandron. *Ventriculum confirmat* stomachichum confortativum, diagalonga, garryophillatum, zingiberatum diaciminum. *Lienem roborat* & exhilarat, dialacca, diacapparis, diascortum, diatamariscon, diacyprisson, diadragantum frigidum, diapenidion. *Purgant phlegma & bilem & icterum sanant* diasiccis rosarum, diarhe:barbaro, trifera saracenica, diaprunis diacatholicon. *Solvunt ventrem* Catharsicum diasene. *Purgant phlegma salsum, iuvant caput & oculos.* Hiera picra Galeni, pilulæ aureæ, cochiæ, lucis, Arabicæ, ante cibum, pilulæ post cibum, aromaticæ, diacastoreæ, vitæ, pestilentiales. *Humores corruptos & lepram* Geralapodion, Iera Rufini, Diamuscus terræ.

Cum post purgationes & alias medicinas tormina ventriculi sentiuntur, applicetur ventosa ventri ut attrahat, cum secetur, effluet cum sanguine venenum, deinde ficum per latum, scissam pone in vino, in quo soluta theriaca & vulneri applica, renovando quãdiu opus vel juglandem contusam cũ ruta applica.

*Clyster* facilis Maluam, Camomillam coque in cervisia, periola, colaturæ libram assume, addo mellis despumati cochlear (nam crudum faceret ventositates) vel saccari Thomæ duos vitellos ovorum, granum salis, utere. Clysterum virtutes has ponit Celsus lib. 1. cap. 8. & confirmat Paulus lib. 1. c. 44. his verbis. E ventre suppresso oriuntur inflammationes, caligines, capitis dolores, aliaq; superioris partis mala. Si igitur caput gravetur, oculi lippiant, aut fauces strangurià, pectus suffocatione, renes inflammatione, divexentur: si vesicam dysuria, vel ischuria torqueat: si appetentia cibi prosternatur: ad hos, & alios similes usus omninò multos opportunissimus est usus clysmatis. *Clyster si nimis purget* venter frigidâ aquâ perfundatur aut ipsa aqua bibatur. *Si mansit in corpore* cochlear butyri vitellus ovi, quarta pars mensuræ cerevisiæ, modicum mellis vel saccari, calefiant, & alio Clystero inijciantur. *Clyster*, maluæ ficeæ, ursibrancæ, camomillæ, satureiæ, rutæ

rutæ, ana manip. ß. anisi, cumini, ana modicum, coque in cerevisia mel aqua pura ad dimidias, periola excolutura sume libram, adde ovi duos vitellos, saccari, q. s. butyri cochlear aut plus, salis parum utere.

Non semper sufficit ad curationem purgatio, quæ solùm educit quod est corruptum, sed etiam causæ corruptionis tollendæ. Eorum quæ purgantur color non semper humores notat deiici, nam & si quis omni bile careret, tamen sumpto rhembarbaro flava deijceret: si cassiam, nigra: si agarium, alba qui acidulis utuntur quocunq; humore abundent nigra deijciunt: & tamen acidulis nemo a melancholia curatur ex digestione prava color oritur, proinde causæ indigestionis tollendæ, neq; in solis purgationibus sistendum ait Scheneman.

*Pro Clystere* herbæ sumantur. Maluæ, Chamomillæ, parietariæ, a triplicis, betonicæ, serpilli. Et si calculo laboras, appone hederam: Si colicâ veronicam; si febribus, verbescum; flores camomilli, flores sambuci, meliloti, tum centaureæ semper minoris, ana manip 4. coquantur in aqua fontana ad dimidias, colentur & exprimantur, decolatura pro pueris unc. septem, pro adultis libra vel amplius, in qua dissolve saccari Thomæ, vel rubri, vel mellis despumati, pro adultis dr. duas. vitellos ovorum duos, pro aliis minus, misce bene, & adde olei pro adultis unc, tres. Vel sic. Altheæ, mercurialis, violarum, & similium, cum electuariis Benedict. laxativ, olei chumomillæ, maluæ, foliis aut succo aut si desint electuaria, herbas accipe, chamomillam, maluam, betonicam, fumariam &c, & coctæ ut supra bene exprimantur, apposito vitello ovi, melle, oleo modico sale, & si desint aliæ herbæ, saltem adsit malua, cum omilla, betonica, Clyster pro pueris sit ex lacte, melle, butyro, & aliis. Clyster non commovet humores adhiberi etiam potest in febribus, sed non sit frequens, ne illi assueta natura, sponte negligat officia.

*Pro suppositorio* valet ficus inversa oleo vel butyro uncia, vel radix betæ, vel raphani, smegma, sardum, ...

dela ſevacea, caulis braſſicæ, Noduli ad eundem finem in potum ordinarium imponantur: in cerviſiam minores, quia hæc facilè corrumpitur: in vinum majores. In febribus, ac præcipuè maligna, cerviſia tenui utendum. *Noduli* pro vino. Dimidiam menſuram Peterſiment cum unc. duab. foliorum ſenæ miſce, & ſoli per biduum & ampliùs in lagena expone, hoc hauſtu utere ante cibos, unc. tres, vel fol. ſenæ à ſtipitibus purgatorum dr. ſex, rheubarbari duar, cinamomi ſcrupulum, galangæ ſcrup. ſs. contunde craſſiuſcule, & miſce, & in nodulo pone in cereviſia per noctem. Item radicem mechoacā dr. ſs. foliorum ſenæ dr. ſex. Rheubarbari drachmam, Cetrach ſcrup. unc. ſs, galangæ ſcrup. ſs. cinamomi ſcrupulum, ſebeſten, ſeptem numero, incidantur groſſo modo & miſceantur, imponuntur in nodulo ut ſup. Item folia ſenæ, aniſi manip. parvum, fæniculi aliquid, Nucis moſcatæ, ex rheubarbaro aliquid, miſce pro nodulo. Si deſit Rheubarb: impone folia ſenæ & Mechoacam cum cinamomo vel ſaltem juſculum cum ovo calefactum cum modico ſaccari ac cinamomi ponatur in enemate.

*Acetum purgans* pro condimentis acetariorum. Aceti vini lib. 4. fol. ſenæ unc: octo, inſolentur per dies aliquot. Item aceti libram, cremoris tartari dr. unam ſs. Fol. ſenæ unc. tres. Seminum aniſi: vel cinamomi, drachmam infundatur. Item, aceto paſſularum addatur aliquid de rheubarbaro. *Pruna purgātia*, pruna noſtratia matura coque cum foliis ſenæ clauſis in nodulo, adde aniſum cum paſſulis, nodulum exprime, & pruna ante ipſum prandium ſume. Pruna ſicca, vel recentia ſine pelliculis cum aniſo & paſſulis coque. Item pruna Gallica, vocant prunellas 12. circiter coque cum modico juſculo, hæc meliora prioribus, & valent in juſculis. Electuarium ex prunis lib: 4 prunorum Damaſc. ſine nucleis, coquantur in vini lib. x. in quo priùs infusæ fol. ſenæ unc. 4. Aniſi dr. ſex cinamomi dr, tres. Hæc ſimul bullient ad conſiſtentiam

ſtentiam aliquam, tum colentur, pulpa pro electuario ſervetur addito aliquanto ſaccaro, pro vino poteſt ſumi aqua fontana. Vel ſic. Fiat electuarium ex prunis ſiccis & paſſulis coctis ſimul bene, ante prandium in brodio carnis ſumatur una vel altera.

*Poma purgantia.* Poma dulcia matura bene mundentur, coquantur in ſimili infuſione ſenæ ut ſupra bulliant ad conſiſtentiam, ſerventur in vaſe vitreo, & paulò poſt prandium ſumantur.

*Paſſulæ purgantes* Paſſularum unc: tres, coque in aqua, vel potiùs in jure carnis, in fine adde aliquid ex ſaccaro, & paſſulas cum juſculo comede, ut ſint fortiores, dum coquuntur, adde in nodulo dr. ſenæ. Purgant & ſolæ paſſulæ, ſed priùs per noctes 4. aut quinque rori expoſitæ.

*Herbæ purgantes* Mercurialis, beta, viola, coctæ cum butyro in juſculo carnis, ſed beta alba eſt efficacior. Braſſica item ſativa magis quàm crilia. Urticæ teneræ idem præſtant. Item, Roſæ Moſchatæ (parvæ ſunt & albæ) ſi 4 aut 5 ſumantur cum rore manè. Itē fumariæ ſummitates ante prandium coctio in juſculo. Item brodium ex lentibus, vel phaſeolis tribus horis ante prandium cum butyro vel oleo.

*Potus purgans* Seri lactis deſpumati libræ ferè 4 bibantur intra horam; fit efficacius, ſi in primo ejus hauſtu diſſolvatur drachma ſalis. Item, aqua hordei non decorticati cocta cum paſſulis & prunis, ferè libræ ſex bibantur intra ſemihoram. Item purpureæ violæ ſuccus recēs ferè unc. duæ cum cyatho aquæ hordeaceæ vel fontanæ. Item ſuccus cichoreæ depuratæ ferè unc. ſex.

*Juſcula purgantia.* Optimum eſt duabus horis ante prandium ſumptum juſculum carnis, in quo coctæ radices cichoreæ & paſſulæ, maximè valet æſtâte, vel ſi pridie largiùs bibit. Item cremor tartari cum juſcuſculo carnis. Vel aliquid ex rheubarbaro conciſo minutatim ſumatur in cochleari juris carnium, & p[illegible]

 ſuma[illegible]

umatur cremor tartari. Item præstant juscula, brassicæ, betæ, maximè si addatur cremor tartari.

*Pulveres purgantes*. Specierum diaphænicònis scrup. duos, diaturbith cum rheubarbaro scrupulum. Misce, fiat pulvis, dividatur in tres dotes in jusculo carnis, vel alio. Item spec. diaphæniconis dr. 4. diaturbith cum rheubarbaro dr. duas, Spec. Trocisci de Gupatorio drachmam fac pulvis, dividatur in sex dotes, sumatur ut prior. Item, fiat pulvis dictus. omnipotēs pro quo sume. fol. senæ optimæ unc. tres. Zingiberis albi unc: duas, cinamomi unc: unam ss. glycirizæ unc. unam ss. Hatyophillorum drachmam. Rheubarbari dr. ss. saccari dr. quinq; seorsim pulverizentur & cribrentur serventur in loco sicco clausa. Misceantur pro usu. Sumitur mane aut vesperi solus aut cum jusculo quantitate avellanæ. vitam prolongat, stomachum confortat & mundat, â febribus præservat, gravedinem pectoris tollit, cerebrum mundat, urinam & calculum pellit. &c. Item alius valdè laudatus in morbis chronicis & frigidis, chronicus morbus est longus. Fol. senæ sine stipitibus dr. sex Rad. zingiberis, pimpinellæ, galangæ, calami aromatici, valerianæ, garyophill. nucis moscatæ, fol. salviæ, rutæ, sem: fænicu-culi ana æqu. Misce, fiat pulvis subtilissimus, dosis dra chma. Sumitur in lecti ingressu, in aliquo jusculo, vel cerevisia calida, datur mane sequenti tantundem. In morbis frigidis bis in mense sumitur securè. Cerebrū roborat, memoriam auget, vertiginem tollit, sanguinem purificat, conducit stomacho, appetitum conciliat, pulmonis vitia corripit, omnes cordis affectiones abigit, oculis prodest, tussientes juvat, à tumoribus & ulceribus præservat, halitum fætentem corrigit in ore detentus, dentium dolores sanat, corpus sanum constituit. Item Spec. Electuarii Indi minoris drachmā, adde saccarum, sume ex jusculo carnis.

*Morsulæ purgantes* phlegma & catharros. Extracti turbith scrup. duos zingiberis unum saccari dr. sex, cū

aqua

aqua roſacea, pro una doſi. Item purgant ſtomachum Medocani dr. unam ſs. zingiberis gr. quinque, ſaccari uncia cum aqua roſacea, pro una doſi. Item univerſales. Manna electum dr. una. ſyrup. coroniorum, ſpec: ædraganti frigidi una dr. duæ turbith electum, hermodactyli, ana ſcrup duo diagridium, zingiber, ſemina carui una dr. ſs. ſaccari unc. quinque, fiant morſulæ, doſis unc. una vel plùs. Valent contra podagram, & alia mala catharroſa, horis 4. ante prandium ſumuntur. *Electuaria* hæc duo valdè probata. Fol. ſenæ mundat. unc. unam ſs. Cinamomi dr. unam ſs. zingiberis gr. xv. galangæ gr. xiii. ſtent per noctem in q. ſ. decocti paſſularum, mane colentur cum forti expreſſione, tum adde pulpæ tamatindum unc. duas, ſaccari unam, miſce, fiat electuarium doſis, quantitas juglandis, horâ unâ ante cibum. *Rotulæ* Cremoris tartari unciam: magiſterii ſcammoneæ dr. ſs. Mechocanæ unc. ſs moſchi, ambeæ ana granum ſaccari unc. 4. omnia ſubtiliſſimè teruntur in mortario marmoreo & cum gummi dragaganthi ſoluto fiant rotulæ una quævis dr. duarum, ſiccentur.

*Pilulæ purgantes* vocantur Francofurt. & ſunt de Aloë citrina. Item pilulæ vitæ. Aloës roſatæ unc. ſs. Rhabarbari ſcrup. iv. maſtiches duo, myrrhæ drachma. Croci gr. ſex, cum ſyrupo de cicorea cum rheubarbaro miſce, fiant pilulæ ex ſcrupulo ſeptem. *Potio univerſalis Maialis*. Rheubarbari drachmam fol. ſenæ dr. duas agarici recentis ſcrupulum, ſalis tartari ſcrup ſs. Infunde per noctem in decocto aperitivo, manè factâ leni ebullitione coletur. Sume colaturæ unc. duas in ea ſolve Diaphtænic. dr. duas ſs. pulv. gialapæ gr. 8. aquæ cinamomi cochlear ſs. miſce, bibat horis 4. ante prandium cum aliqua cuſtodia, poſſunt addi mannæ Calabrinæ unc. duæ, Item Cryſtallorum tartari drachma, bulliat bene in menſura, aquæ fontanæ, in fine adde aliquid nitri præparati & remove ab igne atq; in ſacculo impone radic. glyeirrizæ pulveriza. unc. ſs. maneant

nfusa in vino per 24 horas, tum impone. de hoc sumat mane haustum bonum, iterum post duas horas alium, quo facto post tres horas prandeat, post quatuor à prandio sumat novum haustum, senes post horas quatuor, idem sequenti die fiat. Item, haustus matutinus pro Majo vel Sept. Radic. ciclorea, graminum, asparagi garyophillatæ ana dr. duas. Corticis radicum elletori nigri præpar. dr ss. radic. cappari drachmam. tamarisci scrup. duos herbarum, agrimoniæ. scolopendriæ, fumariæ, capillorum veneris, ana manip ss. comarum absynthii manipulum cardui benedicti manip. ss santalorum alborum dr. ss. fol. senæ unc. duas ss. Rhembarbari drachmam, Mèchoacæ, Gialup. ana dr. duas. Cinamomi drachmam. Zingiberis scrupulum. sem. anisi drachmam unam ss. granorum juniperi unc. ss. seminum quatuor frigidorum majorum duas. carthumi coanisi unc. ss. Passularum, Cremoris tartari ana dr. ss. incisa & contusa conspergantur spiritûs salis guttis xl, & dentur pro nodulo ad potum in vino Rhenano aut Gallico. *Conserva rosarum solutiva*, coquantur bene rosæ in aqua, effundatur aqua, & in ea coque saccarum ad consumptionem aquæ, imponantur deinde rosæ. *Aqua purgans* hoc modo paratur. Cremoris tartari contusi & cribrati unc. duæ, salis tartari una in aqua coctæ lib. octo, percolentur, singulis diebus per septimanas tres sumâtur lib. duæ, purgat, cibus post duas horas sumitur, valet contra obstructiones lienis & humores melancholicos. Si non satis purget, infundâtur in eadem aqua sine stipitibus folia senæ dr. duæ, pomi citrini modicum, post sumptum hunc potum deambuletur, ut sit cordialis, potest aliquid succi limonum apponi. Tartarum hoc modo calcinatur, sume tartari lib. duas impone carbonibus ut exuratur, imponatur in aquæ bullientis lib. 4. postea exsiccetur, erit sal tartari.

*Purgatio instituenda* est Vere, ut quod per hyemem phlegmatum est contractum expellatur. In Autumno verò

verò & hūmores in æſtate conſumpti, ſed per ſyrupos
debent priùs à bonis ſeperari. Nec dormiat poſt ſum-
ptam medicinam niſi debilitas cogat, nam calor medi-
cinam in vapores ſolvit. Item ſupra medicinam for-
tem dormiendum. Poſt medicinæ operationem, ut
abſtergatur ſtomachus, debet aqua de hordeo ſumi, vel
ova cum ſaccaro craſsè terſo, ſed, non priuſquam ſitis
aliqua venerit, hæc enim eſt ſignum peractæ vacuatio-
nis, & tunc jam ſiſtenda purgatio. Si non ſequatur ſi-
tis ſignum eſt ſupereſſe humores, quos medicina expel-
lere non potuit. Corpus æſtate per vomitum, In vere
per inferiora purgandum.

Daphnoides ſive lacorcola, phlegma, hydropem,
cholerā pellit. Maceratur prius in aceto per 24 horas
fit pulvis abiectis foliorum venulis & ſtipitibus additur
aliquod aroma doſis dr. ſs. *Si nimium purget medicina,*
pulverem calidum piperis applica ventri, vel uſtum
corticem ovi bibat cum vino, aut raſuram eboris. *Sup-
poſitorium* ventrem & urinam movens, fruſtulum ſalis
gemmæ unctum oleo. *Purgat* radix Mechoacæ pul-
verisata, doſis, drachma. *Melancholiam* decoctum fo-
liorum ſenæ in ſucco pomorum. Item ſuccus pomo-
rum, ſucco buglosſæ junctus. *Si purget nimis medicina,*
æger aquam calidam bibat abundè. *Pilulæ in aurari*
debent, quia aurum vitia earum corrigit, maximè ſi
quæ ſint mercurialia. *Clyſter ſi manſit in corpore* alium
inijce ex oleo calido, deinde fac ſuppoſitorium ex ſter-
core glirium. *Purgatio lienis* mannæ unc *1.* ſs. Reſinæ
jialapæ gr. x, cremoris tartari ſcrupulus, ſcammoneæ
ſulfuratæ gr. quinque, ſaccari q. ſ. detur in aqua ap-
propriata. Purgant utrinq; herbæ comeſtæ, oataputia,
triola olivella, ebulus, ſambucus, Gratia Dei, conſtitu-
unt verò, ſynapi, vitis alba, allium, tamarus.

*Clyſter ſimplex* Malua, Chamæmilla, folia betarum
coquantur, decocta addantur vitelli duorum ovorum,
& ſaccarum Thomæ.

Vide etiam in ſecunda parte ſub titulo, Conſtipa-
tio. Puerorum morbi.

*Crematum*

*Crematum* ſive Aquavita purgans. ℞. Gummi guttæ dr. unam. Rhabarbari ſcrup. quatuor Agarici tròchiſc. Turbit gummoſi, Hermodactyl. Mechoacanæ, ſing. dr. unam ſs. Rad. Gialapæ unc. ſs. Ellebori nigri ſcrup. duos. Cinnamomi dr. unam. Garyophill ſcrup. unū. ſem. Cartam. dr. ſex. incidantur groſſo modo, & infundantur in cremati dimidia olla. Doſis quæ ſolet eſſe communis cremati.

## *Purgationes per unctionem &c.*

SUnt qui medicinas purgantes per os reſpuunt ſu. mere, illis oleo aloës ventriculus inungatur. Vel cocta mercurialis ſtomacho, applicetur. Vel unguentum Agrippæ alvo imponatur. Vel alumen cum melle coque, donec ſiat ſlavum, & inunge ſedem. Purgat ſurſum ac deorſum. Succorum ellebori nigri & albi, hermodactylorum, vel decocti liliorum rubrorum iuſquiami, ſempervivi, pæoniæ, ana æqu. ſucci debent extrahi è radicibus, ſuccus ſempervivi è foliis, idq; in Novembri Lunâ plena, addatur veteris axungiæ porci q. ſ. fiat unguentum, quo unge plantas pedis ad ignem ſi vis alvum ſolvere. Si vis vomitu purgari unge manuum palmas, ſi adſtringere purgationem, unge plantas & palmas oleo meſpilorum. Item aloës hepaticæ lib. unam myrrhæ unc. quinque, cribrentur tuſa. & lento igne in alembico diſtillentur, fiet oleum quo linteolum vel ſpongia imbuta calida Ventriculo applicetur. Item fel bovis, aloen epaticam, mirrham, ana æqu. miſce cum pauco aceto, unge ſtomachum calide. Item Aloues lib. quinque, myrrhæ dr. 4, diſtillentur per retortum, fluet oleum pro ungendo ventriculo, cui ſtuppa ſuperponenda.

Emplaſtrum purgans, ſed non nimis diu applicandum ℞. Cataputiæ interioris, Colocintidarum ſucci tymmallorum, ana dr. quinque. Corticum viridium ſambuci, cucumeris agreſtis ex radice & tota planta, dr. quinque. Hellebori nigri, terebinthinæ, ana unc. tres

tres

tres. corticum medioniæ, cort. radicum sambuci, vel succi ebuli ana dr. sex. Scammonei dr. tres. Ex quibus fiat pulvis, addatur mellis q. s. si applicetur infra umbilicum, purgat deorsum si supra, sursum. si renibus, movet urinam: si pectori, expellit fœtum mortuum, & menstrua.

*Medicinam à qua abhorret,* misceat cum farina, faciat pastillos, det gallinæ vorandos, quam deinde comedat. Item *emplastrum.* Seminum cataputiæ, colocynthidis ana unc. duas, radicum & foliorum ellebori nigri, esulæ, ana unc. sex succi tytimali, cucumeris asinini agrestis, succi radicum sambuci recenter expressum, ana unc. sex. aloes hepaticæ, scammoneæ una unc. unam ss. terebinthinæ unc. tres, mellis despumati q. s. misce, fac emplastrum cum cera. si illud explicet ori stomachi ciebit vomitum si umbilico movebit sedem, si renibus urinam, si uberibus menstrua, si pectini mulieris exciet fœtum mortuum diu retineri non debet applicatum, quia noceret. Item aloes, myrrhæ nigræ, scammoneæ, gummi guttæ, ana unc. duas, pulpæ colocynthidum, esulæ præpar. ellebori albi præpar. ana dr. ij. cum mucilagine tragaganthi, in succo recentis coriandri redigantur omnia in massam, ex qua fiant duo poma, quæ manibus teneantur ut incalescant, odoremq; in nares mittant, purgabunt Sennert lib. 5. par. 3. cap. in suis odoramentis.

*Pomum erit soporiferum* opii dr. 4, semina papaveris albi & nigri, lactucæ una unc. ss. hyosciami, anethi, ana scrup. 4. corticis radicum mandragoræ, capitum papaveris albi, granorum alkekengi, solatri, stramonii, ana unc ss. ligni aloes, croci, ana dr. unam, camphoræ gr quinque moschi gr. duo, cum mucilagine tragaganthi in succo depurato hyosciami & aqua florũ nymphææ, ana æqu. fiat massa ex qua formentur poma manibus tractanda, quæ postea oleo rosarum uncta, sæpius odorentur. *Purgabit lactuca,* Quinque libris aceti fortissimi adde senæ unc. Rosarum Dama-

scenæ.

ſcenarum unc. duas, parum aniſi, bulliat valde parũ. miſceatur, ſtet in cinere calido per 24 horas, hoc acetum affunde lactucæ, operabitur die ſequenti.

*Purgat item* ungendo umbilicum, ſed ſi os umbilici ungatur facit vomitum, aloe, therebinihina ana æqu. fel tauri ſufficiens, miſce. Item. emplauſtrum colocynthidem, eſulam, hermodactylos, Elleborum utrumque aloen. ana æqu. cum ſucco brioniæ fac unguentũ, unge plantas pedum & ventrem, purgabit. Item, maluæ, aloes, ana unc. duæ, coquantur in aqua mercurialis ad conſumptionem medietatis, decoctum coletur & exprimatur, & iterum coquatur cum pinguedine caponis, aut butyro recenti non ſalito, ad conſiſtentiam unguenti, tandem addatur fel piſcis lucii, poſſunt aliquot grana diagridii addi, ſed valde exſiccant, commiſceatur totum, & umbilico inungatur. Vel ſume polypodii, paſſularum, unã unc. unam ſs. his mixtis capo infarciatur, coquatur, comedatur, erit boni ſaporis, & laxabit. Item butyri recentis unciam, colocynthidis dr. duas, myrrhæ ſcrupulum, miſce, unge umbilicum. Vel unge ſolo unguento, ſolo Artanicæ. Vel, Elleborum album & nigrum, hermodactylos, Turbith, coloquintidem, juſquiamum acorum, radices bryoniæ ana æqu. cum axungia porci antiqua fiat unguentum, quo dum voles uti, lava manus vel pedes aquâ calidâ eundo cubitum, jam verò ſi vomitu vis purgari infernè, unge pedes. Si vis ceſſare purgationes, partes quas unxeras, ũnge de novo populeonis unguento Item Mercurialis cocta ſtomacho impoſita purgat. Item ſalviam bene coque, poſtea cum porci pinguedine contunde, & iterum coque, fiet unguentum pro umbilico. Item radicem maluæ coque, tum contunde, deinde cum adipe porci maſculi & modico farinæ frixetur, calidumq; ponatur ſupra ſtomachum. Item recentis butyri unciam, coloquinti de dr. duas, myrrhæ ſcrupulum, miſce, umbilicum unge.

# CAPUT IV.

## *Sudoriferum.*

SUdorem movet terra sigillata horis minimùm tribus post cibum sumpta ex potu calido. *Sudorem* movet ciminum tritum oleo mixtum pedibus ac manibus in lecti ingressu illitum. Item vinum dulce Hispanicum de Petra Simonis corpori illitum. Sudorem movent ficus maturæ recentes. Pyrethri radix ex oleo inuncta Rosmarini semen cum oleo perunctum Cardui benedicti decoctum ex vino sumptum. *Succinum* album ex aqua frigida potum. *Sudorem compescunt*, Aqua mulsa, Bulbi omnes illiti. Sulfur inspersum. Terra samia. Aquæ aluminosæ balneum. Sudorem suaviter elicit posita inter coxas lagena stannea plena ferventi aquâ & pannis involuta. Sudorem elicit balneum siccum undiq; clausum ut solum extet caput, sumat secum aliquos panes hordeaceos é furno recenter extractos, & frangat, vapor panum copiosè eliciet sudorem.

# CAPUT V.

## *Exercitium Itinera.*

EXercitium post cibum æque obest ac somnus Ebrianus. suo tempore factum æquat medicinam, unde ait Riff, qui exerceri ante cibum possunt nec diæta medicâ, neq; medicinis egent. quies corporibus est noxia. Optima motio quæ animum exhilarat, & totum corpus movet, debilis convenit debilibus, robusta fortibus Equitatio stomacho & coxis utilissima; physicis navigatio optima in longis morbis convenit loca mutare. Alvi & vesicæ excrementa priusquam te exerceris depone, post cibum motus fortiores impediunt ventriculi conctionem, humores ad membra dispergunt. In æstate modica sit exercitatio: nec unquam

protra-

protrahenda usq; ad lassitudinem, si fatigatus es non statim quiesce, sed leniter, deambulando circiter per dimidium horæ quadrantem Biliosi, fervidi, graciles, raro se exerceant: obesi sæpiùs. Fricare corpus manè, ait Gratarol. esse nobilissimum genus exercitii vocis jam remissio, jam intensio in lectione est pulmonis exercitium, & confert ventriculo.

Itinera longa expedit vere inire, quia tempus est salubre, si malis humoribus abundas, ante iter corpus purga, humores enim mali motu accenduntur, & in membra defluunt. Præstat parum edere ac bibere in via potiùs os proluendum quàm bibendùm, cibi boni sumendi, olera dimittenda, & lactucis moderatè vescenduum. Ante itèr hyeme parum saccari rosacei sumere prodest, vel corticem citri conditi, vel zingiber, aliis temporibus unam sume myrobolanum conditam, chebulam. Prodest molli fasciâ sex aut septem digitos latâ quinque cubitus longâ ad lumbos præcingi. Potus, polenta tenuis cum aqua & modico sale. Nocet multùm aliquot horis pedes madidos habere.

Ne dum æstuas aeri te frigido exponas: Plus in via consumitur cibi, quia calor excitatur. Theriacam necesse est deferre propter cibos & potus malos.

Nauseas in mari videris secunda parte sub titulis Nausea, Appetitus, Vomitus.

# CAPUT VI.

## *Præservatio à morbo.*

Cùm futuri morbi comparuerunt signa, diætâ, quiete, evacuationibus, corroborationibus, utendum, sed prudenter. Si humores sola nimietate in vasis, venis, nocent, purgantur phlebotomiâ, id est, venæ sectione, Si humores in ipso corpore se continent purgantur sudoribus. Si intestinis, purgatione, sed quædam medicinæ certos humores, quædam è certis partibus educunt.

Humores

Humores qui à natura superari non possunt, purgandi sunt. Viri magis sustinent purgationes quàm fœminæ, neq; sunt istæ purgandæ quando natura per mẽses operatur. Gravidæ non purgandæ nisi intra mensem à conceptu quartum & septimum. Hippocr. non vult humores purgari nisi turgeant, proinde prius coquendi, postea expurgandi. Procuranda alui deiectio qualis & quanta esse debet, itemq; à vesica profusio, sudor.

## CAPUT VII.

### *Anni tempora.*

A solstitio hyemali ad uernum æquinoctium sunt dies 90. his augentur humiditates, & ex illis distillationes. utendum calidiore cibo & potu, & ex origano bibendum. Ab æquinoctio verno pituita crescit & dulcis sanies sanguinis usq; ad Vergiliarum exortum, sunt autem dies 46 tunc succosa, & acria sunt sumenda corpus exercendum. Vergiliarum exortu bilis augetur atra, durat id per dies 45 ad æstivum solstitium, tunc amara conveniunt, dulcia quæ laxant prosunt. A solstitio æstivo ad æquinoctium autumnale sunt dies 93, crescit atrabilis, tum odoratis utendum. Æquinoctium autumnale pituitæ copiam gignit, & tenues defluxiones donec Vergiliæ occidant, sunt dies 46 humores ex capite elicere, acerrima & succosa sumere, exerceri convenit. Vergiliarum occasu ad brumam, sunt dies 45, pituita abundat, pinguibus utendum ex exercitio. Æstatem humidam sequuntur morbi. frigidam, febres. Vide infra quæ de usu cæli in medicina, afferimus.

## CAPUT VIII.

### *Diæta, cibi, potus, iter, & aliæ actiones.*

ARnold. Villanova consulit Regi Arragonum, non edenda olera & plantæ hortenses dum florent,

in lacte animalium non coquenda: cùm verò edi possunt, ante alios cibos sumenda: caules autem in fine edendos, idq; sola illarum folia, jusculum autem earum initio mensæ. Carendum à fructu verminante & putrescente, nam multos inducit morbos.

Quibus noctu fluit saliva, opus habent abstinentiâ, cibis, stipticis, & phlebotomiâ, seu venæ incisione. Lotio pedum catharrosis noxia est. Cum iter ineundum initio leniter instituatur, hoc nobis & jumentis salubre, alvus sit libera, suppositorium juvabit ex lardo. Mansilius hæc præscribit, panis duplus & sesquialtes ad ova, triplus ad carnem, quadruplus ad pisces, herbas, & fructus humidiores. Cibus duplus sit ad potum.

Iejuno ventre nunquam est bibendum vinum, morbos pituitosos, & aliquando apoplexiam generat. Super cibos molles non statim bibendum, ad aquæ marinæ potum si adigaris, injice cotonea, aut sorba, aut myrthi semen, aut acetum admisce. Contra famem valet cibus ex hepatibus, hoc enim sumpto diutiùs toleratur. Saccarum item cum amygdalis tussum ac tostum. Adipis bubuli cum oleo violarum uncia quibusdam suffecit in diem. Alii pulveres carnium secum detulerunt. Alii facto pane ex farina subacea magnitudine capitis cum sesquilibra puri candidi saccari in furno coxerunt, quem inde extractum, post unam diem & noctem illum inciderunt, ac rosaceâ imbuerunt aquâ tum partes constrinxerunt ac rursus furno comiserunt hoc alimento muniti longam tulerunt famem.

Aqua est bona, quæ si steterit in vase æneo nullam relinquit maculam, in tali citò legumina coquuntur, aquæ potus ne noceat, priùs coqui debet. Difficilis coctionis sunt cibi, Faba, cicer, fungi, rapæ, caules, avellanæ cucumeres, anates, anseres, columbi, cancri, pisces, non saxatiles. Ventriculo humido prodest crusta panis. Cibi qui maximè sapiunt sanis prosunt. Sed refrigerare potum nitro aut glacie, damnat Ranzou.

Debilitas contrahitur in via, propter ea sumenda ova sor-

va sorbilia, vinum odoratum, vel panis vino infusus. Si quis totum se cum pedibus involverit plantagine, statim convalescet, juvat & salviam cum artemisia applicare. Ut aliquis impinguetur, fiant pilulæ ex adipe ursi, ijsq; saginentur quinque capones, unum comedat per dies quinque, alium per alios quinque, & sic deinceps. Ut verò quis macrescat simili modo saginetur capone. Carne vulturum, & similiter edat.

Ne peregrinantibus *aquæ potus noceat*, & sitis, itemque ut vires augeantur, piperis, seminum anisi ana scrupulum unum. liquiritiæ unciam, radicum ireos, drachmam: saccari libram, fiat pulvis, imponitur aquæ quantum bis vel ter apice cultri capi potest, in tertianis febribus additur aliquid de lapide prunellæ.

*Pinguis emaciabitur* radix acori cocta edatur. Item sandaracæ scrupulus & gr. quinque. Sumantur quotidie cum oximellite & aqua. Item tartarum vini, semen rutæ agrestis, aristolochia rotunda, centaurea, pollium, gentiana, petroselinum, sal viperarum, usus piperis, usus vini infusionis carabe, lacca, singula extenuant.

*Cibus pro infirmis*, è pastinaca medulla eximatur jam cocta, deinde coquatur, & cum aceto ac oleo detur instar lactucæ. Item cicorium coquatur, nucleo stipitum abiecto, deinde coquatur in carnium iusculo cum petroselino & sumatur. Item lactuca cocta concidatur ac cum soluto butyro sumatur.

*Cibus pro infirmis* flavi sileres in frusta secentur addatur piper & parum butyri affundatur.

*Contra ebrietatem* abrotanum pulverisatum, cum grano salis comestum.

Cerevisia erit potens, coquatur primo more solito, sed antequam addantur feces, ponatur in aheno, in quo primum crematum coquitur, cum subiecto leni igne distilletur. abibit aqua, relinquantur tres partes ex cervisia quartâ abeunte, relictis partibus addantur feces, ut effervescant suaptè.

 Pulli

Pulli gallinarum citò crescunt, si ovis formicarum infrixerint positis ut tumescant, figinentur. Pulli anatum pinguescunt & crescunt esu muscarum. Casa ne scateat vermiculis infixas sibi habeat virgas ex scopis betularum.

Vino Italico similis potus fiet, coque aquam optimè cum modico melle, tum fraga maturrima injice & percola. Croco copioso capiti subjecto si quis dormiat, lethargum incurrit & in eo moritur, modicus crocus non ita nocet. Saccus si interne illinatur massa panis, & flumini apertus immittatur piscibus repletur.

Cerevisia ut sit clara, hordeum ab omni sorde cribro purgetur, tum bene eluatur, deinde ubi misit ramusculos & siccatum est, trituretur, & eventiletur tandem cervisia coquatur. Pro pane simil. modo frumentum mundetur.

Ut pruna fiant absq; nucleo, surculus non abscissus inflectatur, & in eandem arborem inseratur, anno sequenti in medio hic surculus secatur, hic cujus vertex enatus arbori dabit absq; nucleis pruna.

## *Modus faciendi Cervisiam aromaticam.*

| | |
|---|---|
| Absynthiorum capitella | |
| Cardui benedicti | duo manip. |
| Abrotani | ana |
| Sambuci baccas | 1. manip. |
| | 1. manip. |
| Tausent guldenkraut | 2. vel $3\frac{1}{2}$ manip. |
| Calmi | |
| Ceduaria | 2. lott |
| Galganum | |
| Cinnamomum | ana lott 1. |
| | lott 2. |
| Cariophillos cubebis | ana $1\frac{1}{2}$ lott. |
| Parvi Cardimomi | 1. lott |
| Glicyrrhiza | 6. lott |

Gelben

Gelben ſandal 6. lott
Poteſt addi ex hyſſopo, pimpinella, pæonica Grūpreiß Allendswurtz. Hæ ſpecies uni tonnæ addendæ in ſacculo.

# CAPUT IX.

## *Cauterium.*

CAuterium prohibet putredinem in membris, Invigorat, evacuat, roborat, corrigit intemperiem frigidam, diſſolvit materias corruptas, prodeſt multùm contra morbos longos provenientes ex multa humiditate, debet fieri in loco tali ut videri & manu tractari poſſit. Vicinum ſit venis magnis, ut in illud refudet major copia humorum; non ſit intra cavitates muſculorum, ſed in loco ab illis vacuo, nec ſupra nervos aut tendones, quia graviſſimos excitaret dolores. Fiant cauteria in capite, auribus, collo, brachiis, femoribus, ſcapulis, tibiis. In capite factum avertit defluxus catharroſos. In collo factum, avertit defluxus in aures, oculos, & in partes inferiores. In auribus fit contra defluxus in oculos, & fit foramen eo loci ut pro in aure, imponitur fruſtulum fruticis ſanamundæ. In brachiis factum, aufert defluxus in partes inferiores. In tibiis evacuant mala hepatis lienis, pro illo fit in dextra, pro hoc in ſiniſtra. In capite fit in medio coronalis. In collo vel inter primam & ſecundam vertebram, vel inter ſecundam & tertiam. In brachio in fine muſculi epomidis fit, & duplex, unum ab interna, alterum ab externa parte. In femore ſupra genua, tum fit intra quàm extrà. In tibiis prope genu, aut intra, aut extra, idq; tam in parte dextra, quàm ſiniſtra. Cùm fit cauterium per corrodentia, applicentur per chartam ceratam, vel laminam perforatam, ne vel alio loco, vel nimium erodant.

Cauterium ſi pertinaciter velit claudi, Inſperge

 pulve-

pulverem euphorbii cum pulvere cantharidum, & glo
bulum conjunctum ſuper globus plumbens ſemper
eſt bonus, prohibet inflammationem & dolores, &
materia copiosè abit.

Fiet hoc modo cauterium, ſaponem cum viva cal-
ce contere ſubtiliſſimè. & applicas fiet veſica, quæ
ſcindenda eſt, tum piſum butyro non ſalito unctum
imponatur, idq; repetatur, donec formetur cauteri-
um. Vel libras 12. laxivii ſuper calcem vivam, & ci-
nerem roboris effunde, perfluet: & hoc ipſum rurſus
per alium novum cinerem & calcem funde, & itera
toties dum in colatura poſſit natare ovum, hujus li-
xivii ſume libram, chalchanti unciam & in æneo le-
bete coque ut ſpiſſetur, hæc materia intra dimidium
horæ quadrantem erodit carnem.

Cauterium ſi accendatur, vel ceruſſam inſperge,
vel folium caulis appone, vel plumbi laminam, vel ca-
nabes, vel de ſemine ranarum emplaſtrum. Empla-
ſtrum doloris lenitinum apponitur cauterio, ex adipe
hirci, therebinthina oleo ana æque ceræ duplo, æris
viridis parte una.

Cauterium exurit ferrum potenter, leniùs æs & au-
rum. Exurit gutta olei vitrioli intra duas horas im-
poſita, tum cruſta cutis mortuæ excindatur, deinde
piſum cum butyro non ſaleto imponatur. *Globuli,*
ceræ albæ partes quinque, guttæ goma pars, belzoini
pars dimidia olei odorati ex cedro aut ſpica, fiant glo
buli, potenter trahunt, ait Dominic. Auda *citò cor-
rodit carnem* lixivium è quernis cineribus infunde cal-
ci vivæ, & rurſus novæ calci, & tertiò, & tam diu
donec ovum natare poſſit in hoc lixivio, percola, &
in libras ſingulas adde unc. calchanti, coque in æneo
lebete donec in maſſam denſetur, forma pro cauterio
faciendo paſtillos. Item cineres ſumitatum tremu-
læ involve linteolo ut fiat nodulus, hunc aquæ calidæ
immerſum applica per 24 horas, fiet eſcara, quam ab-
ſindas.

CAPUT

# CAPUT X.

## *Sanitatem conservare, Diæta, Balnea.*

SAnos conservat aqua è floribus rosmarini semel in septimana quantitate unc. 4 sumpta. Barthol. Moles suadet ad hoc ipsum aquæ salubris coctæ duos calculos de mane quotidie bibere. Sanitatem in vigore conservat, vires reparat, parturientibus, & contra multos morbos utile. Oleo amygdalarum impone tenuiter concisi tantum cinnamomi, ut sit pulti simile, permitte stare in vase clauso & loco tepido per 12 dies, exprime assume sive intra sive extra.

Qui vult sanus vivere non comedat sine appetitu, masticet bene. cibi sint sani cocti & boni. Caveat iram, in meridie non dormiat, modice & frequenter bibat, idq; in mensa, post cibum non faciat magnum corporis exercitium supinus non dormiat nec depresso capite excrementa non detineat, sit hilaris, venerem oderit. Sanos conservet, thuris unc. duas, myrrhæ unam, auri in folia ducti dr. ß. vino aurei coloris subigantur, fiunt pilulæ, sumantur jejuno stomacho in aurora, æstate cum aqua rosarum, hyeme cum vino modico.

*Calorem naturalem & humiditatem auget*, ac sanat jecur. Sal salviæ, sal rosmarini, in propria aqua soluti, ex his grana septem in decem vitellis ovorum tribus horis ante prandium. Die secunda oleum recens nucum pinearum cum uno vitello calido, & sic faciendum per dies sex, & semper vini optimi aliquantum superbibe. *Sanitatem conserbat.* Urtica crispini murales, cicoria, coquantur in vino, tum exprimantur, addatur succus limonum & saccarum, sumatur quavis decimaquinta die. *Vide nonnulla sub titulo Purgantia.*

Salubre est, si quotidiani cibi juvant evacuationem, ideò juvat promitti butyrum recens; jusculum carnis

cum fumaria, borragine, ſpinaclo, malua, & aliis eiuſmodi. Itemq. olera humida, ubi eſt braſſica, beta. Iuvant etiam pruna, poma, ceraſa cocta. In junio & Majo multis utile fuit lac recens, butyri ſerum, cibi quoq. lenes ac elixi non aſſi, extremæ animalium partes, carnes pingues, animalium juniorum, ac præcipuè illorum jura, nam alvum ſubducunt. Motus moderatus, & erecto corpore, ut feces deorſum ferantur, item ſæpiùs ſtare quàm ſedere, & ſedere, quàm jacere. Qui ſæpiùs quotidie cibum convenientem ſumunt, ſi alvus non procedat, debent illam irritare, ut obedire aſſueſcat. Ut autem alvus lubrica reddatur, cùm à ſomno ſurrexiſti, moderate viſu, nam magnus obeſt, inſide, cura etiam ut id quod è matutina dejectione relictum, dejiciatur ante prandium, quod ſi non ſuccedat, paulò ante cœnam, vel etiam poſt, tenta, præſertim ſi te gravatum in lumbis ac ventre ſentias. Quodſi prædicta non proſunt, aut veſpere, ante cibum clyſter tepidus, non autem calidus iniiciatur, qui ex oleo & butyro, vel utroq; mixto ad unc. decem circiter conſtat, quibus addi poteſt ſuccus in aluas unc. 4. & retineatur, quamdiu poteſt, reddet enim alvum lubricam. Item Mercurialem collige in Majo, ſuccum extrahe, percola, dum eſt clarus, ſume libram, adde gialappæ ſimplicis unc. octo aquæ vitæ optimæ unc. ſex, olei vitrioli dr. duas, muſci grana 4. pone in vitro, claude ne perſpiret, expone ſoli per dies 50. & nocti ſerenæ. Ex hoc ſume jejunus unciam cum juſculi vervecis aut pulli unc. tribus ante prandium, & ſic fiet per duos menſes ab omni morbo præſervat, ſanat etiam paralyſim.

*Ad ſanitatem* ſervandam Sixto V. hæc conſilia dedit Gualdus. Exercitium ſit moderatum ante cibū, poſt cibum quies. Frictiones manè linteo fiant, à genibus ad pedes, inde à coxis ad genua, poſtea à coſtis ad coxas, inde ab humeris deorſum, rurſus, à brachio ad manus, & à pectore ad brachia, hoc verò fiat uſq

ad

ad suborem cutis. Si pedes dolens non laventur quia senibus illo derivant humores podagricos, nec crura nimis ligentur. ut liber sit decursus sanguinis. Fiat frictio capitis pectine, & tenui linteo detergatur hoc visum conservat. Aures purgentur sternutatio fiat cum pyrethro & pipere. Lotio faciei & manuũ fiat sæpe, sed non aqua calida, in aquam frigidam immittantur oculi aperti, sic enim ab humoribus mũdabuntur. Lingua radatur, & dentes purgentur, & colluantur bis in mense vino in quo bullita radix tisimali. Lavetur caput aliquando maximè hyeme lixivio leni cui incocta salvia, betonica, asarum, majorana, cammomilla, parva vini, rosæ sicca, subitò tergatur ac bene siccetur. Sanitas ab his pendet. Non satiali cibo, non esse pigrum ad laborem, & ut cibus, potus, somnus, exercitia sint mediocria. somnus superfluus generat humores phlegmaticos & illis caput replet, atq; distillationes excitat. Cave à somno post prandium, nisi jam assuetus fueris, aut nocte non dormieris, aut sis fatigatus; sed non fiat somnus nisi duabus aut tribus horis post prandium, & quidem sedendo ac capite elevato. Somnus diebus canicularibus maxime nocet, & facit in caput destillationes, ex quibus varii morbi.

Noctu dormiendum tento capite, brachiis, pedibus cavendam ne radii lunæ caput feriant. quia humores excitant, non indormiendum vacuo stomacho, quia virtus concoctrix debilitatur, nec est bonum corpus sæpè revolvere; quia concoctio impeditur, nec supinus dormias, sed prius in latere dextro per duas horas, postea in sinistro, demum te in latus dextrum vertes, qui habet stomachum frigidum & hepar calidum, dormiat primò in latere sinistro.

Evacuantur humores à corpore, sputis, tensione manuum, sternutatione. sudore, urinâ, sedibus, frictione &c. Lubricum fit corpus, si natura segnis, ju-

vetur clystere, oleo, smegmate, & venter ad minimum semel in die vacuetur, aliàs male inducit gravissima. Quoties sentitur gravedo in intestinis, aut vesica, aut alibi, incitetur natura si est opus, retentio urinæ calculos generat. Repletio maximè est vitanda, & si cū gravedine acciderit, levanda est vomitu *Balnea* etiam evacuant conveniunt senibus & pueris ex aqua tepida, fovent & humectant corpus, humores, resolvunt, mitigant dolores, sed fiant ante cibum. Facta ex vino, conducunt doloribus juncturarum, paralysi, tremori, passionibus nervorum. Ex oleo. prosunt senibus in spasmo, colicis, calculosis, urinæ difficili. In exitu ex balneo siccetur corpus bene, & tergatur linteo: locus affectus ungatur oleo amygdalino, vel anethi, vel camomillæ, radantur plantæ pedum cultro. Lavetur manus, facies, oculi, vino in quo bulliat salviæ aliquantulum, fiat hoc bis de die, confortat visum & sensus.

Circa cibum has dat regulas. 1. Non comedatur unquam ad plenam satietatem, nam semper appetimus plùs quàm necesse. 2. Varios cibos in eadem mensa fuge, maximè si sint diversæ qualitatis, quia se invicem corrūpunt, & lædunt concoctionem. 3. Inter edendum non multùm loquaris. 4. Post cibum nihil comedendum, quia prior corrumpitur, & concoctio turbatur. 5. Bene masticandum, & boli sint parvi, quia ista est prima concoctio. 6 Sint cibi calidi, & in duplo respectu potûs, panis triplò sit major carne. 7. In mensa non utatur multùm jusculis, quia cibi inundarentur in stomacho, & vires eius relaxarentur, appetitus destrueretur, & multæ infirmitates sequerentur. Qui ficcis vescuntur, diutiùs vivunt. 8. Si quis edit nociva, statim contrariæ qualitatis assumat. 10. Post cibum, loco sigilli aliquid casei, vel pyra, & alia stiptica sumantur, & vix aliquid desuper bibatur aliqui stomachum claudunt haustu frigidæ, alii coriandro saccarato. 11. Cœnā

sit

ſit brevis, vel nulla, fuge pinguia, ſtiptica, & fortes hauſtus. 12. Non bibat poſt prandium ante concoctionem, nec vinum ieiuno ſtomacho, quia turbat intellectum, ſpaſmum inducit, nocet nervis, capiti, cerebro. 12. In principio menſæ vinum debile in fine generoſum convenit, quia confortat os ſtomachi, & concoctionem. 15. Craſſi & duri cibi requirunt vinum fortè, delicatiores tenue. 14. Qui multo uſus vino, comedat parum, quia non poſſet vinum conſumi, & læderetur concoctio. 15. Vinum bonum mixtum aquâ melius eſt quàm purum debile. 16. Ne offendat vinum, non comedenda ſimul dulcia, ſed amara, & adſtringentia.

*Sanum conſervat per annum,* rutæ, betonicæ, ana æqu. contunde, & infunde in bono vino albo de quo per Maium quotidie ieiunus ſumat. Faliopia. Item Hordei benèloti menſuram, aquæ fontanæ duas, radicum cichoreæ ſylveſtris manipulum, coquantur lentè igni per tres horæ quadrantes, tum veræ cryſtalli adde unc. ſs. ſalis prunellæ ſcrup. xv, tria vel 4. cochlearia mellis optimi, ſint tres vel 4 unciæ, bulliant per dimidiam horam, colentur per pannum, ponantur in loco frigido, ex hoc jeiunus ſumat duo pocula per intervalla poſt horas 4, à prandio alia duo pocula, eodem modo ut mane, vel minus, ſumat omnia mala ſine purgationibus, niſi eſſet aliquis valdè plenus. Idem facit infuſio teneri graminis in vino. Item aquam vitæ vini optimi diſtillatam octies, partes tres æpicum temerorum roſmarini, & florum part. duas. miſceantur, ſtent optimè clauſa per biduum diſtillentur in B M. clauſis bene iuncturis, doſis uncia cum vino mixta bis in ſeptimana, valet & contra podagram.

*Indiſpoſitiones tollit corporis* malua in Maio collecta, & in umbra ſiccata, ac facta pulvis, ſumuntur à ieiuno drachmæ duæ ſs. in iuſculo.

Potus poſt cibum infra horas tres, facit indigeſtio-

nem

nem, lædit stomachum, creat phlegma, generat malos humores, aggravat corpus, tollit appetitum, neque bibendum, nisi urgeat sitis.

Item rutæ, betonicæ, ana manip. contere, misce cum vino & melle, bibe quotidie per Maium, sanus eris toto anno.

# DE VICTVS & EXERCITII
## Ratione (maxime in senectute) Observandâ.
### Ad S.D.N. Paulum III. Pont. Max.

*Andreæ à Lacuna Secobien. Doctoris Medici, nec non Militis S. Petri Periocbe.*

PRimò enim, ac præcipuè curandum est, ut mens omninò sit libera, immunisq; à curis, anxietatibus, ac breviter ab omnibus animi affectibus: quæ sane perturbationes, cum omni ætati sint nocentissimæ, tū vel maximè senectuti adversantur. Siquidem non solum perturbant animos, sed etiam immutant corpora ossa exsiccant, spiritúmq; absumunt vitalem. Quare quæ iracundiam & excandescentiam accēdunt, omnia circuncidenda sunt, nec secus turbæ negotiorum intempestivæ: laborandumq; ut animus cum maxima sit tranquillitate serenus: qui ut corpus cibis, & exercitiis modicis, sic lectione varia: sed brevi, philosophicâ pia alendus, atque exercendus est. Cæterum lectio ipsa minimè fiat demisso capite, sed erecto, atque etiam specillis adhibitis. Quippe illæ characterum species, potissimum si illoti sint libri, obtuitum atque cernendi vim maximè labefaciunt.

Quod vero ad corporis exercitamenta pertinet, ea moda-

moderata esse debent. Nam si naturæ modum excedant, corpus in aerem resolvunt. Confert itaq; ad excitandum genuinum calorem, ante prandium, & cœnam ambulatio quædam leviuscula. Alioqui si improba sit, insitum humidum discutit, quo natura sese sustentat. Cæterùm quibus ob articulares dolores, aut ob aliam quampiam imbecillitatem facile ambulare non licet, ii vehantur aliquando vehiculo, aut equo gradario insideant, aut à famulis deniq; in cathedra per domum circumducantur. Etiam frictio extremorum lenis ante cibum administrata unicè commendatur. Qui fricandi tamen est subiturus provinciam, auspicatus à superioribus, inferne oportet, ut descendat isq; manibus sit molliusculis, quas etiam oleo chamæmeli permulceat.

Qui vegetioris naturæ sunt, plurimum æstate balneis iuvantur: quæ ingredi tamen debent ieiuno stomacho, idq; prius alvo soluta, aut glande, aut molli clystere, nisi ipsa deiiciat ultro. Balnea autem constent ex aqua dulci, & vino albo odorato, in quibus coctæ sint herbæ. aromaticæque radices: ut salvia rosmarinus, meiorana, chamæmelon, melilotos, sticas, iris, calamus aromaticus, cyperus atq; alia id genus. Egressis balneum, sudor peplis est abstergendus, membraqque chamæmelino, aut anetino oleo, aliove simili perfricanda. Plurimum virtutes omnes corroborat vinum album, atq; odoratum, in quo salviæ fuerit incoctis ramulus, si ex eo calido semel aut bis in die facies atq; manus abluantur.

Ut hæc exercitia jam dicta, si ante pastum administrantur, tum ad crudi cibi coctionem, tum ad distributionem concocti, maximè ex usu sunt: sic contra, statim post cibum adhibita gravissimos cruditatis morbos inducunt.

Somnus similiter statim à cibo initus, diurnusque nisi pridem consuetus fuerit, perniciosissimus est. Quippe ingenii vires obtundit, opera intellectus obtene-

tenebrat, corpori languorem quendam, & gravitatē conciliat: functionesq; ejus omnes ineptas, & pigras reddit, in summaq; periculosissimos cerebri morbos procreat. Quare noctu tantum is ineatur, esseque debet brevissimus. Ejus autem fit in latus dextrum decubitus, semper sinistra manu (quandoquidem sic à dormienti non licet dextera) supra ventriculum posita.

Venus, si cui ætati, senectuti infestissima est, exiguum illud fomentum, quod superest illi ad vitam degens pascens. Quare senes libidinosi sibi extremam internecionem accersunt.

Aeris etiam solitudo est habēda: ut sic videlicet purus: cujus sanè putredinem ignis perennis discutit. Præstiterit autem hic, si ex junipero, & rosmarino constructus fuerit, Æstate tamen, quàm hyeme parciùs debet accendi.

Habitatio debet esse non subterranea, non obscura, non humida, non deniq; paludibus, aut cloacis vicina, sed editiuscula, ab omniq; intemperie, & corruptela alienissima: habens fenestras binas, quarum una quidem Orientem solem, altera Occidentem spectet: ut mane & vesperi per eas lumen ejus insiliat.

Hypocausta Germanica ad tuendam sanitatem non probo, utpote in quibus semel emissum aerem, non nostrum tantum, sed etiam hominum infectorum rursus inspirare compellimur. Unde interdum qui sani sunt, morbos maximè contagiosos sibi infeliciter contrahunt.

Quod verò ad nutriendi modum spectat, senes crebrius cibandi sunt, at parciùs. Nam cum eorum calor remissior sit, facilè ciborum colluvie extinguitur. Ter itaque in die illos esse par est, sed cum aliquantula esurie semper mensam relinquere, quæ mox, antelatis epulis, evanescet. Vitanda igitur est omnis crapulæ plenitudo.

Nec interim negligenda est cuiq; peculiaris tempe-

raturæ

raturæ consideratio. Siquidem qui natura sunt pitui tosi, ij magis sunt exercendi, magisque siti & inedia, necnon vigiliis vexandi: biliosi autem requirunt contraria omnia. Pari etiam ratione, victus ratio frigidior, uberiorque desideratur æstate, quàm hyeme, quisq; præterea diuturnior.

Cibi expediunt senibus, qui solidam quandam humiditatem sortiantur, exsiccandi tamen, extergendiq; vim possidentes. Nam etsi senilis habitus natura quidem siccus existat, est tamen per accidens humidus, redundatque pituitosa quadam superfluitate, quæ siccæ victûs rationem postulat.

Mel igitur maximè senibus confert, si præcipue mixtum butyro recenti matutino tempore, & etiam in primis mensis sumatur. Siquidem non solum nutrit egregiè, sed alvum pro ratione etiam citat, absumitq; omnes humiditates superfluas. Mel itaq; sensus omnes sanos, integrosque conservat.

Panis sit probè coctus & purus, quique modicam portionem salis atq; fermenti receperit. Quòd si ad libram unam farinæ Chiæ mastiches addideris binas drachmas, panis inde confectus non modo erit gratior gustui, sed ventriculum etiam exactiùs corroborabit.

Inter carnes porrò, gallorum gallinarumque necnon perdicum, turturum, phasianorum, merularum, attagenarum, adeoq; alienorum minutorum passerculorum usum commendo. Nam ex quadrupedibus quidem, omnes damnandæ sunt, si arientinas tantum, hædinas, atq; leporinas excipias: quæ illis haud parū congruunt.

Ex piscibus admitto tantùm eos, qui inter saxa nutriuntur, atq; etiam cancros fluviatiles, quod alii omnes lentos, frigidosque gignant humores. Quamquam ne cancri quidem suo vitio carent, cum & coctioni resistant, & spiritum oris gravem atq; fœtidum reddant.

Ova

Ova recentia, & ſorbilia, cocta in duplici vaſe, nutriunt commode ſenes, ut quæ facile concoquantur. Sorbitiones ſimiliter, carniumq; juſcula, in quibus fuerint coctæ apii aut petroſelini radices, ſi præſumantur, haud obſcure prodeſſe videntur ſenibus.

Lacticina (excepto butyro) necnon ſalſa, acida & piſtoria omnia cum eiſque olera cruda, prorſus ſunt abigenda, nec ſecus omnes hortarii fructus. At Damaſcena pruna, aridæ ficus, uvæ paſſæ ablutæ albo vino, amygdalæ, nuces, cappares, aſparigiq; cibi convenientiſſimi ſunt, ſenibuſque benignos procreant ſuccos. Cappares tamen, aſparigique ſemper debent alios cibos præcedere: cætera verò, vel ſi ſequantur, id quidem fuerit indifferens.

Vina ſunt ætate provectis provecta, odorataque neque tamen adeò vinoſa ut caput, & mentem feriant. Quare quæ flava, & tenuia ſunt, ea prærogativam obtinent. Quòd ſi laminam auri cādentem, priuſquam bibantur, ter aut quater extinxerint, multo efficacius facultatem cordis firmabunt. Porro Cretica vina (quæ vulgo Malueſia vocant) mire conducunt ſenibus, quibus caput imbecillum non eſt. Quod ſi adeò fortia vina non ferant, ea diluenda ſunt aqua, in qua prius decoctum fuerit maſtiches, & cinamomi puſillū Quæ aqua mixta cum vino eſſe debet una hora integra, antequam id bibatur. Per ſe autem aqua ſenili ætati longè infeſtiſſima eſt.

Vinum itaque ſumptum modice ſenibus maxime congruit. Nam qui eo ſe intemperanter ſepeliunt, non ſecus faciunt, quum qui ultrò arſenicum vorant. Si quidem non ſolum animales actiones proſternunt, ſed vitalem etiam calorem exſtinguunt, tandemque muti, convulſi, appoplecticique aut ſuffocati, moriuntur. Quare ex illis nullum, aut certe raros videre licet, qui ad ſenectutem pervenerint.

Abſolutis tum prandio, tum cœna (debet autem hæc liberalior eſſe in iis præcipue, qui publica negotia admini-

Brat. ark. G.

De Epithymo a dr. 2 ad 6
De gemmis ab aurei ſ ad aur. 1 cum vino aut aqua bugloſſæ
Indum maius a dr. 4 ad unc: 1 cum mele.
Indum minus a drj 2 ad 4
Iuſtinum a dr. 2 ad 3
Lætitiæ a dr. 3 ad 6
Elect. lenitivum ab unc. 1 ad 2
Lithontribon a dr, 2 ad 3
Pleres archonticon a dr 1 ad unc. 2
Eptyllio Meſ. a dr. 3 ad unc. 1 cum liqvore.
Reſumptivum a 3 ad unc. 1
Regum a dr. 1 ad: dr 2
Roſatum Meſ. a dr 5 ad 6
De ſorbis a dr 2 ad unc. 1
Eſucco roſarum a dr. 3 ad dr. 6
E ſebeſtn ab unc. ſ ad unc: 1
De Trochiſcis ab Hemech a dr. 3 ad unc. 1
Enema ſignificat idem quod Clyſter
Enula campana conditi quantitate avellanæ
Errhina vide Caputpurgia
Eſdra Nic. quantitate fabæ
Hamech Confectio maior a dr 2 ad 6 pro melancholicis
Hiera picra omnis quæ eſt Gal. a dr. ſ ad dr 1 Nic. & Hiera magna & Compoſita, & Hiera ex 16 rebus in Cliſtere ab unc: ſ ad unc. 2 per os a dr 1
Hiera Pacchrij Hiera diacolocynhidos Antirschiſcrib. a ſer ſ ad ſer 2 cum melle a dr 2 ad dr. 4
Hiera Logadi Aety a dr. 2 ad dr 4 cum mulſa
Hiera Rufini a dr 1 ad 2 pro melancholia purganda pro flegmate a dr 2 ad 3
Hydromellita *Pauli* unc. 2. cum aqua menthæ
Hydromeli ut mulſi aqua
Indum majus a dr. 2 ad 6
Infuſio vel dilutum
Iulebo affunditur aquæ quatuor partes fontanæ, vel alterius H Iula-

Iulabium Zulapium idem
Lætitiæ Gal. a dr 3 ad 6
Lætificans Almanforis a dr 3 ad 6
Lenitiua vide purgantia
Lithontribon Nic: a dr 2 ad 5 dilui debet vino
Loch, Lohoch a dr 4 ad 6 quovis tempore præterquam Loch de papavere quod quantitate fabæ a cœna horâ in ore liquescat
Loch de ally Mes a dr 3 ad 6
Ad Asthma Mes a dr 4 ad unc: 1
De Caulibus Gord. a dr 5 ad dr 7
De Farfara a dr 4 ad unc. 1
E papauere Mesve lambendo ad unc. ſ me crebro post cœnam
Pectorale Gor. idem est quod da caulibus
E Pino Mes ab unc. ſ ad unc. 1
E Pulmone vulpis Mes a dr 3 ſad 6
Sanum & expertum Mes a dr 5 ad 10 non sumatur temere
E Scylla a dr 2 ad unc. ſ Ieiuno
Lozengiæ ut Morsellæ
Manus Christi perllatæ a dr 1 ad 2
Masticatoria, a pophlegmatismi mane post illa os calidâ decendyaque vel ptîsanâ
Mel rosatum ab unc. ſ ad unc. 1
Mel violatum a dr. 1 ad unc. ſ
Melicratum plus minus unc 4
Metrenchytes in somno, tenetur horis 6 unc. 6 aut 7.
Micleta Nic. ituris cubitum a dr 3 ad 4 cum decocto plantaginis maioris polyg. rho. culinarij radicis symphiti aut baccit myrthi
Mithridaticum Democr. ex vino tepido cui incocta saluia quantitate fabæ ante venenum post quadruplum plus & bis de die.
Mithridatis antidosus Nic. vel
Mithridatium Andromachi Gal a ser ſ ad scrup.

2 ſi

. si sit recens vetus a dr ſ ad dr 1 in vino tepi-
o. Ante venena fabæ quantitate post quadruplo plus
Mithridatus antidotus ex Androm. cum mulso
aut vino nec pueris
Miva Rob Robab succus medtatus. De fructu
apa cum aqua vel iure non plus unc. 2
Miva cydonioz simplex unc. 2 cum aqua mentho
Morselli, Morsuli dr 1 ſ ad 2 prius hauriatur apo
ema mane & vespere hor. 4 a cibo
Mulsa, aqua mellis, Hydromeli Mes. ad libitum
Musa ænea, siue Zazanee. Egetea, saganea vel A-
aranei antidotus Mes. cum vino ab aurei semisse
ad aur. 1
Myrobalani, Emblici conditi una mane sistit
alvum
Myrobalani chebuli conditi una mane
Narcotica seu stupefacientia, nisi in necessitate,
nec consequenter a ser 2 ad dr 1 cum syr. rosat
nec membris principalibus applicentur aut debilibus
Nasalia errhina naribus infunduntur unc. ſ sed
s implentur aquâ ne per illud effluant, & prius cor-
pus sit purgatum.
Opiata eadem quæ Nanotica
Orbiculi, placentæ, rotulæ hor. 4 ante prandium
& vespere hor. 4 post cibum
Oxosacchar simplex vel compositũ a dr 5 ad unc. ſ.
Oxymel scyllinum in potionibus ab unc ſ ad
unc. 1 vel eclegmatis modo cochlear
Oxymel simplex ut syrupi similes ab unc 1 ad
laxativum a dr 3 ad 7 In præparantibus remedijs
ab unc 1 ad 2 In potionibus ad unc 1
Oxymel compositum ab unc. 1 ad 3
Oxymel Iuliani ab unc ſ ad 1 mane, meridie,
vespere
Pastilli, trochisci, cum liquore triti si sine opio
dr ſ ad 1 si cum opio & ingrati a ser ſ ad 1
Caustici plus Non urentes extrinsecus a dr ſ ad 1

Apertuci corporis a ser ß i ad dr i
De Absynthio Mel. cum succo aliquo ut supra
De Agarico Mes a dr i ad 2 cum vino aut aqua
Alkekengi Mes a dr i cum vino vel Iulep.
Alhandaal siue colocynt Mes a gr 6 ad 12
Aliptæ moschatæ Nic: ut communes
Bechii albi & nigri ut communes.
De Berberis Mes a dr i ad dr i s vino diluto
De Camphorà Caphura Nymphæa, Mes. a dr s ad i
De Charabe, electro, seu succino Mes. dr. i. cum aqua
De Cappatibus Mes. aureus unus in decocto
De Colocynth Mes. dr i infuso

i
Dyarhodon Mes. cum iulepo ros. 6 unc
De Eupatorio Mes. cum infuso caneami & oxymelite dr.
De Galla Moschata Mes. a dr i ad unc. s.
De Halycacabo Mes ut alkadenq;
E Myrrha Rhazis ex decocto sem. Iuniperi dr i
Oxyacanthæ Mes. vel Nic. dr i aut 2
De Rheo Mes. a dr. i ex aqua aut vino
De Spodio Nic. a dr i s ad 2 ex potu.
De Spodio cum sem. Oxalidis Mes. dr. i
De Terra sigillata, Lemnia, Lemnio sigillo, Mes dr. s vel i cum aqua convenienti
E Vesicarijs ut Alkekenq;
Philonium Gall. quantitate fabæ aut plus cum potu
Philonium maius seu Romanum quantitate avellanæ
Philonium Mes eodem modo
Philonium Persicum Ioan. Dan. a dr i ad 3.
Pilulæ, Catapotia, post cibum digestum raro ultra scr 4
Debiliores pilulæ a scr. i ad dr. Mediæ a scr 4 fortissimæ a scr. i ad dr. i

De

De Agarico Meſ. a ſcr. ſ. ad ſcr 4
Aggregatuiæ Meſ. a ſcr ſ ad dr 1
Alephangiuæ Meſ. a dr. 1 ad 2
De Aloë a ſci. 1 ad dr. 2
Aromaticæ Meſ. a dr 1 ad 2
Anthrituæ Nic. a dr ſ ad dr 2 ſemel in ſeptimana
Aſſacereth Aucicen dr. 1 ad ſcr. 4
Aureæ Nic. a ſcr 1 ad dr. 1
De Bdelio Maiores Meſ a dr 2 ad 3
Bechicæ Meſ. a dr 1 ſ ad 2 ſ
Benedictæ a dr 1 ſ ad 2 ſ.
Cocciæ Rhaſis a ſcr. 2 ad 4 cum vino lymphato
De Colocynthide aut Nitro Alex a ſcr 3 ad 4
Communes a dr 1 ad ſcr 4
De Cynogloſſo Nic. a ſcr 1 ſ ad dr. 1
De Eupatorio Maiores Meſ. a dr 1 ad ſcr. 4
De Euphortio Meſ. a dr ſ ad 1 nonniſi in neceſſitate
Fætidæ maiores & minores Meſ a ſcr. 1 ad dr 1 non ſunt tutæ
De Fumo terræ Avicen. a dr 1 ad 2
De Hiera cum Agarico a ſcr 1 ad dr 1
De Hiera fætida a ſcr 1 ad dr 1
De Hiera ſimp: a dr 1 ad ſcr 4
De Hermodactylis maiores & minores a dr 1 ad ſcr. 4
Imperiales a dr 1 ad ſcr 4
Indæ Meſ a ſcr. 1 ad dr. 1
De lapide Armenio meſ. a ſcr 1 ad dr 1.
De lapide Cynneo aut Lazuli Meſ. a dr 1 ad ſcr 4 dr 1 ſ tutæ ſunt
Lucis ſiue Oculares maiores & minores Meſ. a dr. 1 ad ſcr.
Maſtichinæ Concil. a dr. 1 ad ſcr 4
De Mezereo Meſ. a ſcr. 2 ad dr. 1

Myr-

Myrthinæ a dr 1 ad 2
De Nitro Alex. a dr. 1 ad 4
De Octo rebus a dr. 1 ad scr. 4
Ocularrs maiores & minores a dr. 1 ad scr: 5.
De Opoponace Mes. a scr. 2 ad aurenm 1
Pestilentiales ut communes
De Quinque generibus myrobolanoc Nic, a dr. ad scr. 4.
De Rhabarbaro Mes. a dr 1 ad dr 1 s
De Sagapeno Mes. a scr. ad dr. 1
De Sarcocolla ascr. s ad scr. 4
De serapino a scr. 1 ad dr. 1
Sine quibus esse nolo Mes. a dr, ad dr. 2.
Stomachicæ Mes. a scrup. 1 ad dr. 2
Pleres Archonticon Nic. a dr. 1 ad unc. s.
potiones ut purgantia.
Pulvis, Szyfal. Tragæ, Frangæa, Trageni, Tritura, Omnes suauiores in usculo a scr. 1 ad dr. 1
Fortiores a scr. s. ad 2 si vino miscentur vel cum aquis fortioribus minuitur dosis.
Pulvis Alexipharmacus seu Bezoardicus cum vino aut syrupo citrio a dr. s ad 1.
Ad Casum cum vino adstringenti dr. 1
Confectiones Alkermes a scr. s ad 2.
Cordialis dr cum uncia decoctionis capionis.
Diacameron a scr. s ad dr. ij
Diamargarithonis frig. a scr. 1 ad dr. 1 in brodio
Diarchodon Abbatis a scr. 1 ad dr. 1
Diasantali a scr. 1 ad dr. 1 cum brodio
Diatragacanthi in crassantibus a dr. 1 ad 2
Diairis simplex a dr. s. ad 1
Diairis salom. a s. ad 1
Dueis ad dr. 2 ante cibum in pane torto macerato in vino optimo.
De Gemmis a scr. s ad 2
Laxativus quasi 1 cochleare

Limaturæ chalybis dr. 1 p. m.
Ad Lumbricos a dr. 1 ad 1 ſ
Ad Partum ſcrup. dr. cum decocto aniſi & Maſtiches.
Contra Peſtem drach. dr. 1 $\frac{1}{2}$ ieſune in vino optimo
Pituitam purgans ieiuno a dr. 1 ad 1 ſ
Purgantes in iure cochlear 1 ante prandium.
Roborantes ieiunis dr. 1 ante prandium horâ 1 & veſpere cum pane toſto in vino macerato.
Senæ ad unciam ſ
Solutivi a ſcr. 1 ad dr. 1
E Turbith Avicem. a ſcr. 1 ad dr. 1
Purgantia, Cathartica, Solutiva, Lenitiva, Potiones purgantes leniſſimæ ab unc. 1 ad 2 fortiora ut Opiata, myrobolani ad unc. ſ. vehementiora ad dr. 1. maximæ, ut pilulæ de Euphorbio ſagapeno, Colocynthide nonniſi in extremis ſcr. 1
Purgans decoctum unc. 3 ieiuno
Purgatorius bolus, ut Bolus Purgatorius
Requies Nicolai quantitate Caſtaneæ, vel a dr. 1 ad 3 bene poſt cibum & dormituris cum ſyrupo roſato
Rhodomeli Cathart. Actuar. & Aëtij a dr. 4 ad 6
Ribes ſuccus cum frigida aqua a dr. 2 ad unc 1
Rob, Robub Miua, ſuccus medicatus ut Miua.
Rob de Ribes unc. 1 ad 2
Rob de Berberis ab unc. 1 ſ ad 2
Roſata novella Nic. diluitur ſyrupo Roſarum aut viol. aut decoct. prunor. aut hordei unc. ſ
Rotulæ a dr. ad 2. mane & ſerò 4 horis ante cibum
Rubitæ trochiſcatæ unciæ $\frac{1}{2}$
Saccarum roſatum ab unc. ſ ad 2 mane ſerò meridie

ſacca-

Saccarum buglossatum ab unc. 1 ad 2
Saccarum caudum ab unc. ſ ad 1
Saccarum violatum unc, 1 mane & meridie
Saccara alia quantitate avellanæ vel cochlearis post cibum
Sapa ut mel aut saccarum
Solutiva vide purgantia
Somnifera vide Antidota somnifera
Species Aromaticæ a dr 1 ad 2 mane & serô quatuor horis ante, aut post cibum
Stupefacientia ut Opiata Narcotica
Succus medicatus ut Miva
Succus granatorum ab unc. 1 ad duas cum aqua
Succus rosarum purus ab unc. 1 ad duas
Succus violarum ab uncia una ad duas
Suffuf. ut pulvis
Syrupi a drachmis duabus ad sex cum aqua appropriatœ duplo ut non sit pro una vice ultra 4 unc. calidè mane per triduum horis 3. ante cibũ
Syrupus de Absynthio Mes ab uncii una ad 1-
Acetosus simplex Mes. ab unc. 2 ad 4 & post horas 4 a sumptione unc. 4 aquæ hordei bibantur
Acetosus compositus Mes. ab unc. 1 ad 3
De Agreste Mes ab unc. 1 ad 2
Arantionem acetosorum ab unc. ſ ad unc. 1ſ
De Arthemisia Matth ab unc. ſ ad iſ
De Boragine ab unc. 1 ad 4
Bizantinus Mes- unc. 1 ad 3
De Calamento Mes. unc. ad 2
De Capillis Veneris ab unc. 2 ad 3
De Cichorio cum rheob. Nic. ab unc. iſad 4
De Corticibus citri Mes. ab unc. 1 ad 2
Cydonioma simplex ab unc. 1ſ ad 2
Endivia ab unc. 2 ad 4
De Epithymo Mes. ab unc. 2 ad 4

De Eu-

De Eupatorio Meſ- ab unc. 1 ad iſ
De Fumo terræ Meſ. ab unc. 1 ad 3
De Glicirhiza, Meſ ab unc. 2 ad 4
De Granatis acidis Meſ. ab unc. 1 ad 2
De Hyſopo Meſ, ab unc. una ad 2
De Iuiubis Meſ. ab unc. una ad 2
Intybi ſimplex ab unc. 2 ad 3
De Lupulo ab unc. una ad 2
De Limonibus ab unc. una ad 3
De Mentha Meſ. ab unc. una ad 2
Myrthinus Meſ. ad unc. ſ ad iſ
De Nymphæa ſimp. ab unc. ſ ad unc. iſ
De Papavere ab unc. ſ ad 1
E Perſicorum florum infuſione unc. ad 3
E Pomis ab unc. ſ ad 1
De Portulaca Meſ a dr. 2 ad unc. 1
De Praſio Meſ: ab unc. ſ ad 1
De Quinque radicibus ab unc. 2 ad 4
Roſatus ſimplex aut ex infuſione roſar. Nic. ab unc 1 ſ ad 2
De Scolopendria ab unc. iſ ad 2
De Stæchade Meſ. a dr. 2 ad unc. 1
De Succo acetoſæ Maſ ab unc. iſ
De Succo cucurbitæ Meſ. a dr. 4 ad unc. 1
De Succo citri acido Meſ: ab unc: ſ ad iſ
De Thymo ab unc: ſ ad unc. 4
Violatus ſimplex & compoſitus aut ex infuſione viol. ab unc. 1 ad 11

Tabulæ vel morſelli a dr. 1 ad iſ 4 horis ante & poſt cibum

Theriaca Androm. ad dr. iſ, poſt venenum quantitate avellanæ

Theriaca pueris a ſcr, s ad ſ 1 & ſenibus. Fortibus & æſtate non datur ſed debili bene ante & poſt cibum pituitoſis, non verò bilioſis.

Theriaca diateſſaron Meſ. ab aurſ. ad dr. 1.

Theriaca magna Nic. à dr. 1 ad 2

Trages Tregema [Tritum ut pulveres
Trochiſcus ut Paſquillus Paſtillo
Triphera mâgna Nic. a dr. 1 ad 2
Triphera ſarracenia Nic. quantitate Caſtaniæ Meſ. a dr. 1 ad 2
Triphera Perſica Meſ. ab unc. ſ ad 1
Triphera minor Phænonis a dr. 1 ad 3
Vomitoria poſt cibum tepida ab unc. 1 ſ ad 3.
Zalanea Meſ. ab unc. ſ ad aur. 1
Zingiber conditum a dr. 1 ad Iſ

# CAPUT XIII.

## *Herbarum Nomenclator*

Quia opuſculum iſtud ad uſum Polonorum ſcripſimus, quibus licet multum ſit familiaris lingua, nihilominus etiam periti huius lngæ in nominibus rerum propriis ſæpe ad Dictionariũ coguntur recurrere, quo, ut eos labore ſubleuemus, Dictionarium herbarum, & aliorum quibus in medicinis utimur Polonicum adſcribemus,

A 1 Abſynthium Romanum, Ruſticum, Pòeticum, Piołun Poſpŀity
2 Abrotanum, Boże drzewko. ſylveſtre, Proſzczak
3 Acanthus, Acantion, urſi branca, Barſcz.
4 Acorias Mieczykowy Korzeń
5 Acedula, Oxyluda., Acetoſa, Sczawik
6 Acetoſa Sczaw Actia Tarnki
7 Acatoſella, Alleluia, Trifolium acetoſum, Panis cuculi, Oxytry phillon, Záięczy Sczawik
8 Aconitum Omieg.
9 Acutella Ononis, Reſta bovis, Remora aratri, Urinalis, Urinaria. Lipká. Liśi ogon.
X Adiantum nigrum, idem Politricon. Album, idem Capilli Veneris
10 Aſphodilus, Afrodilus, Haſtula regia, Albucũ łotogłow.

Agari-

Agaricus, Modrzewowa gębká
Agrimonia, Rzepik.
Agraria Czyścićc
Aliea, Sylveſtris Malva, Herba Vngarica, Simeonis herba. Kędźierzawiec.
Alcibiadion, Echion. Bugloſſon agreſte Płonne Miodunki.
Allium, Scorodum: Czoſnek.
Allium agreſte, Ophioſcorodon, Anguinum allium Waśiniec.
Allioporum, Scorodropraſſum, Arapellopraſſum Czoſnek ługowy. Czoſnek Winniczny.
Alkakingi, Halicacabus. Phyſalides, Solanum, veſicarium, Miechowki, Pęcherzyca. Pśie wilnie.
Altea, Ebiſcus, Vibiſcus. Wyſoki Ślaz,
Alliaris, Allraria, Czoſnkowe Ziele
Alcitraga Smłod, Amaracus Miieran
Anetum. Kopr. Ameos, Polny Kmin.
Aniſum Anyſz Ameruſca Inetū fœtida, Pśi rumian
Ambroſiana Krwawnik
Antipater, Chriſtophoriana, Oculus conſulis Filius ante Patrem, Oculus, Chriſti Gwozdziki małe polne. Antos Rozmaryn.
Ancuſa, Auronochia, Bugloſſa rubea. Czerwone Ziele Czerwony korzeń,
Angelica, Altrancia, S. Spiritûs radix. Dzięgiel.
Ancrarium Káźiniec.
Anonis Wilkołczy ogon.
Anemones, Adonidis flos Orchi tunica, Adonidis herba, Herba vent. Záięczy Smáczek ſzanki
Apium ſativum Piotruſzká Selinum Petroſelinū
APium montanum, Oroſelinon. Opich.
Apium ſaxatile Selinon Macedonicum, Opich Mácedońſki
Apium paluſtre, Oleoſetinum, Hydroſelinum. Opich błotny.
Aparine, Lapparia, Aſperngula, Ruella Phylathro

thropo Oſtrzycá.
Aquilegia, Aquilina Orlik, Cynowod.
Artemiſia, Valentina, Herba regia, Olus regium Bylicá.
Arum, pes vituli Serpentaria, minor. Koźia brodá Obrazki.
Ariſtolochia Ariſtologia. Kokornak. Ariſtolohia longa. Kokornak męczczyzná, Rotunda zenczyzná
Arnogloſſon. plantago major, Agnina lingva, Quinqueneruia, Coturnix. Babká.
Arnogloſſum minus, Lanceata, Agnina lingua minor. Iezyczki.
Aſparagus Myacantinus Miocanthus Iabłonki
Aſaron, Perpenſa, Nardus ruſtica, Kopytnik.
Aſplnon, Sclopendron, Citarach, Argentina Sledzionne Ziele Stonogowiec.
After Atticus, Bubonium, Inguinalis herba, Alibinum Iáſkierki, Gwiazdeczki.
Atriplex, Atraſaxis, Chryſolacha. Atratax Aureum Olus Loboda Lebiodá.
Auricula muris, Piloſella, Alſine, Myoſota, Myoſotis. Niedoſpiałek, Myſze uſzká.
Avena, Biomos, Aegylops Owies.
Bazylicon, Garyophillatum. Ocymon, Ozymon Bazyliká więtſza.
Baſilicon minus, Baſilicon ſylveſtre, Oczymaſtrum, Mnieſza Bázyliká
Batrachium Ranunculus, Pes coryinus, Apium aquaticum Flámula Iaſkier.
Barba Capri Kozia broda.
Barba ſylvana, Plantago Aquatica, Aliſma, Damaſonium Fiſtula paſtoralis, Wodna babka.
Bardana minor, Barbana minor ungala caballina, farfara, Perionata minor, Bechion. tuſſilago. Podbiał.
Been, Bechen, Balamus Mytepſica, Been.
Belis, bellius, margaritum, primula veris, conſolida

solida minor, Stokroć cudne.

Beta Teutlon, Sycla. Cwikłá

Betonica Veronica Cestron, Scratula Biekowica

Bistorta,, Bitorta Węzownik.

Bliton Oleus Olus coxile spinachia, Aspenach. Szpinak.

Blataria. Mszyca, Dziewanká.

Borago, Buglossum, Bubula lingva. Borag.

Brassica sativa, Brzokiew, Kapustá

Brassica marina, Soldauella. Brzoskiew morska:

Brion, Splanchon, vinea, Muscus arboreus mech

Brunella, Symphitum, Petreum, Herba prunella, Głowienki Głowien.

Brionia alba. Ampelolevie: Vitis alba, Viticula, Przestęp.

Bursa pastoris Thlispi. Tòbołki Kaletka.

Buphtalmos, Bychar, Bovis oculus, Cotula non fætida Wołowe oko.

Calamentum, Calaminta. Nepeta, Herba Gattaria, Biała Lebiodka.

Calamus aromaticus, Calamus odoratus, vulgo Tatarskie ziele.

Calendula, Caltula, Calta, Leon copodium, flos omnium mensium. Mogietek.

Campanula, Cervicaria, Dzwonki.

Canis lingva, Cynoglosson. Psi język.

Canabis Canabon. Konopie.

Capillus Veneris, Adianton, Polytrichon, Trichomanci, Herba cincinnalis, Capillus terræ Matki Bozey Włoski.

Capillus, Tricomanes, Capilaris herba Mátki Bożey włoski mnieysze.

Carduus sylvestris, Scolymus, Strobilus, Cinara Cinaria. Oset wielki.

Carduus marianus Carduus maris, Cædius albus. Ostropest.

Carduus benedictus. Bernardinek Turecki Czubek włoski oset.

Car

Cardiaca, Licopodium, Lupi pes Serdecznik.

Carlina, Chamaleon niger. Dziewięćśiłi.

Ciminum ſylveitre, Carui, caron, careon, corduvenon, Polny kmin.

Catapucia, Characias, Skoczeſi. Cartamum. Krokos.

Cauda equina, Aſperella, Equiſentum, Hypparis Trimachion, Przaſłka Koniogon.

Cauda equina altera, ſcevola, ſalix equina, altera, hippuris. Skrzyp.

Centaureum maius, Herba Chyronia. Ceturzya wielka.

Centaureum minus. Febrifuga. Centurzya.

Centonculus, Tomentum, Gnafalion, torminalis herba. Wronie máſło mnieſze. Cervi bolum, Ielenie gałki.

Centumnorbia. Nummularia. Lunaria minor Stowrzod, Vſpiwrzod.

Centumgrania, Millegrania Stoziarn.

Cepa, Cromion Cebulá. Cepagronium Trzebula

Chærefolium Chæroſillon, Gingydium. Trzebuka

Ceruma lingva, Philitis, Ieleni ięzyk

Chamædrys Quercula minor. Triſſago, Calamandrina, Seratula. Wieka ozanká.

Chamæpytis, Aiuga, Abiga, Ibiga picea, parva pinus. Cupreſſina Iua. Iwá. Suchotne ziele.

Chamæacte Acte Sambucus Bez-

Chamædaphne, terreſtris Laurus. Vinca pervinca Bárwinek.

Chamæmelum, Antemida, Antemis, Camomilla Rumienek.

Chelidonium maius. Hirundinaria maior Cælidonia Iáſkołcze ziele.

Chelidonium minus, Hirundinaria maior, Mnieyſza celidonia.

Cheiri, Xeiri, Leucoion, Viola ſativa. Viola cytrina, Viola alba, Viola purpurea, punicea ſiane

Fioł-

Fiołki Chrysomille, Mierunki
Cicer, Erebinthon. Włoski groch- Cimerij rubi Sczyny.
Cicuta, Conion, Weszká weż. Swinia.
Cirsion. buglossa regali, Miodunki
Cychorium agreste Radicula picris, seris, Intybum, Ambubeia. Podroznik.
Circea, Dircea Niewieście pśiny.
Cyssos, hedera, frondes Poëticæ, corymbia.; Bluscz.
Ciston Cistaron Rosa canina. Pśia roza.
Cnicus, Cartamos, Crocus hortensis, Krokos.
Coccus, Baphica, grana tinctorum, Kokkus.
Colocintida, sylvestris, cucurbita sylvana, cucurbita. Ośli ogorek.
Consolida regalis, Caputiaris. S. Katharinæ herba, cuminum sylvestre. Ostrożki Ziele S. Catharzyny Modrzewiec.
Consolida maior, Symphitum maius, succutum. Zywokost Zywignat.
Coniza, Cunila, Pulicaria. Płeśnik, zołty płesnik
Coryandrum Corion, Corianon, Coriander, Polski pieprz. Corallina. Ziele od glist.
Coronopos, serpentina sangvinari Cornicis pes Wronia noga.
Cotylidon, Aizoon, Acetabulum, Sedum minus Veneris umbilicus, Cymbalaria, sempervivum, Barba Iovis, Rozchodnik. Cothana Gdule.
Cotula fætida, taletrum, Psi rumien.
Crocus, crocon. Szafran.
Cruciata Krzyzownik.
Cucumis, Sycios, Cucumer sativus. Ogorek
Cucumer, pepon Sycios pepon. Melopepon, Malō,
Cucumis agrestis, sylvestris, angvitius, erraticus Sycio tagrion Elaterion, Cucumis asininus. Osli ogorek.
Cucurbita Colocynthis Kurbasz, Bania.

Cuscu.

Cuſcuta, Caſſuta, Amplexicaulos, Linodera, Kániá prędza wyłup.

Cyanos flos, Baptiſecula. Bławat.

Cydaminus, Rapus terræ. Vmbiliculus terræ Panis terræ, panis porcinus. Artamita. Swiniak, chleb wieprzowy.

Cyminum, Cuminum Kmin.

Cyperus anguloſus iuncus, Criſiſceptrum, Oſtrzyſz cyperowe ziele.

Cytyſson, Citiſſus agreſtis, Grandis lotus, trifolium maius, Noſtrzek Cytranguli Pomarańcze, Cydonia Pigwy.

Daucus, Daucion, Baucea Ptaſze gniazdo, Swiniak polna marchew.

Dictamum, Dictamus, Dyptan.

Daucaria Kłobuczki. Draceydion, Trzemká.

Dyctamum falſum, pſeudodictamum. Trzemdałá Nieprawdźiwy dyptan.

Dypſacus, Carduus fullonum, labrum Veneris, lavacrum Veneris, Szczotki, Szczeć.

Digitalis, Naparſtnica, Dzwonki podługowáte.

Dracunculus minor. Dracontion, Sepentaria. Colubrina maior. Wężownik wielki. Dyablik.

Dracunculus maior, colubrina, viperina, crocodilia, ſerpentina minr. Wężownik mnieiſzy. Dragonton Wężownik.

Dryopteſis, Micula, Maluchna Páprotká.

Helenium, Inula, Enula, campana. Oman.

Edena terreſtris. Bluſcz- ziemny.

Elleborum album, veratrum album, Ciemierzyca biała. Elleborum melan. veratrum, melanpodium.

Elleborum nigrum, Chriſtiana radix, Ciemierzyca. alb. czarna. Ebulus, Hebd.

Endivia, Intibus hortenſis, Seris. Mlecz wyſoki.

Epitimon, Involucrum. Wyłup thymowy.

Eruca, Euſomon, Rucula, Biała Gorczyca.

Eryngion, Eringus, Iringus. Mikołáiek

Erynchidanon, Rubia ſativa, Rubea tinctorum. Marzanna. Enula Oman.

Eufragia, Eufraſia, Euphroſiine, Swieczki.

Eupatorium Eupatitium Wątrobie ziele. Rzepik, Szadźiec. Eriſphetus Szałwia.

Epaticus flos. Dziewięciornik. Epatica wątrobne ziele

Eſula, ſcebram minor, ſoſnka, ſosienki.

Faba Bob, Ægyptiana, Pontica, Calocaſia. Bob Egypſki

Ferula, Nartex. Feruła

Filix, pteris, Filix Fænaria, Filix fæmina Oſmunda regalis. Polna paproć Pâprotká,

Filius ante Patrem, Gwozdziki polne.

Filix mai, Thilipteris, Oſmunda, Mympheopteris Błotna paproć Struſowe pioro, Fabaria Bobrownik.

Fœniculus, maratrum: Kopr włoſki

Fænum græcum, Silicula ſiliqua, Buceras Krzyzyki, Bożatrawká. Flamula Iaſkier.

Filpendula, oenante. Złomikamien. Teſzlik. Panny Maryey Kropidło Orzeſzki.

Fontinalis, Potamogetone- Storzyſzek,

Fumaria, Capnos Polna Rutá:

Fraga, Fragaria, Poziemki:

Fungi, Mycetas, Grzyby. Fumus terræ Ptáſzaruta.

Galliops, Millemorbia, Ferraria, Serofularia, Caſtrangula. Tredowaćiec; Galanga Gałgan:

Gallion Mleczne ziele.

Garyophilata, oculus leporis, Herba benedicta, Benedyktá Kazilik. Garyophilatum Bazylika.

Garyophilli flos, Herba tunici, veronica Coronaria, Gwozdźik polny,

Geminalis. Horminium, Salvia agreſtis Szałwia.



Wia.

wia Polna. Gallæ Palas.

Geniſta, flos tinctorum, Sparcion, Zanowiec.

Gentiana, Goryczká. Gladiolus Mieczyk.

Geranium, Gruina berba, Echinaſtrum, Muſcata, herba Roberti, Roſtrum ciconiæ. Zorawie albo boćianie noſy Grana ſtinctorum Czerwiec.

Gith, Melanthium; Migella. Czarnuchá.

Glycirizza, Radix dulcis. Lukrecya.

Gramen, Amaxitim. Trawá. Grana Solis. Czerwiec.

Graſſula, faba inverſa, Sedum maius, Aizoon, Ceracuſia, Iovis oculus. Wronie máſło.

Hædera terreſtris, Sylvatica chamæciſſon Kunrad.

Heliotropium maius, Scorpiuron, Solaris herba verrucaria, Brodawnik.

Heliotropium minus, Scorpiuron, ſolaris herba minor, Brodewnik mnieyſzy.

Hiberis, Cardamanticen. Naſturtium ſylveſtre Polna rzezucha, Pſia rzezuchá:

Hepatica, Lichen, Iecoraria. Wątrobne źiele.

Herba paralyſis, Clavis cælorum, Herba S. Petri Komunica. Petrella, Artetica, Clavium, Paralizowe źiele, biała bukwica. Hagecum. Tatarká

Hermodactylus, Mercurii digitus, Bulbus agreſtis, flos autumnalis, Paluchy.

Herbicola. Czmer. Haviſci Częmbr.

Hyacinthon, Hyacinthus, Flos Martii Marcowy Kwiát.

Hyoſciamus, Apollinaris herba, Altercum, Symphoniaca Bielon.

Hypericon vulgatum. Androſemon, Perforata herba S. Ioannis, Scopa regia, Aſciron, Fuga dæmonum, S. Ianá. źiele *Dzwoniec* Dzwonki.

Hyſopus Izop. Iacea alba, Komonica, nigra. Przeſtrzelon.

Involucrum maius, Clymenon, Powoy wielki.

Iris, Illiriada, Vranian, Gladiolus Illyricus. I-

reos

reos Fiiołkowy, Korzen. Iva Powietrzne ziele.
Iris ſylveſtris, Iris Germanica, Spatula fætida.
Xiris, gladiolus ſylveſtris. Koſaćiec.
Isatis ſativa, Glaſtum, Gvadum, Lutea. Sinidło farbowne ziele. Iringus Mikołáiek.
Iuncus, ſchænum, Soripus. Typha. Sitowie.
Lactuca ſativa, Tridax. Tridaca, Laktuká ſiana
Lunaria minor, Paronochia. Zapartnica, Mieśięczni k. Laureola Wilcze łyko.
Lunaria herba, Radicula, Strutium, Magiſtrantia Condiſi. Miſtrzownik.
Lapaton, Oxylapaton, Rumax Lapatium acutū Sczaw. Kobyli Sczaw.
Lappa maior łopian. minor rzepik.
Lappa minor, Xanthion, Phaſganion, Lappa inverſa, Rzep ſzredni.
Lathytis, Tytimalis, Cataputia minor, Charatias, Skoczek mnieyſzy, Soſnka większa.
Lavandula, Lawanda. Letofagus Szałwiia polna.
Lens, Lenticula, Phakos. Soczawica.
Lenticula aquæ, Lens paluſtris, Phacos paluſtris mech wodny. Dźirzegá, Leponaria Záieczy chodek
Lerorinus pes, Lagopus. Owieczki, Záięcza Nożká.
Leviſticum, Smyrnion, Bukſczyk. Lubſczyk.
Liguſticum, Panax Herculea Ligyſticon. Liguſtik.
Lilium, Crinon, Iunonis herba Lilia.
Lilium convalilum łanká łányzek. Laurus Bobek
Lilium ſylveſtre. Hemerocalis, Bulbus agreſtis. Lilia polna.
Limonium Beta ſylveſtris. Gruſczycá, Cwikła leśna.
Linum, Linocalmon. Len.
Lingva avis, ſemen fraxini, Ieſionowe nasienie
Linaria, Oſyris, Vrinalis herba, Linum agreſte Mátki Bożey len, nocne ziele.

Lolium, Zizania Aieras, Kąkol,
Lotos ſativa, trifolium. Máły noſtrzek.
Lupinus, Thermon. Słonecznik.
Lupulus. Lupus, ſalictarius, volubilis Brion. chmiel.
Lyſcinachia, Salicarca, Lyſimachia lutea, Wilczy ogon. Liquirana Lukrecia.
Maierana; Sampſuchum. Amaracus. Máieran.
Malva hortulana, Malache, Słaz,
Mandragora, Circea Canina mala. Pokrzyk.
Marrubium, Praſſium, album, Szanta.
Marrubiaſtrum, marrubium nigrum, Praſſium fœtidum. Ballote. Canterinum marrubium, Czarna Szanta.
Mater Sylvis, Perichimenon, Involucrum maius Koźi powoy.
Matricaria, Marella, Partenica, Febrifuga Maruna.
Melliſſa, Melliſophylon, Melliphylon, Cytrago Apiaſtrum Matecznik, Pſczelnik.
Medica, Wilczy groch.
Menta ſativa, Hedioſmon, Menta criſpa, Miętká
Mentaſtrum, ſylveſtris menta. Kobyla miętka, Polna miętká. Meliſſa Pſczelnik. ſylveſtris Kádzidło lesne.
Mellilotum, ſertula campana. Komonica.
Meon, Meu, Athamanticum. Oleſnik.
Mercurialis, Linozoſtis, Parthenion. Merkurial, Sczyr.
Mezereon, Oleaſtellus, Oleago, Chamælea. Wilcze łyko.
Millium ſolis, Litaſpermon, Lapidoſum ſemen. Herba Herculea, Wroble proſo. Mora celſa iezyny
Millium Conchron, Proſo Iágły. Mora rubi Máliny.
Mellifolium, Myrophylon, Chiliophyllum, Stracietes terreſtris. Supercilium Veneris, Herba cancri Krwáwnik, Morſus diaboli Komonicá.

Mor-

Morſus gallinæ, Anagalis, Alsinaʒ Kurosliepʒ.
Narciſſus, Bulbus vomitorius. Liliowy złotogłow
Napellus, Toxicum, Aconitum. Omiag. Niggl-la Czarnuchá.
Nardus, Nardustachis, Spicanardus. Nard, Piſmaria.
Nardus, Gallica, Celtica, Romana, Piſmaria. Nard Francuſki. Nepita Kotcza Miętká. Nummularis, Pieniężnik.
Nardus montana, Nardus Orca. Nard. Naſturtium Chrzan.
Naſturtium, aquaticum Cardamon, Hiberis ſativa, Rzezucha.
Nenufæ, Nymphæa, Cacabus Veneris, Papaver paluſtre, Grzybięnie. Nenufaris idem.
Neriam, Rhododaphne, Laurina roſa, Rhodendrum. Bobkowa roza.
Olus atrum. Hypposelinum. Wielki Opich.
Ophiogloſſum, Lingva ſerpentina. Węzowy ięzyk.
Orchis, Cynoſorchis, Teſticulus canis. Psie Koſlaſki.
Orchis alterum, Teſticulus. Lisie iayká.
Origanum, Origanus, Heracleotica, Origanum, Czerwona lebioda, Vulgare, Cunila. Lebiotká.
Ophri, Bifolium. Parliſt, Dwoyliſt.
Origanus hiſcina, Tragoriganon. Lebiotká kozia.
Ocymum Baſilia.
Orobus, Eruum, Cieciorkà. Oculus bovis Wołowa oko. Oriza, Riſum. Ryż. Obſturtium Korzenie Miſtrzowe.
Pæonia, Gliciſſide, Caſta herba, Piwonia.
Paliurus, Oſet wyſoki. Palma Chriſti Roiowki
Panax Heoculeum, vel Heracleum. Panax.
Panax, Chrronlon, virga aurea, Solidago, Saracenica. Trank.
Pancration, Scylla parva, Cebula myſza mnieyſza
Panicum. Melinos Ber.

Papaver ſativum, Meconium ſativum, Mak ſiany.

Papaveo erraticum, Papaveralides, Readapapaver Mecona, reada. Rolny máczek.

Papaver cornutum, corniculare, Macona ceratides, Paralium, Papaver fabiolum, marinum, Mák rogáty, Primula veris. Biala bukwicá.

Papaver ſpumeum, Mecona afrodes, mecona Heraclium. Máczek podobny linaryey.

Paſtinaca, Páſternak. Stapfilinon agrion Polny.

Parietaria, Helxine, Herba Vrcelearis, Muralium vitrago. Poscienat, pomurne ziele. Noc y dźień.

Pentaphyllon. Quinquefolium, Pentapetes, Pentadactylon. Pięcpalcow, Pięćpercic, Pięc liſtow.

Perfoliata Herba umblicorum. Pępownik, Pępowe ziele. petroſelinum, Pietruſzká.

Perſicaria, Perſicaria maculata, Rdeſt.

Peplos, ſycim, Papaver ſpumeum. Eſula rotunda, Peplion. Soſnká wielka.

Perſonata, Arcion, Proſopium, Lappa maior Bardana maior, łopian.

Pelicinum, Securidaca, Hediſſarum. Wilczy groch.

Peucedanum, Pinaſtellus, Stataria herba, Fæniculum porcinum. Wieprzyniec.

Proſerpina Sporis. Linaria. Borowká.

Pes anſerina, Gęsia noga.

Petaſites, Galerus. Lepiasnik. Car ziele.

Phalaris, Manna ná kſztałt Káſze.

Phænix, Hordeum murinum. Ięczmin myſzy.

Piperitis Zinziberina, Lepidion. Włoſka rzezuchá.

Pimpinella, Pampinula, Pipenula. Biedrzyniec.

Pelomonium, Ruta capraria. Koźia rutá.

Polygonon, Arthena, ſangvinolis macula, Coriola, lingva paſſerina, Centumnodia. Sporyſz.

Polygonon fæmina, ſangvinalis fæmina. Wodna ſwinká. Plantago Babká. Puella Smołki.

Polypodium. Gilicula, Páprotká.

Prrum capitatum. Praſon Cephalon. ług.

Poten

Potentilla, Tanacetum agreste, Argentina, Axsefina, Srebrnik, Gąsie ziele.

Pontamogeton, Strachites. Storzyszek, Rdest wodny.

Portulaca, Androchne. Kurza nogá.

Psyllium, Pulicaris herba Płeszne ziele.

Pulmonaria vulgaris. Biała miodunka. Studziennik, Płucne ziele wątrobne ziele. Pulsatila Czarne ziele.

Pulegium. Glechonia, Blechonia, Poley,

Pyrethron, Salivaris herba. Piretrum, Zębowe ziele. Torney. Prassium, biała Szanta.

Quercula maior, Wielka Minor máła Ozanká.

Radicula, Raphanon, Rafanus sativus, Rafanus minor, Rzodkiew. Rapastrum Rzepniak.

Radix, Raphanus maior Chrzan.

Rapa, congilis, Gongolida, Rapum, Rzepá.

Radix triumphalis, victoriæ, trophæorum. Szygwurcz. Sostra ciconiæ, Bocianie nosy.

Rha, Rheon, Rhaponticum, Recoma Moskiewskie Korzenie Rubea tinctorum Marzanna.

Rodia Râdix. Rodiada. Rodiarisa, Rozany Korzen, rozány zapách máiący.

Rhoda, Rosa, Rhodon, Roza.

Rostrum porcinum, Dens leonis, Caput monachi, Mnich, Radiki, Papawa Mniszek.

Rosmarinum: Lybanotis, Corotiarium. Rozmaryn

Ruta, Peganon Geganos. ruta.

Salvia, Elelisphacon. Szałwia.

Saliutica, Spica, Lavendula, Spica Romana Lawendowa Szpiká.

Saracenica solidago: Virga aurea, Filago Herba fortis. Zywiec. Trank.

Sangvisorba, Pimpinella pratensis. Czarnogłow.

Saturegia, Thymbra, Cumilla hortulana Cęmbr

Sanicula, Solidago. Diapensia. Zankjel.

Satyrion, Tryphilon. Trifolium Koslaski

Satyrion alterum, dicitur Eryeron, Eritronium.
Satyri testiculus, Priapiscus. Morlorticulus Veneris.
Saponaria, Lanaria, Herba Fullonum, Mydlnicá
Saxifragia alba, Empetron, Złomikámien.
Scandix, Acicula, Scunaria. Skandyx.
Scabiosa, Polna dryakiew.
Scilla, Squilla, cepa muris. Mysza cebulá.
Scordium, Scorbio Pleuritida, Trisago Palustris Czosnkowe Ziele, Gęsi poley.
Senecion, Erigeron, Herbulus, Scutum cæli Przymiotowe Ziele.
Serpillum, Herpillon. Mácierza Duszkál
Sideritis, Heraclea, Vertemnum, Solastrum, Bodzianie noski.
Siligo, Olyra, Typha. Zyto.
Synapi, Napi. Gorczycá.
Sisymbrion, corona Veneris, Austeralides, Menta Florentina, Balsamita, Menta aquatica. Kobyla vel czerwona Miętká.
Sion Aquatica anagallis, Lavex. Wodna rzezuchá
Smilax aspera, hedera aculeata, Smilaca trachea mergina. Włoski bob.
Smilax lenis, Smilaca lean. Lilia albo dewanki ktore się popłocie pną. albo Powoy płotowy.
Siser, Sisarum, Kucmerká.
Solanum nigrum, Strichmon Vrbanum, Solanū hortense, Solatrum. Psinki.
Solanum Somnificum, Strichmon hypnoticum. Apollinaris minor, Herba vaticana. Wielkie psinki.
Spelta, Tragos, Zea. Orkisz.
Spica Sarmatica, Wroniec.
Spondilion, Verticillum, Herba verticularis herba rutinalis. Ziele podobne Klonowi.
Staphisagria, Staphis sylvestris, uva tamin. Brionia.

nia nigra, Pedicularis. Weszne Ziele.

Stechas Arabica, Sciolobina Kocanki, Arabskie.

Stechas citrinum, Aurelia, Amarantus, Helio chrysos. Kocanki Zołte.

Succissa, Præmorsa, morsus diaboli. Ziele S. Piotrá. Komonicá Lysima S. Piotrá.

Tanacetum, Apium rusticum, Partemij sponsa matricaria media Herba S. Mariæ. Wrotycz.

Tapsia, ferula sylvestris. Ferułá.

Tapsus barbatus, Verbascum, Cándelaria, candela Regis, Philomos, Lichnitis, Tryallida Sylvestre verbascun. Dziewánná.

Thymus. Dźięcilnica.

Tithymalis, Tithymalus. Lactaria Capraria. Románowe Ziele.

Tormentilla, Heptaphyllon. Kurze Ziele.

Tabacum, Herba S. Crucis, Nicotiana Tabáká.

Tribulus marinus, Tribulus aquaticus, Buceptralon. Wodny orzech.

Trinitaris herba. Viola inodorata, Lacea. Wdowki, Brát y Siostra. Fiołki wpuł modre Zołte.

Trifolium, tryphillon, Oxitriphilon, Flaura Trifolium odoratum, Medion.

Tripolium, Psichen, Calumniaris podobne Láktuce Ziele

Triticum, frumentum, Piros. Pszenicá.

Valeriana, Phu, rustica, nardus, agrestis nardus. Kozielek.

Veronica, Przetárznik.

Verbenaca recta. Peristerion rectum, Gallinacea Werbena, Koszysczko maz, Zeleznik.

Verbenuca supina, Peristereona supina, Sacra herba, Hierobotanes Cinimalis. Koszysczko niewiástá Zeleznik.

Vermicularis, Aizoon minimum, Sedum minus Roiownik.

Viola purpurea, nigra sylvestris. Fiołki brunatne

 Vitia,

Vitia, Wiká. ſylveſtris, os mundi, Aphace, Polna wiká.

Vintoxicum. Victrix toxici, Aſclepîas, Hirundinaria: Toceść.

Vrtica, Acaliphen. Pokrzywá mortua, inerx lamium, alba Archangelica. Martwa pokrzywa.

Vuularia, Hypogloſſon, Daphne Alexândrina E-pephilocarpos, Bislingva Ięzyczkowe ziele.

## *Index Arbuſtorum & arborum &c.*

Agnus caſtus, vitex, ſalix Amerina. Włoſka wierzbá.

Alnus, Olſza. Abies Iodłá.

Batos Cynoſbatos. Mori rubi, Mora vaccinia, Ieżyny.

Bombex, Goſſipium, Coton Xilon. Báwełna.

Caries, Saprotera, Saprotes. Pruchno.

Caſtaneæ, Lopinia, Saledulæ, Sardianæ glandes Iovis glandes, Káſztány.

Ceraſus Wiśnia. Chamæceraſus, Polna wiśnia.

Chamæcypariſſus. Cupreſſina, Humilis Cupreſſus, Cypris z ktorego wience robią.

Chermes, Kermes, Czerwiec.

Cæracia, ſiliquæ dulces. Ceraunia: Chleb S. Ianá

Cydonia, cotonia, Chryſomela. Strutea, Cytromela. Pigwy.

Citrum, aurea mala, mala medica. Nuptiale pomum, Iábłká cytrowe:

Cornus Głog.

Ebur, Cornu Elephantis, Słoniowa kość.

Fagus, Buk. Fagi glans. Bukiew.

Fraxinus, Melion, Melia. Ieśion.

Garyophilon, Gariophilus, Indicus, aromaticus. Gwozdzikowe drzewo.

Iuniperus, acenton Iáłowiec.

Laurus, Daphnea, Dukowe drzewo.

Larix

Larix, Modrzew,
Lentiſcus, Schinos, Scincus, Maſtyxowe dazewo
Malum Punicum, Granatum, Gránat.
Morus, Morea; Sicaminea, Morowe drzewo
Myrthus, Myrſine, Myrrhine. Myrtowe drzewo
Nux muſcata, Myriſtica, Moſchocarion. Muſzkátowa gałká.
Nux. Nux iuglandis, regia, Perſica, Włoſki Orzech.
Nux auellana, Pontica, Leptocaria, minor, Corylina, Heracleotica, Láſkowy orzech.
Perſea, Perſica. Brzoſkwinia.
Picea, Pitin. Pinea, Pitida. Sosná.
Platanus, Iáwor.
Populus alba, Biała topola. Nigra, czarna.
Pruna, Coccinella. Sliwy:
Prunus ſylveſtris, Prunellus Tarnki.
Rubus, Batus. Iezyny, Rubus Idæus, Máliny.
Sandalus, Sandalum Cyndelia.
Setu, Soricum, Iedwab.
Taxus, Smilax, Ciś.
Thus Olibanum, Kádzidło.
Viſcum, Iacon, Iemioło.
Vitis agreſtis Labruſcus, Ampelos agrion, Płonna winna macica.
Vuæ acerbæ ſuccus, Omphacion, Agreſtum Agreſt.
Vlmus, Pteleus, Wiąz.
Zeduaria, Cytwar, Zingiber, Zinziber Imbier.
Argentum vivum, Higraugiron. Mercurius, Aqueum argentum. Zywe ſrebro.
Alumen, Stypteria, Háłun.
Ceruſſa, Pſymmithion, Bleywas.
Nitrum, halnitrum, Salitra.
Stibium, Stimi, Antimonium, Tarbaſon Szpiſzglás.
Tartarus, Vinifex Wáinſtein.
Vitriolum, Chalchantum Atramentum Sutoriū, Zeg viride, Koperwas.

Oxy-

Oxÿmel Ocet miodowany.
Cantharides. Czerwce. Muscæ Hispanicæ.
Castoreum, Bobrowy stroy,
Coagulum animalium. Serzysko.
Lana Succida, Eria Wełná niepłokána.
Lumbrici, terræ intestina. Glisty ziemne.
Oleum. Oliwá.
Omfacite, vinum agreste Wino agrestowe.
Rasa pini, żywicá.
Terebinthina, terpentina, Zywica iodłowa.
Galbanum, Zywica feruły.
Vncia, dwá łoty. ss. połowi. Drachma, Quintia co zaważy czerwony złoty. Scrupulus. co xx. ziarná ięczmienne záważa, Granum, co iedno ziarno zawazy. Libra, funt, albo uncyi dwanascie. Vncya záwiera drachm osm. Drachma ziarn ięczmiennych albo pieprzowych LX albo trzy pułtoraki q. s. quantum satis, ile potrzeba mensura, garnec. S. A. Secundum Artem. Aaa. iák iednego wiele tak y drugiego.
Pennito, maká ięczmienna z cukrem.
Gypsum, Kámień biały lsniący się podobny sáletrze gdy go kto przez ustá weźmie, zádusza.

## CAPUT XIV.

### *Voces Medicæ magis obviæ.*

Tunc embrocamus cùm membra liquore rigamus. Tum cataplasma facis, cùm succum ponis & herbas. Si pulvis fiat proprie synapisma vocatur. Syrupus est liquor potabilis factus ex herbis, & cùm melle vel saccaro coctus.
Conditum est quid melle aut saccaro conditum. Sapa est mustum optimum ad tertias decoctum, Iuleb est liquor potabilis ex quapiam aqua distillata & saccaro factus.
Mina est medicamentum confortans. Rob

Rob est succus fructuum calore aliquo inspissatus
Looch est medicina densa quæ lambendo sumitur
Trochisci fiunt in similitudinem rotularum.
Anodinum, dolorem leniens.
Apophlegmatizans, e cerebro phlegma in os deducens.
Catagmaticon, ossa fracta consolidans.
Cathereticum, superfluam carnem absumens.
Catharticum, purgans.
Eccoproticum, laxans alvum.
Emeticum, vomitorium.
Emminagogon, menses ciens.
Enæmon, uulnerum sistens sangvinem.
Epuloticum, seu synouloticum, ulceri cicatricem inducens.
Lithontripticum, calculum atterens.
Melanogogum, atram bilem educens.
Nephriticum, renibus familiare.
Sarcoticum, carnem generans.
Hypnoticum, soporiferum.
Ptarmicum, sternutationem movens.
Uretjcum, Diureticum, vias urinæ aperit.
Caltinatur cùm aliquid in cineres redigitur.
Digeritur cúm in humido calore coquitur
Distillatur cúm in vaporem vertitur & vapor in liquorem.
Exaltatus cúm impurus uapor a puro expellitur
Exhalatus cúm omne aqueum ex aliquo evaporat.
Circulatur. cùm eadem res, eâdem viâ in eodem vase ascendit & descendit.
Antidotarium, Liber continens antidota.
Antidotum contra vitium datum aut venenum.
Antamaron contra mortem.
Aurea alexandrina, cui aurum miscuit Alexander
Blanca purgans phlègma.
Benedicta laxativa, benedicitur a sumente ob utilitatem.

Bich-

Bichhichi, Compositio in forma lupinorum.
Confectio Anacardina, theriaca paralyseos.
Catarticum imperiale laxatum pro Imperatoribus
Confectio Neræ, pretiosæ medicinæ.
Diacodion. de papauere nigro.
Diamicom de papavere albo.
Diacatholicon Vniversale.
Diaspermaton Elect. de seminibus.
Diasatynon ad excitandam prolem.
Diacurcuma, mixtum cum croco.
Diapenidion, lenis confectio pro gutture & pectore.
Diacomoron educens a morte ad vitam.
Esdra author illius.
Philonium Romanum a Philone.
Hiera picra, confectio amara sacra.
Hiera græca, a græcis reperta.
Liton tripron Frangens lapidem.
Niclera. experti.
Nefra catarticum purgans renes.
Plyrisarchon, Principum elect.
Tryaphilon, Elect florum vindium Rutho.
Theodoricon Hiperiston, Expertū & a Deo datū:
Tryphera hominem iuvenem reddens.
Alhool. subtilissimus pulvis,
*Epithema* quæ applicantur cordi capiti.
Collynum pro oculis medicina.
Sufaf pulvis subtilissimus
Sieff confectio ocularis ad formam nuclei dactyli.
Tragea, ex pluribus rebus redacta in pulveres.
Clyster est vesica seu instrumentum per quod
Enema id est materia clysteris inijcitur.
Vngventum liquidum pro ungendo.
Emplastrum densius pro applicando.
Manipulus quantum manu accipi potest,
Pugillus quantum pugillo stricto.
Cochobatio est repetita distillatio reaffundendo id quod effluxit per distillationem.

Subli-

Sublimatio eſt propulſio in altum ut vaſis operculo internè materia adhæreat.

Fixio ſeu fixatio cùm materia quæ ex igne, evolaret præparatur ut in eo maneat.

## CAPUT XV.

### *Simplicium Medicinarum explicatio.*

Ponitur v. g. herba aliqua ſumenda, neq; exprimitur, maſnè. cuius coloris, magnitudinis, figuræ loci, temporis, &c. an radix, folia, flos, ſemen ſumendum? tum eligenda quæ ſunt efficaciora pro eo fine ad quem ſumuntur, ut ſi radix ſit efficacior, eam ſume: ſi folium, ſume folium. Idem eſt de cortice, ligno, ſliquore, ſucco gummi, ita ſola accipienda ſunt ſemina, quia ſola valent, cùm præſcribetur ămi, aniſum, apium. carum, enicus, cuminum, gith, bybiſticum, naſturtium, pſyllium, ſeſeli. ſtaphiſagria &c. Sed iam qualis patriæ quid ſumendum? illius in qua eſt efficacius, ſi id haberi poteſt, ut Aniſum Cretenſe Amomum ſcythicum &c. Sed horum iuxta Galeni iudicium præſtat indicem apponere.

Aniſum, Cretenſe lib. 4 ſanit. tuend.

Agnus, id eſt, flos eius aut ſemen, licet folia etiam ſint utilia.

Agaricus, albus & fæmineus.

Aloë, id eſt ſuccus eius, aloë Indica lib. 9. ſimplicium in diphryge.

Alumen ſcilicet ſciſſile, quia præſtantiſſimum. lib. compo, pharm, gen. primo

Acetum, ex vino, non hydromelite vel cerviſia.

Ariſtolochia, pro re propoſita explicanda eſt, rotunda enim cùm multùm tenuare craſſum humorem tergere ulcera, digerere ex utero, longa autem cùm mitiora hæc volumus, Clematis autem quia fragrãtior in ungventis expetitur.

Amo-

Amomum, Scythicum lib. 18 comp. ph. part.
Ammi, Illyricum lib. 9 eiusdem, Ægyptium a-
lij laudant.
Balsamum, opobalsamum potius intelligendum,
quám carpobalsamum, aut xyloblasamum lib. 2.
comP. phar. part.
Bryonia, alba, quia efficacior quàm nigra,
Buglossum, utrumque folijs & flore efficatius radi-
ce tamen non inutile.
Casia vel cassia in libris Græcorum. Cassia syri-
na optima, & cinnamomo viribus & toto habitu fi-
nitima. In libris Arabum eadem lignea dicitur, alte-
ra verò fistula his dicta ponitur, cùm medicamentū
est purgatorium.
Cardamomum, maius.
Capparis cortex, radicis.
Centaurium minus, in purgantibus medica-
mentis: in cæteris maius dictum á facultate multi-
plici & efficatior.
Calaminthe, montana, quia efficacior quám dome-
stica.
Costus, amarus, cùm subamarus & valde acer so-
lum nominetur, dulcem tamen nescio quem Arabes
invexerunt.
Cypressus, id est nuces eius in astringentibus me-
dicamentis: lignum aut folia in diureticis.
Corallium, rubrum.
Cuminum, Æthiopicum lib. 4 sanit. tuend.
Daucus, agrestis, nam satius pastinaca est alimen-
tum verius quàm medicamentum.
Elleborus, niger Mesvæ, quia salubrior. albus Ga-
leno Aph. j. lib. 5. Observa igitur, an compositio
sit Arabica aut Græca. Elleborus uterque & heleni-
um ex locis editis præstant
Eruca sylvestris, quia efficacior hortensi
Epithymum, Atticum melancholiam ex ventricu-
lo purgat, id in Græcis compositionibus usurpandū
In-

Fæniculus ſemen, ſed in collyriſis ſuccus folio rū aut radicum.

Galla ſolida efficacior quám perforata

Gummi, Arabicum, id enim omnium perfectiſſimum Plinio authore.

Glutem, maſtiche cæteris glutinis efficacius, ut vitrum etiam glutinet, quibuſdam intelligitur: aliis ichthiocolla: aliis taurocolla magis placet glutinis nomine

Hyſſopus,* montanus hortenſi melior, ut calaminthe montana efficacior domeſticâ. Hyſſopum, Cilicum Dioſc. Creticum verò Archigenes, apud Gal. lib. 8. comp. phar. part.

Hyoſcyamus, albus, ſeu album eius ſemen quod tamen interdum exprimitur frequentius tacetur.

Iris radix ireos Illiricæ veteribus, nunc Florentina uſurpatur cúm illa per Venetos facile haberi queat.

Lupinus, amarus, nam dulcis eſculentus eſt, ut ille amaritudine per macerationem in aqua depoſita.

Lactuca, ſemen præterquám in victús ratione ubi herba potiús intelligitur.

Lapathum, oxylapáthum efficacius rotundo.

Lithagyros, auri, tamen Lithargyros chryſitis aliquoties: in lib: comp. ph. Gal, legitur.

Maſtiche, Chia lib. 7. met. & alibi paſſim.

Ægyptiam tamen ac recentem ob id pingviſſimam laudat lib. 2 ad Glaucon.

Marrubium, album praſtantius nigro

Mel, apum: alterum, aeromeli ſeu mel aerium & roſcidum.

Margaritæ, ſolidæ meliores perforatis, niſi etiam ſint flavæ, obſcuræ, ſolidis pares

Medulla, ſi non additur cuius ſanimalis, & valens futurum eſt medicamentum, cervina miſcenda valentior quam vitulina, lib. 6 comp. ph. part.

Nuclei, pini, olivæ, dactyli autem Auicennæ

K Oleum

Oleum, Olivum ex olivis expressum.

Opium, Thebaicum, Galen. lib. 7. simpl. & post eum omnes.

Petroselinum, Macedonicum, & in hoc Astreoticum, & huius semen maximè in usu est lib. 18. comp. phar. part.

Pruna, si alvus deiicienda est, Damascena, & Hispana seu Iberica, hodie Augustana & cathalaunica. Italis dicta, sunt multò præstantiora, vel si qua his similiter sunt pinguia, dulcia. Si ad cohibendum & astringendum sit medicamentum, Damascena immatura, vel potius quæ Iorana nobis dicuntur, S. Iuliani & Tu onica.

Papaver album semen.

Piper. album, quia acrius; & lingvam magis pungit quàm nigrum á quo per adustionem vis exhalavit, Gal. lib. 9. simpl. Sed album id maturũ intellige. Nam album est macropipere in racemum granatim dehiscent, recens factum minus acre, & macropiperi facultate proximum, quale apud Serapionem est accipiendum.

Pix, liquida in suppurantibus & tergentibus: sicca, in siccantibus ungventis epuloticis & glutinantibus, Gal. lib. 7. simpl.

Pæonia, mas seu eius radix, vel semen, Manardus in epistolis.

Polypodium, quercinum vulgo usurpatur; murale & á saxis prætulerim cum Narbonensibus quibusdã quod frequentissimum, & pro quercino omnes vẽdirant, nisi si quando astrictione opus est, quâ ratione hedera quercina nonnullis expetitur.

| | |
|---|---|
| Quatuor emollientia | malva<br>althæa<br>viola nigra<br>acanthus, id est, branca ursina. |

Quatu-

Quatuor semina:
- Frigida
  - Maiora, melonum, cucumeris, cucurbitæ, citrulli.
  - Minora, lactucæ, intybi, cichorij.
- Calida
  - Maiora, cumini carui, anisi fæniculi.
  - Minora, apij dauci, ameos amomi.

Quinque radices urticæ, apij, petroselini, asparagi graminis, rusci.

Resinarum primas non iniuria meruit lentiscina id est, mastiche: inter alias verò præfertur terebinthina, quia melior quàm colophonia, & fricta dicta, aut illius loco ponitur larix dicta, terebinthinæ propè similis, Galen. lib. 1 comp. phar. gener. Recentioribus verò pinea intelligitur.

Ruta, folia rutæ agrestis: Græcis verò folia rutæ domesticæ, Illam verò & illius semen, moly vel hesanum, vel hesasa, vel cum Syris, apud quos nascitur, Hermola ferè vocant.

Rosa, rubra recens in purgantibus: sicca, in astringentibus.

Rhaphanus, sylvestris.

Rosmarinus, folia, interdum flos. quem hodie anthos, id est, florem absoluté appellent.

Rhus, cortex fructus sumach dicti.

Stæchas, Stæchados Arabicæ flos.

Styrax, calamitæ, nam liquidus vulgo dictus est myrrha stacte, si verus sit.

Santalum, flavum.

Spica, nardi Indicæ.

Sulfur, Aphyros id est, ignem non expertum seu vivum, est nobilissimum, ad quædam extinctum, ceu nobis familiarius præfertur.

Echynos id est, iuncus pro scænu anthos.

Tres flores cordiales, violarum, buglossi utriusq.

Thymum Atticum aut ex editis locis & siccis lib. 4 sanit. tuendæ.

Viola nigra seu purpurea, vulgo Martia & quadragesimalis, quod in ea tempora flos ferè incidat, & eadem recens si haberi potest, nam sicca inefficax.

Zizipha, id est iniubæ, recentia & bene matura aut saltem integra, non putria aut vetustate exucta, quod illis post sextum mensem ferè accidit.

Sic quæ singula in singulis regionibus sunt præstantissima & laudatissima.

Alumen, Milesium.

Agaricus, Ponticus Andromachi iuniori in triaca.

Mysi Cyprium.

Nitrum, Berenicium.

Sinon, Siriacus.

Cuminum, Hispanum alibi æthiopicum, melius Ægyptio.

Anisum & Thymum & alia plurima, Cretica lib. iij. sanit. tuend. in diatrion, piper, & diacala.

Meon, Hispanum & macedonicum.

Aristolochia, Pontica, & hac melior Cretica, lib. 10 comp. phar. part.

Phu, Ponticum.

Castorium, Ponticum.

Daucus, Creticus semine & radice bonus: cæteri solo semine.

In Dicæarchia quæ nunc vocatur Puteoli, ærugo, cerussa, æs, squama æris, & alia nonnulla Romæ argenti spuma fit optima: ex Sicilia, item magna Libia & Creta quotannis multò præstantissima Romam afferebantur.

## CAPUT XVI.

Pro Aqua pluvia, supponi potest aqua fontana pura, & ab omni mistione syncera, Galenus libro 8 comp. pharm. part. in diacodio.

Acatia, succus & caro prunorum agrestium, vel hypocisthis, Auic. 2 canon.

Asaro

Asaro, acori par pondus & dimidium Carpesium, quoque pro asaro & cum asaro, lib 2 comp. ph. p.
Absinthio, cum Gal. abrotanum: & contra pro abrotano absinthium.
Acanthij semine lychnis, & contra.
Acantha Arabica seu Ægyptia herba (quæ sucabo erapioni dicitur) acantha leuce nostras eidem dicta, bedegar.
Alicacabo, semen solani.
Aspalto, pix liquida, Brutia.
Æthiopicæ oleæ lacryma, lacrymarum.
Acatiæ prrtes duæ, seu pro gummi lemnij gummi Arabicum.
Acoro ad flatus & hepar ac lienem iuvandum, cumini par pondus, & tertia pars aristolochiæ, Avi.
Anchusa, hyacinthus.
Arsenico, sandaracha.
Amylo, sicca farina.
Amygdalis amaris, absinthium.
Aristolochia quavis, una ex tribus aristolochiis, quamcunque habueris, Gal. lib. 3 comp. phar. part.
Adipe vulpis, ursinus.
Adipe cervino, anserinus.
Alumine sal fossitius
Pro Balaustio, malicorium,
Buccinis, ostrea usta.
Balsami liquore, myrrha stacte.
Pro cinnammomo, casiæ aut Amomi duplum, ad odoris gratiam, Gal. lib. 5 comp. phar part. in dentifritio. Pro cinnamom, duplum optimæ casiæ, vel cum Quinto Medico duplum vel multum carpesij, vel certe non paucior casia, Gal. lib. 2 3 & 5 comp. pharm. part. & lib. antid. Quidam carentes cinnamomo in vicem eius ponunt æquale pondus ex semine cardomomi, Democrates in Cyphi. lib 2 Antidotorum Gal.
Casia. Cinnamomorũ, Galen. lib. 1 comp. ph. part.

Cafiæ Cortice, nardus Indica vel malobathri foli-
um, vel contra lib. 16 comp, phar part.
Chamæmeli floribus, duplum foliorum & radicū
Costohodie rarissimo, pyrethri dimidium, vel bac-
cæ cedri vel radix halenij, vel ireos.
Cimolia terra ex Cimolo una Cyclodum retrimē-
tum ferri & mole simul attritorum
Struthio, in sternutamentis elleborus albus.
Cardomomo maiore minus & contra.
Calaminthæ omnis mentastrum & pulegium simi
lia sunt f cultatiuus, ob id invicem.
Pro croco, crocomagma.
Cypero, iuniperus maior.
Cumino semen rutæ vel agni-
Clinopodio, heliotropium.
Colocynthidæ, semen ricini.
Capparis radicis cortice, cortex radicis tama-
ricis vel ericæ.
Cicutæ semine, coriandrum supponi possunt.
Pro dictamno, elelisphacus vel nephita.
Doronico, dimidium seu duæ tertiæ garyophil-
lorum Auic.
Damasonio, erringium.
Pro Elaterio, succus foliorum cucumeris agrestis.
Ebeno, lignum Gaiaci, & contra, Nam quas vi-
res hodie in ligno Gaiaci experimur; ebeno tribuit
Galenus lib. 6 simpl.
Eupatorio Mesvæ, absinthij & asari ana dimidium
pondus eius, ut ambo simul mista æquent pondus
Eupatorij Mesvæ, ab Eupatorio Græcorum diversi.
Pro Folio, folium garyophylli, nardus Indica si in-
venitur, casia, id est, vulgare cinnamomum; macis,
Avicenna 2 canon.
Ferrum, ferrugo, squamma ferri, idem propè valēt
& pro se mutuo ponuntur.
Fimo palumbis, fimus columbæ.
Felle suillo, vel perdicis, vel piscium.

Pro Gentiana, asari & radicis apparis ana dimidiũ Congilide, heliotropium.
Glycyrrhizæ succo, æquale radicis eius. Andro. in arteriacæ 15 apud Gal. lib. 7 comp. pharm. part.
Gnidio cocco, semen lathyridis, & contra.
Galbano, sagapenum.
Pro Hammoniaco, propolis.
Hermodactylo, in doloribus iuncturarum folia anchusæ & dimidium Bdellij.
Hederæ gummi, gummi Persic,
Hyacintho, flos Isatidis,
Pro iride Illirica, helenium odoratum.
Pro lapide asio, lapis gagates.
Pro lapide Magneto, lapis *Phrygius*.
Lapide Phrygio, pyrites lapis vel agryrites.
Lybistico, semen staphylini, id est pastinacæ, præsertim agrestis.
Lepore marino, cancer fluviatilis.
Lanariæ radice, radix veratri nigri.
Lycio succus radicis centaurij magni. *lib.* 7 simpalij succus baccarum periclymeni, autor libelli Dynamenon, Galeno adscripti.
Pro melle, mel aerium vel saccarum.
Malobathro, casia vel nardus Indica.
Myrrha troglodytica, calamus odoratus
Myrrha, Smyrnium, & contra. Dios. in Smynio.
Pro nasturtij semine, folia eius sicca.
Nuce moscata, par spica.
Nardo syriaca, iuncus odoratus.
Pro opopanace, hammoniacum, vel galbanum vel sagapenum, vel bdelium, lib. 2 ad Glauconem in curando scirrho.
Ocimo garyophyllato, melissa in affectibus cordis.
Oleo Laurino, pix liquida, licet illo infe rior, vel oleum cedrinum, vel cicinum, vel vetus vel oleũ ex lucerna cum Hera, Gal, lib. 1 comp. phar. part, vel coctum ( sic enim tenuius fit, & veteri ac cicino simile

mile ) vel ſordes lucernarum luti craſſitie. ibidem.

Oleo roſato, violatum, nymphex, amygdalinum autem loco roſacei boni, id eſt ex multis roſis cum oleo omphacino inſulſo facti, lib. 3 comp. phar par. initio.

Oleo ricinino ſeu ciccino, rhaphaninum.

Opobalſamo. opocarpaſum Gál. vel myrrha ſtacte, vel liquor myrti,

Oriza, hordei farina.

Oeſipo medulla cervina.

Omphacio, ſuccus rhois, vel vinum auſterum.

Pro pipere longo album, pro albo, nigrum optimum, id eſt gratiſſimum, & contra 4 ſan. tuend.

Periclymeni fructus drachmis tribus, radicis eiuſdem drachmæ tres lib. 9 comp. phaa. part.

Phænicobalanorũ pingvium carnis drachmis tribus palmulæ ſeu dactyli tres aut ſex Gal. lib. 7 com ph. part. in theriace. 14 Andromachi.

Pſyllo, lens paluſtris.

Petroſelino Macedonico in theriac, alterius regionis petroſelinum. Gal. lib. 1 Antid.

Pro reſina fricta pix, aut pix bruila Gal. lib. 9. comp. phar. part.

Rubigine ſcoria ferri

Raphani ſeminis drachmis decem, ſucci eiuſdem cyathus unus Gal. lib 9 com. ph part.

Roſis, flos roſarum, vel contra Galen. lic. 6- com. phar. Part.

Rheocortario rhus obſoniorum & contra Gal. lib

Pro ſtaphide aparya, pyrethrum.

Spodio Græcorum, cinis ſuper fornacem aurariã inventus melior quã n ebur uſtum, quodq; ſpodium vocent.

Styrace, caſtorium.

Sale Indo, ſaccharum candefactum.

Sagapeno, cummicedri, hammoniacum, reſina picea ſicca.

Spuma

spuma nitri, nitrum molle, vel aphonitrum, Gal. lib. 3 comp. pha. part.
Sulfure vivo flavum vel ustum & purgatum.
Satyrio, semen erucæ, vel scincus: vel contra.
Sinapi, cardamomum vel cardamum.
Scammonio, ricinus.
Stibio contuso squamma æris. stannum ustum.
Sepiæ osse pumex,
Serapiade, pæoniæ radix.
Scilla: bulbus.
Pro Terebinthina Larix dicta resina, ei propè modùm similis, Gal lib. 1 comp. ph. gen.
Thapsiæ succo, chamæleontis nigri succus. vel nasturtium, vel nasturtij aut erucæ seminis pondus æquale, licet illa sint multò inferiora thapsia Gal lib. 1 comp. ph. part.
Tamaricis succo, succus sambuci Gal lib. 9 comp. pharm. part.
Pro veratro albo, nigrum.
Visco quercino, chamæleon niger,
Vino falerno, aliud quodvis colore fulvum substãtia tenue, ut perluceat, & sit odorum uehementer ut Arvisium ex Chio, Lesbium ex Mitylene Cresso, Methymna & Tmolites Gal. lib. 1. c. ph. ge.
Pro Zedoaria aristolochia.
Zingibere, pyretrum.
Sed videmur suppositiis non egere qui magna cura iam simplicia generis omnis, in promptu habeamus: imò maximè egemus, cùm multa simplcia veteribus laudatissima, hodie nobis parum sint cognita.

# C A P V T. XVII.

## *Medicinæ universales, & præservativæ.*

Remedium plurimorum morborum, ait Gesner, sunt grana iuniperi, sed debent sumi frigido tempore

Pana-

Panacæa, ad lotium suppressum, calculos, stranguriam, urinæ fluxum, podagram, chiragram, luem veneream, pudendorum morbos. ℞ Therebinthinæ verissimæ, ( non autem ex abiete vel pinu collectæ ) unciam, dissolve pistillo in mortario, adde vitelli ovi modicum, & aquæ vesicariæ, vel apij, aut similis quæ parti patienti appropriata, unc. duas aut tres, totū agita, evadet album instar lactis, propina ægro. Vel dictam therebinthinam in modum pilulæ conforma, & involve hostiâ, ac deglutias: eluenda verò prius est therebtnthinâ aquâ rosaceâ aut fæniculi, ut odorem resinæ deponat.

Pilulæ vitæ. ℞ Aloës rosatæ unc. ſs. rheubarbari scrup. 4 mastiches scrup duos, Myrrhæ scrup. unum croci gr. VI. subige syrupo cichoreæ. dosis scr. unus sumuntur ante cænam, vel post horâ, dimidiâ præmisso iusculo prunorum: dantur contrá varios morbos, præterquam contra febrim calidam & morbos calidos, quia calefaciunt.

Aly pro panacea habent pilulas ex partibus æquis myrrhæ, croci aloës, cum vino claro odorato confectas. Panaceam suam describit in longum Hartmā vocaturq́, pulvis comitis, fundatus in antimonio, vide apud illum. Pilulæ Angelicæ. ℞ Succi cardui benedicti bené spissati unc. ſs. Ammoniaci in guttis unc. unam aloës rosatæ unc. tres, & vino generoso subige. Vniversale etiam remedium creditur, in iusculo cárnium coque herbas contra præsentem morbum valentes, & guttam unam alteramue spiritûs salis immitte, & ebibe: sed in fébribus omittitur spiritus salis ne sitim concitet.

Contra varios morbos, ac etiam pestem præservat. Cinnamomi electi dr. ſs, Zedoariæ dr. unam, Boliarmeni præpar, dr. tres, Camphoræ gr. septem, seminis citri excoriati, acetosæ, corticis citri, ana dr. unam ſs; Rad. dyptami, tormentillæ, Rasuræ eboris, ossis de corde cervi, ana dr. unam, auri & argenti præp.

ana

ana ſcrup. ſs. fragmentorum ſapphiri, Rubini, Smaragdi, Granati ana ſcr. unum miſce, fiat pulvis, cui adde conſeruæ roſarum, acetoſæ, buglosſæ ana dr. duas, ſaccari albi lib. unam diſſoluti in aqua buglosſœ, & endiviæ, fiat alectuarium, ſumitur duarum fabarũ quantitate. Sed ſi quis iam peſte infectus ſemuncia quotidie datur cum vino acetoſæ. Contra pleuram etiam unc. ſs cum iuſculo vel aqua. Poteſt addi ungulæ alcis, cornu unicornis, ſuccini, ana dr. una.

Contra morbos varios, etiam peſtem, educit ſolos humores noxios, idq; ſvaviter, dolores capitis ſolvit, itemq; ventriculi ortos, ex humorum copia: hydropem, aſthma paraliſim, epilepſiam, quartanam curat, & ab iis præſervat: accipe pr p. ſtibii grana tria affunde modicum vini, maneat ſic per noctem, hoc vinum bibe ſequenti die. Sed vehemens eſt, purgat ſurſum ac deorſum

Contra omnia venena pro illa die, cachexiam id eſt, malum habitum corporis, aſthra, ſplienis obſtructionem, r tentionem menſium, calculum, quartanam ℞ Valerianæ unc. unam, & dr. duas, hirundinariœ unc. unam, Polipodii quercini unc. ſs. Angelicæ ſativæ, ſmyrmiana unc. duas. Altheæ unc. unam. Corticum radicum laureolæ unc. ſs. radices omnes effodiendæ inter 15 Aug. & 8 Sept. Pone in olla vitreata, infunde acetum optimum ad eminentiam duorum digitorum, tum claudatur olla bene ne evaporet, ſic per mediam horam ad ignem bulliant, poſtea infrigidentur, tum adijce duodecem acinos herbæ ſolani tetraphylli, & folia 36 hæc ſiccentur in umbra, terantur: pro uſu dr. una. Vincetoxion ana unc. unam. Polypodii querni Althiæ, Angelicæ ſylveſtris ana unc. duas, Angelicæ ſativæ unc. 4 corticum radicis laureolæ unc. ſs fructus herbæ Paris numero 26. operare ut proximè doſis pulveris dr. una. in xino albo. Acetum quod ex horũ

decoctione manebit, addito saccaro fiet syrupus ejusdem virium.

Aliud ad eadem. Baccarum iuniperi dr. duas terræ lemniæ dr. duæ, cum oleo aut melle misce & serva, cum uti volueris adde theriacam magnitudine avellanæ, & exhibe in aqua mulsa. Sed hoc solùm contra venena.

Præservat a morbis. Cinnamomi optimi dr. 4. chebularum, myrobalanorum, emblicarum, ana dr. duæ. croci, rosarum ana dr. una Santalorum rubrorum dr. duæ, Coralliorum dr. una, sacchari albissimi q. s. aquæ rosaceæ, & succi citri ana æqu. vel limonis, & coque leniter. tum adde musci tertiam partem drachmæ, & ambræ pariter, forma bolos vel Cubebarum, cinnamomi, galangæ, caryophillorum, nucis myristicæ, zingiberis ana unc. tres. Salviæ lib. unam & unc. duas. hæc omnia madeant in duabus libris & unc. quatuor aquævitæ sexies distillatæ postea distilletur, aqua vitæ illa fit ex vino. Sumatur in hebdomada quantitate avellanæ, potest etiam corpori inungi Cacochymia est, cùm, flava bile, vel nigra, vel pituitâ vel serosis humoribus refertum est corpus. Remedio est aloë lucida vel succo citrino, (non autem rosata aut lota) ex illa fiant pilulæ pisi magnitudine verùm non ad ignem, sed in cellario solutâ, singulis diebus per annum ante cænam sumantur,

Iuniperi grana non omninò matura legi debent in Augusto vel Septembre, ponuntur in vino albo optimo cui affusum aliquantum aquævitæ, & relinquuntur per sesqui alteram diem, tum exsiccantur ad solem posita in panno lineo, deinde servantur bene clausa. Sumuntur aliquot grana in vino albo eundo cubitum, & mané ante cibum. Roborant cerebrum, conservant visum & alios sensus, purificant pectus, pellunt ventos, movent urinam, usu frequenti rumpunt calculum, valent contra paralysim.

im, venenum, pestem, tremorem membrorum, fe-
brim quartanam, humores frigidos. Calefaciunt of-
a & medullas, iuvant memoriam, lacrymas ocu-
orum siccant, halitum oris commendant, caput &
cor confortant, dolores ex causa frigida ortos sanant,
Rosmarinus etiam est medicina universalis. Nam
i decoctionis eius aquâ laveris caput, dolorem tolles,
oborabis cerebrum, capillos, & hos ipsos facies co-
loriores. Si eiusdo cubitum corticibus suffumiga-
eris ore fumum recipiendo sanabis tussim, catharrũ,
sthma, vocem clarificabis. Si ramos masticaveris
entes firmabis, & gingivas. Succus foliorum im-
nissus auribus mane & sero in gossypio, sanat do-
ores, & sonitus ex causa frigida. Aqua decoctionis
lita faciei, illam expolit, maculas tollit. Vinum
el aqua in qua cocta herba, sumpta in potu, multi-
rum, morbos omnes iuvat. Folia capiti imposita
rohibent defluxus in oculos, & ex illis dolores, ac
lacrymationes. Balneum cum herba dat vigorem.
lores cocti in vino ad consumptionem medietatis,
equentii potu calculum frangunt, pellunt arenas,
nant iecur. Summitates frixæ cum medulla panis
oleo & comestæ, dant mulieribus lactis copiam
tenem resolvit ex tuso rosmarino emplastrum. Her
a corpori applicata, dissipat melancholiam, Lum-
ricos pelli sumpta manè cum melle drachma pul-
erum rosmarini, idem pulvis inspersus sanat vulne-
idemq; ungventum præstat. Acuit visum esus her-
e cum pane sanat fluxum ventris herba in aceto co-
a calida ventri imposita. itemq; tibiarum tu mores
dolorem dentium tollit accensa stipula Posita in
avo, dente, Sumptio crebra herbæ servat á vene-
s. Pani admixta provocat appetitum, purificat sto-
achum.

Sed & Tabacum dat nobis medicinam universa-
lem. Sume libras octo tabaci, granatas octo, sex mẽ-
ras aquæ, coque donec pars quarta aquæ decesse-

ris

rit; tum herbam per triduum pone in umbra, deinde concide folia, tum iterum coque & contunde & rurſus in eadem aqua donec ſolùm duæ partes remaneant coque, tum exprime fortiter duplici panno involvendo, & percola, & rurſus coque in olla vitreata igne lento dum inſtar mellis craſſeſcat, & bullas faciet, adde ſaccari unam unc. mellis duas, miſce contra aſthma ſume unc. ſex ſyrupi violarum & de dicto ſic parato tabaco, unam in corpora omnia ad ignem, ex hoc unum cochlear ſumendũ in aqua calida, & ſupra & infra purgabit. Quod continuandum per dies quinque aut ſex. Idem valet contra colicam; mala urinæ, & motricæ ſine ſyrupo ſumptum quantitate avellanæ, in vino frigido. Sumitur contra omnes febres in clyſtere. Idem per applicationem ſanat omnia nova & antiqua vulnera, addito melle roſato aut ſyrupo roſato. Idem ſervit contra omnia venena & peſtem, & morſus venenatos, intus & extra utendo, extrá applicatur ventriculo & provocat vomitum. Curat gummata & apoſtemata. Oculis ægris idem quantitate lentis dilutum in vini albi unc. duabus inſtillatus. magis autem curat omnes morbos, intus & extrá ſimul aſſumendo.

Decoctum tabaci cvm ſaccaro ſæpius in modica quantitate ſumptum omnes putredines pectoris curat, unde iuvat aſthmaticos, halitus eiuſdem decocti per os ſumptus vermes occidit omnes & eijcit. Oleum tabaci ſeminis valet contra omnia venena & morſus úenenatos in modica ſumptum quantitate. Aqua diſtillata e ramis contra tuſſim antiquam & aſthma. Dolores capitis tollunt frondes applicatæ calefactæ ſupra cineres, ſæpe mutando, ſi dolor eſt ex cauſa frigida. eadem ad omnes dolores in corpore ex ſimili cauſa natos. Ad duritiem lienis folia contuſa cum aceto calida applicantur. aut pannum lineum calidum tinctum foliorum ſucco admovendo.

Ad

.d mala matricis eadem folia calida applicantur entri prius perunᶜto oleo in quo coᶜto sunt folia‿. ictæ herbæ. Ad vermes infantium succo herbæ un- itur umbilicus. & ut exeant datur clyster ex la- te & aqua mulsa. Valet eadem herba ad poda- ram frigidam, arthritim, inflationes, apostematum igidorum, ad vulnera uenenata, carbones. Occidit am succus quám folia vermes equorum. Succus per asum attractus sanat eius ulcera quævis interna‿. qua distillata foliorum conservat visum si ea lavê- s. Imples ulcera cava hoc modo, pulveres impal- abiles crystalli unc. duas amyli unam, subige aquâ, el succo tabaci foliorum, exsica in umbra, postea cus eluatur aquâ rosaceâ cum vino, tum pulvis præ ᶜtus inspergatur, dum origo fit ex causa frigida‿. 1 dolore dentium ex causa frigida denti cavo impo- : globulum factum ex foliis, sed prius dens elua- ır linteolo tinᶜto in succo foliorum, & sanat &, ohibet ne putredo procedat. Gingivas carne si fint utæ, fac pulverem ex foliis & cum melle rosato & cco granatorum unge. Vlcera sordida, cancrum‿ tulas, scabiem, fit ungventum terendo folia & co- endo cum oleo rosato, ter noua apponendo, & spumando, colatur oleum, & tantundem illi ad- ur succi foliorum tabaci, tum q s ceræ addito si- igne fit ungventum. mortario pistillo calido mi- endo. Aliud ungventum fit, ℞ Succi dictæ herbæ ram, olei, ceræ rubræ novæ ana unc. duas, olei periconis unc. unam bulliánt lento igne per tres ras, colentur, colaturæ addantur duæ unciæ there- ıthinæ, & coquantur ad consistentiam ungventi. oc curat mala prædicta, insuper valet id gangræ- m scrofulas, ambustiones igni, crepaturas testiũ manuum, primò herbâ dicta fricandæ tum in aqua sa calida detinendo, demum dicto ungvento lini- do. Fumus foliorum per os sumptus facile ine- iat, Epilepsiam patientibus felici successu propi-

naᵹ;

mantur ſucci unc. duæ, valet & in vulneribus antiquis, putridis cancroſis. ſed priùs vena ſecanda & corpus purgandum, tum ſuccus herbæ plagis inſtillatur & ipſa herba applicatur ſemel de die.

Etiam hoc. ℞. Savinæ viridis dr. quinque, gallas cupreſſi XI. Roſmarini viridis, mille folii, Salviæ viridis, artemiſiæ, Fœni græci, Herbæ benedictæ ſeminis lini, ana unc. ſs. terantur, & in libris XXV. aquæ, ſtent per triduum, tum addantur olei lib. tres coquantur donec tota exhalet aqua, tum coletur & addantur, ceræ, colophoniæ, terebinthinæ, galbani, gummi hederæ. picis reſinæ. olibani, maſtiches ana, unc. ſs. ſtyracis calaminæ, ſpicæ nardi, ana. dr. una balſami dr. ſs. terenda terantur, & liquefacienda liquefiant; miſceantur. Valent ad omnes febres calculos, dolores renum, matricis oleum vitrioli ter ad omnia ſervit. Nam ſumptum in iuſculo pullorum aut vitulinæ per quatuor ſeptimanas continuas hominem ſanum conſervat, cum vino generoſo recreat cor. Cum aqua fœniculi, vel anisi, aut ſambuci confortat & auget memoriam. Cum aqua borraginis aut bugloſſæ, tollit melancholiam. Cum aqua artemiſiæ aut comomillæ, aut verbenæ iuvat contra colicam & pleuram. Cum aqua capilli Veneris, aut epaticæ contra inflammationem iecoris. Cum aqua rutæ aut hipericonis, aut graminis, aut abſynthii, aut ſinici; vermes necat. Cum aqua fumi terræ, omnem lepram curat. Cum aqua mentaſtri aut hyſopi valet ad paralyſim. Cum aqua baſilicæ, aut ſalviæ, contra tremorem, & ſpaſmum Cum aqua tartari diſtillati ad apoſtemata interna. Cum aqua caulium aut capilli Veneris ad oppilationes nervorum. Cum aqua fæniculi aut euſ agiæ, ad viſum. Cum aqua lactucæ aut papaveris, provocat ſomnum. Cum aqua hyſopi, vel capilli veneris aut ſalviæ, aut caudæ equinæ, liberat a tuſſe. Cum aqua ſcabioſæ, ſumptum trigeſies, ſanat ſtomachum. Cum aqua tamariſci, aut

fraxi

fraxini, aut cetrach valet contra dolores lienis. In aqua trifolii distillata, ad dolores totius corporis. In vino bono per unum mensem sumptum, liberat ab hydrope. Cum aqua ebuli distillata contra aquam intercutem. Cum aqua vitæ, aut maluatico, contra venena. Cum aqua absynthii aut galangæ, ad morsus venenatos unctione frequenti, & sumptum in iusculo contra podagram. Cum aqua endiviæ, sumptū & leviter unctum sanat gangrænam. Cum aqua crescionis sumptum diebus octo continuis, sanat inflamationem & decorticutionem vesicæ ulceratæ. Cum aqua artemisiæ, aut matricariæ, aut betonicæ, aut in earum decocto vitia matricis emendat. Cum aqua sigilli Salomonis, ad sonitus aurium. Immissū in gossypio auri, valet contra surditatem. Cum vino potente, aut aqua verbasci per dies quinque sumptæ guttæ 4 aut sex contra dyssenteriam. Cum aqua maioranæ, ad dolorem capitis. Cum vino generoso, ad catharros & deflexiones. Cum vino albo tenui, post corpus purgatum, ad lethargum. Cum aqua betonicæ, aut pæoniæ, ad epilepsiam. Cum aqua bursæ pastoris sumptum per dies quatuor continuos, contra sputum cruentum, & venam ruptam in pectore. Cum vino albo, pro retinendo cibo, Cum vino nigro, contra dyssenteriam. Cum aqua capitum rosarum, bis aut ter sumitur contra fluxum sanguinis. Cum aqua melissæ, ad lassitudines & tædia ac dolorem capitis. Retinendo cautè cum saccaro supra dentes, ad eorum dolorem. Semper autem bene oleum discuti debet, ne in magnis guttis maneat. Cum rafano contra calculum. Cum aqua pimpinellæ, aut melanthii, ad palpitationem cordis. Cum aqua rosmarini cautè oculis inspersum sistit affluxus humorum. Cum aqua buglossæ ante omnis febris accessum sumitur. Cum aqua marrubii ter aut quater sumitur, & æger tegitur ut sudet, contra febrim continuam: eodem modo & certo eventu con-

gra tertianam: cum malvatico verò contra qu artanam. Cum aqua acetosæ octies aut decies sumitur mané contrá Lecticam. Item contra pleuram, & omnem morbum acutum. Cum aqua acetosæ contra febrim ardentem. Præservat a peste sumptum a jeiuno in iulepo violato: sed si iam pestem contraxit, octo vel decem guttas accipiat in uncia aquæ vitæ, ( alias in aliis casibus 4. aut 5 ) dividatur in tres partes, & intra duas horas sumatur, ac sudet ac mutet lectum bis. Post purgationem bilis sumitur ad roborandum stomachum.

Aliud. Memoriam roborat, phtysicis & tussientibus valde prodest, sangvinem purificat, interna ulcera sanat, áb acidis ructibus servat: sumitur mane & vespere quantitate iuglandis. ℞. Cinnamomi, Zingiberis ana unc. unam ſs. Nucis myristicæ, gariophillorum, piperis longi, maceris, galangæ ana dr. uncias dyptami, zedoariæ, calami aromatici, pimpinellæ, angalicæ, ana. sesqui. drachmam Nucum vomicæ dr. unam rhabarbar. unc. ſs. Rhapontic dr. duas croci dr. ſs. pulverisentur, adde saccari pau. lō plus quám librám; coquantur, in tabellas redigantur.

Contra omnes morbos creditur. Opii Thebaici dr unam, succi atantiorum & citriorum, ana. unc. sex cinnamomi, garyophillorum, ana dr. 4. hæc in cucurbita cum cæco alembico insolentur contusa. aut in B M per dies circiter 12 digerantur tum expresso liquori adde moschi scrup. ſs. ambræ scrup. 4. croci elect. dr. 4 corallii rubri in liquorem reducti, & magisterii perlarum ana scrupulum unum ſs. rursus digerantur ut suprá, tum adde essentiæ auri sesqui scrupulum, tria vel 4 grana ex hac medicina sumuntur. Vel Oleum solum sulfuris. Vel oleum ceræ, quod vulncra curat instar balsami, fit verò hoc modo. Cera flava septies liquefit, & in vinum generosum effunditur additur ipsi tantúm laterum tritorum

torum ut fiat massa, & leni igne distillatur in retorta, valet ad vulnera, ulcera, podagras, & alia mala frangit calculum, ferrum illo inunctum & calefactũ ardet.

Sangvinem ut purges. ℞ Cremoris tartari dr. duas tartari vitriolati dr. unam, salis absynthii, cardui benedicti, centaureæ, fumariæ, cichoreæ ana scr. 4 ss. Magisterii coralliorum, perlarum, ana, dr. unam. gr. XII. & gialapæ scrup. quinq, ss. olei anisi guttas XX. Olei cinnamomi guttas 12. misce fiat pulvis subtilis in doses XVIII.

Theriaca & pueris & prægnantibus dari potest habet omnium medicinarum virtutes exceptâ purgatione. Octava pars unciæ contra omnia venena, & intus sumitur, & applicatur: eodem modo valet contra pestem. Roborat stomachum, caput oculos, cor. Somnum dicto modo sumpta eundo cubitum conciliat. Sistit sanguinem, & sputa cruenta & distillationes. Valet contra febrim malignam. Si quotidie mané sumatur dat vigorem & prolongat vitam.

Mithridatum habet easdem virtutes quas theriaca potest etiam securé dari cuicunq;.

Hiacynthus valet contra omnem febrim malignã, & putridam, sumitur mané dimidia pars octauæ partis unciæ, dimidiâ horâ ante cibum cum aqua cordiali, roborat cor & a palpitatione sanat, caput serenat, conforrat stomachum, securè cuicunq; exhibetur. Si arescat, solvitur succo citrino, vel melle.

Alchermes, ualet contra cordis palpitationem roborat caput, stomachum, omnia viscera, iuvat digestionem.

Bezoar valet contra omnes febres malignas, sumuntur octo grana dimidiâ horâ ante cibum in aqua cordiali. Roborat cor, & palpitationem illius sanat, visum clarificat, defendit ab omni putredine. Cùm homo sanus sumit præservatur à morbis subitaneis.

Balsamum roborat [caput, cor, stomachum, sumantur ex eo mane tres guttæ. Insingitur contra dolores ex causa frigida, sanat vulnera.

Aloë rosata- seu Aquæpendentis, purgat ab omni malo humore stomachum & caput: corpus, sumitur scrupulus ante cœnam. Est secura medicina maximè humidis corporibus.

Radix iridis sumpta 4 scr. purgat pituitam bile mixtam, vitia omnia hepatis & lienis ac obstructiones tollit, humores etiam duros digerit, strumas emplaustrate cum succo betæ, aut brassicæ, aut melle cum oleo camœmelino, sumitur in aqua mulsa vel spicœ, xel sero lactus, melle & mastiche.

Pulvis Trithemii qui sanos literis vacantes conservat, memoriam auget, stomachum roborat: cerebrum purgat, oculos serenat, humores noxios consumit, nauseam pellit, ab apoplexia & epilepsia præservat, pinguedinem nimiam arcet calculi materiam resolvit. itemq; chyragræ & podagrœ, (quanquam huic pulveri contradicat Paulus Saiichius) sic conficitur. ℞ Calami aromatici gentianœ, Cymini, Sileris montani, Anisi, Carui, ameos, Sem petroselini, spicæ nardi ana- unc ss. Coralli rubr. Perlarum, non perforatarum unc. quinq, Zingiberis albi, Amari dulbis Fol: Senœ, Tartari adusti, ana dr. quinq,. Macis Cubebarum, ana dr duas: garyophillorum dr septem fiat pulvis. f. a. Dosis dr. ss. mane in brodio vel vino per unum mensem, secundo mense tantum mané, per reliquam vitam ter in hebdomada sumitur. Omnibus morbis succurrit, & vocatur oleum Hispani. ℞ Ceræ lib. duas. Salviæ unc. 4 ,eminis lini unc. 4 florum rosmarini, baccarum lauri, ana unc. 4 florum chamæmeli vel olei unc tres, cinnamomi unc. ss. hyperici vel eius olei unc. ss. olei veteris unc. duas. Flores in umbra exsiccentur & conterantur, cribrentur. tum ceræ liquefactæ infunduntur cum oleis, misce

tur

tur. & totum id supar marmor effundit utrum concidltur, & distillatur per vitrum longi collisu. sumitur, intus aut extrá.

Omnes morbos capitis sanat, itemq; viscerum aut & valet etiam contra pestem esus cerdui benedicti, Radix iridis arida & in pollmem redacta, ulcera purgat fistulas sinusq; implet, valet cum vino ad clavos verrucas, & paronichas, ossa fracta extrahit, cum melle imposita, & nudata carne vestis. Dentes & cutis vitia emendat, decoctum illius potu dentium dolores mitigat ortos ex causa frigida.

Vniversale etiam remedium. Vinum istud, ℞ Vini albi mensuras 4. salsæ unc. sex. senæ orientalis contusæ unc. duas. ligni sancti unc. unam ss. Cardui benedicti unc unam ss. polypodii unc unam ss. Ivæ artèticæ unc. duas, liquiritiæ duas, radicum borraginis quatuor unc. tantundem radicum petroselini, pone in olla nova & coque per horæ quadrantem, tum effunde in vas mensurarum octo capax, & alio vino comple, hoc solum vinum bibat æger & ab omni morbo sanabitur. Etiam hic pulvis, confortat visum, valet ad omnes capitis defectus; scotomiam, hoc est tenebrosam vertiginem: ad paralysim & omnes dolores internos, consumit humiditatem superfluam cerebri, confert ad memoriam. ℞ Carui, anisi, ameos. petroselii apii fœniculi, betonicæ, cumini calamintæ, pulegii, hyssopi, spicanardi, piperis, Zingiberis, salviæ, rutæ. centrigalli, eufragiæ thuris, mastiches. croci, omnium myrobalanorum, sed plùs citrinorum, cinamomi, squinantii, ana unc. ss. Maioranæ, folii, balsaminæ, basilici, cardamomi, galangæ, liquiritiæ, ana unc. duas, contunde, fiat pulvis quo magis utere hyeme quám æstate.

Item, myrrhæ, aloës hepaticæ, spicanardi, sanguinis draconis; thuris, mummiæ, oppoponacis, bdelii, carpobalsami, ammoniaci, sarcocollæ, croci, mastiches, gummi arabici, styracis liquidæ, ana. unc. du-

ad. Lambd. electi, succi castorei, ana, dr duas ſs. muſci dr duas ſs. therebinthinæ ad pondus omnium, pulveriſanda pulveriſentur, & cum terebinthina miſceantur. tum pone in alembico, & liquorem ſerva in vaſe vitreo. Corpus mortui non ſinit putreſcere, ungendo anuca uſq; ad renes, quaſcunq; febres etiam quartanam tollet. In deliquio finis ſpinæ ungendus, loquelam, inſtituit lingvæ impoſitum. Ad matricis ſuffocationes, epilepſiam, & alios morbos, tres guttæ cum vino odorato ſumantur. Melancholici, hectici unguntur, & præcipuè ſpina. etiam unctio ſpinæ confortat viſum; prolongat vitam. Paralyſi, tremori cordis, ſubvenit

Aqua valet ad impetigines, ſerpigines, morpheam albam, omnem ſcabiem: cancrum, noli me tangere fiſtulas deſiccat, mundat, conſolidat. ℞ Agrimoniæ betonicæ, Ariſtologiæ longæ & rotundæ, millefolii, capilli veneris, marrubii, lanxeolæ, pedis columbini, corticem nucum aut radicem; matris ſylvæ, grana Juniperi, lapatii acuti, ana libram; putreſcant per unum menſem, tum diſtilla, prodibit aqua, cuivis patienti propina mane poculum, item in meridie & ſeró per dies 15

Item, duas menſuras vini rubri, Zingiberis albi unc. ſs. garyophill. dr. duas granorum paradiſi dr. duas nucis moſcatæ unc. ſs. cortices ſiccos pomi aurei in Maio unc. ſs, florum roſmarini unc. ſs. contunde & infunde omnia, & ex his aquam vitæ extrahe. Si iſtâ aquâ unxeris capillos quotidie, non caneſcent, uberiuſq, creſcent. Scabiem ſanat illitu. Dolores capitis ſedat & bibendo & ungendo. Item laxat nervos contractos, ſurditatẽ tollit auribus inſtillata. Item nebulas ac carvoſitates oculorum. Valet ad dolorem dentium: cancrum paralyſim, ſpaſmum contra morſus venenatos miſcetur eum theriaca. Plagas antiquas beſtiarum lotione curat. Pueris contra lumbricos modica in vino albo exhibetur, viris copioſior. Impedit calculum & dolores renum. Valet

in apoplexiis & amiſſione loquelæ contra catharros hemicraniam, melancholiam, ſi in ea ponantur carnes crudæ per 24 horas, non corrumpuntur. In acceſſu tertianæ & quartanæ bibitur. Conſumit ſuperfluitatem corporis, auget calorem naturalem cöërcet fluxum urinæ, ſtomachi dolores ex frigiditate ortos, mala matricis lavat, & podagram. Valet contra aſthma & tuſſim ueterem. Eijcit mortuam prolem ex utero. Os per dies novem eluatur ſi dentes verminent, valet contra inflationes, purificat ſanguinem hepatis, ſi illi addantur folia betonicæ auget viſum, lotione ſanat oculos lacrymantes & ſanguinolentos.

*Pulvis ad evacuationem*, ad epilepſiam, ſtomachi mala, quartanam, calculum. Salſa pariglia unc. 4 teratur, folia ſenæ orientalis ſine folliculis uncia, teratur, miſce, doſis, cochlear dimidiâ horâ poſt cænam ſuperbibatur dimidium poculum vini albi adaquati, idem fiat mané ante cibum.

*Dolori cuiq; prodeſt* Amygdalarum amararum eſus Aniſum, Apium hortenſe Lana ſuccida cum aceto & roſaceo appoſita, Liguſtici ſemen bibitum & radix appoſita. Millium toſtum applicatum. Oleum ſynapinum, Perſonatæ radix trita & illita. Rapi ſemen. Rhaponticum, ſal in ſaccis fotu mitigat, ſynapi cum ficubus appoſitum donec locus rubeſcat. Auena calefacta fotu. Oleum amygdalarum dulcium & amararum. Roſæ folia.

Pro univerſali reputant ſi quis mané quotidie octo vel dacem grana iuniperi devoret.

Hydropicis, ſpleneticis, hypocondriacis, aſthmaticis, cæliacis id commendatur Vini malvatici pone in phiala fictili colli longioris lib. ß tum accipe chalybis, ſeu ferri pituiſſimi libram in ſcobem redactam, candefac in crucibulo, ac in præd: eorum Vinum funde, atq; claude, & ſic ter operare, deinde permitte ſubſidere, ac vinum bibe.

Item oleum myrrhæ præſervat á putredine. Myr-

rhæ

rhæ optimæ unc. ſex aquæ vitæ depuratæ á phlegmate unc. XII in botia vitrea reponantur ad ventrem equi per dies ſex, deinde in balneo diſtilentur donec tota effluat aqua, & oleum remaneat, doſis dr. duæ

Opium quomodocunq; adhibitum, ſive denti cavo indita, ſive in ſuppoſitorio, ſæpe occidit, ait Zacutus

Item hoc medicamentum vocatur Cachunde ab Indis eſtq; regale, ſtimulat quidem naturam, ſed ventriculū roborat, flatus melancholicos diſcutit, Cordiacæ, Epilepſis, cordis tremori & nervorum vitijs occurrit, cor roborat, cerebrum facit halitum gratū. venenis reſiſtit, faciunt ex eo vaſa Indi rubra, ℞ Terræ Cimoliæ aut alicuius luti optimi lib 2ª Ambarinæ lib. ſs. Moſchi, Galliæ, ana. unc. iiij Agallochi optimi unc. XI Margaritarum præpar: unc. iiij Santal-rubeos lib. iiij Santalorum citrin. unc. iij Maſtiches, Calami aromat: Galangæ, Cinnamom., Aloës lotæ cum ſucco roſar Rhabarb elect. Mirobal. Chebul. [illegible]ellericoricor, Abſynth: Coralli rubri, Boli armeni ana. unc. ij Foliorum auri unc. ſs. Lapid-Bezaar. unc. XX. ſerici uſti unc iiiij Eboris uſti lib. iij ſs fiat pulvis tenuiſſimus Inoretur Balſamo cum vino odorif. & aquæ flor Cinnamomi & in umbra ſiccetur, addatur ſaccari quantum ſatis & gummi Tragacanthi & Arabici, fiant pilulæ quæ in ore teneantur donec liqueſcant.

Vniverſale quod tam ſumendo quàm ungendo adhibetur, ſed modicum ſumendum omnem putredinem impedit, catharos, febres, percuſſiones, ſanat. Terebinthinæ datæ unc. 18 ceræ flavæ odoratæ unc. 12. cineris de vitæ unc. 6. in vitro optimè luxato diſtilla ſupra cineres urgendo ignem, donec tota ſubſtantia exierit & ubi in collo retortæ manſerit ut cera coagulata, ceſſandum Ex hoc ſemel in menſe ſumatur, manebit vigor iuvenilis.

Pilulæ Francofurtenſes ad multa utiles. Extracti maſſæ pil. cochiatum. Turbith g. Elleboti nigri

Mu-

Mugiſt. Ialapæ G. Gittæ Trohiſc- Alhandal. ana gr. XI olei aniſi gr. X *Vide nounulla ſub titulo Purgantia-* Meliùs ſic. Ad alöën ſuccocitrinam pulveriſatam affunde aquam de floribus violarum ad eminenriam 4 digit. & pone in MB. calido, vaſe optimé clauſo, ſit per triduum donec tingatur aqua, decanta, ac novam affunde, & fac ut priús, donec totam tincturam extrabás; aquam deinde tinctam, coque ut ſpiſſetur, & tantudem in pondere adijce ſucci violarum, & fiat inſpiſſatso ut ſit maſſa pro pilulis. Vel, alöes ſuccotrinæ libram ſolue in aqua violarum, percoletur, & exſiccetur, idem fiat cum ſucco violarum donec imbibantur lib. duæ, fiat maſſa quæ denuo cum ſpiritu vini extrahatur, dosis á ſcrup. ſs. Vel ſic alöës ſucco citrinæ, epaticæ ana. unc. duas novem ſucci violarum lib. ſs. cat maſſa. Vel ſic alöës roſatæ lib. duæ, ſoluantur in violarum infuſione, colentur per pannum, lento igne ſiccentur pro maſſa, in fine addantur polypodii querni unc. tres, fiat maſſa, & ex ea pilulæ. Purgant bilem & pituitam, roborant. ventriculum & purgant, appetitum reparant, venas aperiunt & meſenterium, præſervant á putredine & febribus putridis, calculo, podagra, peſte, necant vermes, catharros ſiſtunt &c. Sumuntur initio cænæ cumuſculo, ſi non ſatis purgarunt, ſumuntur poſtridie principio prandii formantur ex dr. LX. doſis 7. 8 9, quælibet granum valet.

Elixir vitæ, cremati lib. XXVIII, cinnamomi unc. XXIV diſtillentur, poſtea in nodulo infudantur ſpecierum diambræ dr unam ſs. diamuſci dulcis ſcrup. duos, grana quique, croci orient. drachma, filtrentur per chartam, edulcorentur cum ſyrupo ex ſaccaro candido & aqua cinnamomi q. ſ. Item *Vniverſale* Terebinthinæ cypriæ in aqua violarum lotæ, & in eadem ad juſtam conſiſtentiam coctæ unc. duas acidi tartari unam; ſpecierum diaireos ſimplicis dr.

duas, nitri præpar. dr. unam misce fiant pilulæ quantitate pisi, valent contra podagram, obstructiones, hemicraniam, ictuum hydropem, contracturas, mēsium retentionem, calculum, phasim, asthma tussim ventriculum roborāt, interdum per sudores & urinam operantur Sumuntur in singulis Lunæ quadris, dosis dr. ß. Sed in curatione morbi quotidie in aurora dr una

Pro *Panacea* reputatur. Thuris unc. duas, myrrhæ unam, auri foliati dr. ß, contere, misce cum vino sumatur in aurora ieiuno stomachi in æstate cum aqua rosarum, hyeme cum uino.

*Calidis morbis* oxy saccarum simplex aut compositum. syrupus rosarum, syrupus acetosus, syrupus de nymphæa, syrupus hyosciami, *Frigidis* oxymel simplex, oxymel diareticum, oxymel squilliticum, oxymel aromaticum.

Item radices fraxini concisas infunde in vino albo, bibe sanat omnes febres, epilepsiam, mala stomachi, hydropem, dolores oculorum, fluxum sanguinis hepar roborat appetitum, lienem. Item gentianæ pulvis quantum apice cultri capi potest, sumitur in ovo sorbili, tollit dolores capitis, stomachi, arheticos, si hæc dosis repetatur unâ die quater, ut intra sumptiones, duæ medient horæ, & nihil illa die comedatur aliud, liberat a fluxu ventris. Contra febres conciditur in partes quantitate fabœ, & per noctem in aqua infunditur, manè exprimitur bene radix in aquam, abijcitur ipsa, succus bibitur per tres dies. Masticatur radix cum imminet morbus, iuvat contra catharrum, vertiginem, prodest invino phtysis, tempore pestis quotidie sumenda, iuvat iecur, vitam prolongat, sed in magna quantitate sumpta nocet.

Item, statim expellt vermes, dolores laterum. ventositates, febres pestilentiales, vertiginem, sanat læsum stomachum, purgat melancholiam ex stomachi immundi-

immunditiis natam. ℞ Seminis sancti dr. ss. Coral- linæ ʒdrachmam dyctami albi dr. ss. scordii scrup. duos fiat pulvis, sumitur ab infirmo in succo limo- num vel pomi aurei cum saccaro, ab illis qui frigi- do sunt stomaaho cum aqua vitæ, ab aliis in iuscu- lo aut vino duabus horis ante cibum, á pueris in ovo recenti sorbili & saccaro,

Dolorem cuiuscunq; partis corporis tolles, coque in aqua cuminum, illâ aquâ calidissimâ spongiam imple, atq; inter duas tabulas benè exprime, & sic calidam loco applica, & id sæpiús repete

De Vngula Aleis vide sub titulo *Epilepsia*.

# CAPUT XVIII.

## *De Vsu cæli in Medicinis.*

Dum *Luna in Ariete*. adhibe balneas contra mor bos ex humiditate natos, item ungere ungven. tis, venam aperi præcipué phlegmaticis, antiquos mo bos curare, in capite, gula pectore, bonum accipe- re vomitoria, virturem attractivam roborare, & ve- nas læsas. Quando *in Tauro* venam aperi, vento- sas collo applica, mala antiqua colli & pectoris cu- ra, sume purgationes unctiones, dargarismos. *In Geminis*, Bonum est lavare caput, antiquos morbos incipere curare in capite gula pectore. *In Cancro* bene cholericis detrahitur sanguis, ventosas appli- care, sed non in pectore & lateribus, ungves re- scindere, ungi balneare purgari, mederi antiquis mor bis ventris. *In Leone* utere balneis contra mor- bos ex humiditate, unge, rescca ungves, *In Virgi- ne*, bonum lavari, venam secare, ventosas applica- re, sed non in ventre. *In Libra* bonum venam se care, capillos tondere, ventosas applicare sed non in ventre. *In Scorpio* bonum uti balneo, ungi, san guinem cholericis minuere, ungves scindere, pur-

gatio-

gationibus uti. *In Sagittario* bonum est uti balneis unguentis, venæ sectione, ungues scindere, confortare virtutem attractivam & venas laxas. *In Capricorno* bonum secare venam, medicinas per nares sumere, vomitoria, gargarismos. *In Aquario* bonum applicare ventosas pedibus. *In Piscibus* bonum lavare caput, cholericis venam secare.

Cavendum ab ultima Luna Aprilis propter Pleiades, á prima Luna Augusti propter caniculares, ab ultima *Luna Decembr.* propter oppositionem Cancri, & casum Leonis. Nihilominus etsi astra sint contraria, necessitas frangit legem, melius tamen effectus procederet, si cœlum faveret, & potissimum Luna. Pro purgantibus itaq; tempus idoneum, cúm Luna in signis aqueis, aut saltem temperatis, sed ab igneis cavendum. Si purgantia non sint vechementia, bonum tempus cúm Luna trigono vel sextili respicit Martem, hic enim attenuat humoreas, sed cavendum ne Saturnum respiciat Luna, quia humores adstringit. Si Luna respicit Iovem, purgantia non succedit; quia Iupiter concoctricem roborat, ut consumat medicinam & in alimentum vertat; quia veró in purgantibus est aliquid veneni, corpus inficitur, & morbi oriuntur. Per electuarium purganda cholera, cùm Luna est in cancro, & Venerem tritio vel sextili respicit, dummodó Venus non sit combusta, si Luna respiciat Solem dicto modo, phlegma purgandum; si Iovem, melancholia. Per potiones purgandum, cùm Luna in Scorpione, etsi respicit Venerem tritio vel sextili, non combustam, purgatur cholera, si hoc modo respicit solem, phlegma, si Iovem, melancholia. Per pilulas purgatur cúm Luna est in piscibus, etsi respicit Venerem non combustam dicto modo, purgatur cholera: si Solem, phlegma: si Iovem, melancholia. Per quamcunq; medicinam purgabis; si Luna in Libra vel Aquario, etsi dicto modo

modo respicit Venerem non combustam, purgatur cholera: si Solem phlegma: si Iovem melancholia. Si purgans medicina sumatur dum Luna in signis ruminantibus, hoc est, in Ariete, Tauro, Capricorno, medicina evomitur. Cúm purganda melancholia, aut lien, cavendum á Saturno fortificato, cúm sanguis: aut iecur, á Iove forti, quando cor, á sole forti, cúm fel, renes, aut cholera, á Marte forti, cúm caput, á Luna forti: cùm pulmo, sit debilis Mercurius. Nulla detur medicina cum Luna in Geminis.

Virtus vitalis constituitur in corde & gubernatur á Sole & Iove. Animalis in cerebro, & gubernatur á Luna, Mercurio, Venere. Naturalis in hepate, gubernatur á Iove, Venere, Luna. Attractiva á Sole. Digestiua à Iove. Retentiva á Saturno. Expultrix á Luna. Cùm ergo virtus aliqua ex his roboranda, eligatur Planeta fortis.

Quod attinet balnea: non sunt bona, cùm Luna in Tauro, Virgine, Capricorno, quia hæc signa frigore constringunt poros; item mala, cum Luna in triplcitate áerea. Bona veró quando Luna in Ariete, Leone, Sagittario, quia calore poros aperiunt. Item bona cúm est in triplicitate aquea.

Sumunt etiam ex die Lunæ prognostica de ægri morte, vita; convalescentia, notando diem Lunæ quâ infirmari quis cæpit, tum vide quid illi diei adscribatur. Tabulam tobulam pro hac re desumimus ex Rutilo Benineas.

1 Æger dubius diebus 14. 21. 28. postea sanatur
2 Die 24. dubius, postea sanatur.
3 Graviter ægrotabit, sed evadet.
4 Dubius est die 21 postea sanatur.
5 Gravis morbus, postea sanatur.
6 Sanabitur die 5 Lunæ sequentis.
7 Est dubius
8 Ad diem 14 lenis morbus, postea mortis periculum.

9.

9 Gravis morbus, attamen evades.
10 Evadit mortis periculum.
11 Intra triduum sanabitur.
12 Incertus ad dies 15 postea de morte periclitatur.
13 Dubius ad dies 15 postea evadit.
14 Ad dies 15 incertus. postea sanatur.
15 Ad dies 4. melioris, postea de morte periclitatur.
16 manebit morbus per dies 18 postea sanabitur
17 Ægrotat diebus 18 deinde sanatur.
18 Intra triduum sanatur.
19 Sanatur intra triduum,
20 Per dies 7 incertus, postea mortis periculum.
21 Sequentis mensis die 10 sanabitur.
22 Primo die sequentis mensis sanabitur,
23 Incetus, sed post dies 12 periculum mortis.
24 Certò sanabitur,
25 Mensis sequentis die octava sanabitur.
26 Est dubius, & nihil certi.
27 Ad dies 10 incertus, postea mortis periculum.
28 Primâ die sequentis mensis sanabitur.
29 & 30 Incertus est quid fiet.
De hac tabula alibi dicemus iudicium.

## *Pro venæ sectione hæ utantur Regulæ:*

Phlegmaticis quæcunq; secatur vena, sit Luna in Ariete, sed non tangatur capite, vel sit in Sagittario, sed tunc latera non tangantur. Melancholicis in primis 15 gradibus libræ, sed non de naribus, vel in Aquario, sed non ex curibus. Cholericis cúm Luna in Cancro, sed non ex pectore, vel in Scorpione, sed non ex partibus verecundis, vel in Piscibus. sed non ex pedibus. Cúm Luna in Geminis vel Leone non secanda vena. Neque membrum tangendum ferro in cuius signo est Luna, nisi cogat necessitas. Ante

Ante & poſt Novilunium abſtine á ſanguinis miſ-
one, ſaltem psr unam diem, quia tunc dicitur Lũ
a combuſta, ſi Luna cum Saturno, ante & poſt, die
nâ cavendum, ſimiliter ſi iuncta Marti, perinde
Veneri, Mercurio. In plenilunio cave ante unâ
poſt unâ die, ſimiliter cũm eſt oppoſita Saturno
el Marti. Cave etiam dum Luna quadrata Soli, a-
Saturno, aut Marti, immo ſi ſit his quadraturis
cina. Luna in quocunq; aſpectu cum Iove aut
onere, dum non ſint combuſti, non vetat sangui-
s miſſionem. Luna ſextilis aut trina cum Sole a-
Marte dat bonum tempus.

Luna ad primam quadram bona pro iuvènibus &
nguineis: a prima quadra ad plenilunium pro vi-
s & cholericiis. A plenilunio ad ultimam quadrã
ro viris & phlegmaticis. Ab ultima quadra ad ſi-
eni ſanguis emittatur ſenibus & melancholicis.

*Dies noxii de his alibi dedimus iudicium*

ın. 1. 10. 13 Febr. 13. 16. 19. Mart. 13. 15. 16.
pr. 5. 14. 20. Mai 8. 14. 20 Iun. 1. 6. 17.
ul. 3. 13. 19. Augſt. 8. 15. 26. Sept. 1. 15. 19.
ct. 3. 16. 21. Nou. 14. 16. 22. Dec. 6. 11. 2..

De his aiunt. Si quis aliqua harum infirmari cæ-
erit non ſanabitur. Si quis natus fuerit, non vives
ut ſemper miſer in omni genere erit.

| Boni pro ſanguine. | | | Mali. | | Boni. | | | Mali. | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ɪnuarij | 9. | 21. | 2. | 6. | Iul | 13 | 13 | 3. | 15. |
| ebruarij | 4. | 15. | 1. | 29 | Aug. | 16 | 14 | 6. | 26. |
| Martiij | 6. | 17. | 8 | 28. | Sept. | 16 | 25 | 6. | 21. |
| prilis | 6. | 28. | 9. | 29. | Oct. | 6. | 26. | 3. | 21. |
| Mai, | 13. | 21. | 3. | 20. | Nou. | 11 | 28 | 3. | 22. |
| unij, | 22. | 17. | 1. | 17. | Dec. | 8. | 9 | 7. | 23. |

Nou tangatur, ferro ullo modo membrum abſq;
ravi neceſſitate in cuius ſigno eſt Luna, quia diffi-
ulter ſanatur, & fiunt fiſtulæ.

Sig-

Aries capitis. Taurus colli, Gemini brachiorum, Cancer lienis, Leo cordis, Virgo ventris, Libra narium, Scorpius pudendorum, Sagittarius lumborum, Capricornus genuum, Aquarius crurium Pisces pedum. Alij, ut Receptarium Galenicum, dies bonos & malos pro ſanguinis diminutione ita assignant.

| | Boni | Mali | | Boni | Mali |
|---|---|---|---|---|---|
| Ian. | 12 | 1. 2. 9. 16. | Febr. | 25 | 1. 4. 26. |
| Mart. | 17. | 6. 15. 28. | Apr. | 8. | 6 30 |
| Mai | 21. | 3. 15 | Iun. | 22 | 17. |
| Iul. | 23. | 13. | Aug. | 24 | 6. 26 |
| Sept. | 25. | 16. 21 | Oct. | 26 | 3. 20 22 |
| Nou. | 21 25. | | Dec. | 8 | 7. 9. 22. |

F Lunâ April. ult. ſi vena ſecetur eſt mortale ſicut & Lunæ Decembris ultima.

Aſſerunt graves Authores nullum animal naturali morte mori niſi æſtu maris decreſcente, quod fit bis de die nam per ſex horas creſcit, & per ſex decreſcit, & hoc negotium Lunæ adſcribitur. Pro inveniendo decrementi tempore ſequentem ponimus tabellam, ſed ſciendum quota ſit dies á novilunio, illam ingredere in prima columna, & ab ea per uerſum procede, invenies in columnis primo loco horam quâ incipit creſcere aut detumeſcere mare, ſecundò quintas horæ partes. M. notat mane ſeu ante meridiem. D. poſt meridiem. Mer, in ipſa meridie. Noc, mediâ nocte.

Dies

| Dies Lunæ | crefcit mare Pars Hora quinta horæ | Decrefcit Pars Hora quinta | Crefcit Pars Hora quinta | Decrefcit Pars Hora quinta |
|---|---|---|---|---|
| 1 | 3 4 M | 10 0 M | 4 1 D | 10 2 D |
| 2 | 4 3 M | 10 4 M | 5 0 D | 11 1 D |
| 3 | 5 2 M | 11 3 M | 5 4 D | 12 0 nD |
| 4 | 6 1 M | 12 2 D | 6 3 D | 12 4 M |
| 5 | 7 0 M | 1 1 D | 7 2 D | 1 3 M |
| 6 | 7 4 M | 2 0 D | 8 1 D | 2 2 M |
| 7 | 8 3 M | 2 4 D | 9 0 D | 3 1 M |
| 8 | 9 2 M | 3 3 D | 9 4 D | 4 0 M |
| 9 | 10 3 M | 4 2 D | 10 3 D | 4 4 M |
| 10 | 11 0 M | 5 1 D | 11 2 D | 5 3 M |
| 11 | 11 4 M | 6 0 D | 12 1 M | 6 2 M |
| 12 | 12 3 D | 6 4 D | 1 0 M | 7 1 M |
| 13 | 1 2 D | 7 3 D | 1 4 M | 8 0 M |
| 14 | 2 1 D | 8 2 D | 2 3 M | 8 4 M |
| 15 | 3 0 D | 9 1 D | 3 2 M | 9 3 M |
| 16 | 3 4 D | 10 0 D | 4 1 M | 10 2 M |
| 17 | 4 3 D | 10 4 D | 5 0 M | 11 1 M |
| 18 | 5 2 D | 11 3 D | 5 4 M | 12 0 M |
| 19 | 6 1 D | 12 2 M | 6 3 M | 12 4 D |
| 20 | 7 0 D | 1 3 M | 7 2 M | 1 3 D |
| 21 | 7 4 D | 2 0 M | 8 1 M | 2 2 D |
| 22 | 8 3 D | 2 4 M | 9 0 M | 3 1 D |
| 23 | 9 2 D | 3 3 M | 9 4 M | 4 0 D |
| 24 | 10 1 D | 4 2 M | 10 3 M | 4 4 D |
| 25 | 11 0 D | 5 1 M | 11 2 M | 5 3 D |
| 26 | 11 4 D | 6 0 M | 12 1 D | 6 2 D |
| 27 | 12 3 M | 6 4 M | 1 0 D | 7 1 D |
| 28 | 1 2 M | 7 3 M | 1 4 D | 8 0 D |
| 29 | 3 1 M | 8 2 M | 2 3 D | 8 4 D |
| 30 | 3 0 M | 9 1 M | 3 2 D | 9 3 D |

Tam Sol quam Luna in ſignis vernalibus ſanabiles & hyemes: in æſtivis breves & periculoſos: in autumnalibus lethales: in hyemalibus longos efficere ſolent morbos. Morbi qui a ſole reguntur ſunt diuturni, qui a luna, breves. Luminare morbo dominans gravioribus planetis mixtum ac tardis morbum facit longum: ſi miſceatur gravibus naturâ ſed volocibus curſu, ut cum Saturnus aut Iupiter propè Solem ſunt, morbus naturâ diuturnus, brevior efficietur, ſi Mars Venus, aut Mercurius tardi fuerint, morbi naturâ breves protrahentur, ſi veloces finientur brevi licet naturâ fuerint diuturni. Benefici Planetæ mites, malefici pravos adducunt morbos. Orientales manifeſtos, Occidentales occultos, ſub ſolis radiis latentes incognitos; quanquam Planeta iis locis conſtitutus ſi præſit, ſolum ſignat virtutis langvorem & humorem exuſtionem, Cardea in Theſſalicum.

## *De venæ ſectione.*

Coniuncta Luna cum Iove permittit ſecari venam, cum Venere, adhuc melius. Cum Iove ſextilis bona, cum Venere etiam bona, cum ſole optima, cum Saturno non mala. item cum Marte. Quadrata Luna cum Iove bona, ſimiliter cum Venere. Trigona cum Iove optima, ſimilis cum Venere, aut ſole, cum Saturno non nocet, item cum Marte. Bonus etiam eſt oppoſitus Lunæ Iupiter, ſed Veneri Luna oppoſita eſt contraria.

Duo ante oppoſitionem Lunæ cum ſole, dies ſunt huic negotio contrarii eodem modo coniunctioni Lunæ cum Saturno eodem modo cum Marte, die etiam quâ coniungitur Luna cum draconis capite, abſtinendum eſt a ſanguine, ſed die antè & poſt dum iungitur caudæ draconis Luna cavendum. Quarta Lunæ cum ſole prohibet poſt & antè horis 12 pariter cum Saturno, pariter cum Marte, Antè & poſt plenilunium unâ die caveatur ſanguinis miſſio, ſimiliter cum Marti opponitur. Item caveatur coniunctio. quadratus, oppo-

oppositio, Saturni cum Marte, aut Lunæ cum Marte aut Saturno.

Interea tamen, quo ad hæc Astrologica Dies semper & Noctes nobis redeant, & tamen illorum non habent observationem, ut ad punctum dicant, talem vel talem futuram nobis diem: quid verò de observationibus circa morbos, qui nec semper redeunt nec supra eosdem?

# PARS II

## MORBI ORDINE ALPHABETI *Cum Suis Medicinis.*

## Alopetia vide Capilli. Abortus vide Partus. Ambusta.

Ambusta igne si statim albumine ovi ungantur, non agunt vesicas. Ut verò cures, radices salicis cum albumine ovi tempera, & applica. vel pilos leporis concisos. Vel grana tritici comprime ferro calido ut exeat oleum pro unctione. Vel succum plantaginis cum albumine ovi dum recens est combustio. Vel rapa vetus cocta in oleo oliu aut lini. Prodest & aquam oleo bene mixtam applicare. Vel, ungatur albumine ovorum cui additum olei dimidium, mixtis bené, unctio fit plumâ gallinæ nigræ, & sæpiùs de die iteratur, Præsentissimum verò censetur, statim inunctum oleum vitellorum, quod ita fit coquuntur ova ad duritiem & per medium secantur, tenentur in tigillo supra ignem lenem, exsudat oleum; Iuvat oleo tingere, & pulvere alabastri aspergere, vel lignorum carie, vel ungventum facere ex cera & oleo. Vel cretam argentariam, aut cimoliam cum rosaceo oleo illine & betæ succum adijce, Si fervente aquâ pertundaris, antequam abstergas,

linteum aquâ rosaceâ tinctum applica, cum sandalis & camphora mixtâ, & id quâvis horâ renova. Vel pannum cum aqua frigida applica Ambusto corpori, qn-cunq; flammâ, prodest sal qui ex salso butyro prodit si eo linteum cumaqua ex eodem butyro prodeunte inûctum applicetur. Aut vitellum sui crudi superliue aut porrum dixarum appone. Vel panni rubri particulas aliquot madefac aceto forti, & unam post aliam applica Vel stercus ovium combustum inspergatur. Vel semen cotoneorum in aqua rosacea ponatur, eius mucilagine locus sæpius abluatur. Iuvant alni folia cocta explicata. Vel ceparum tunicas sub cineribus coque, admove dolores tollunt. *Ambusta sanantur absq; cicatrice* sanguine gallinaceo statim unge Vel coctam ad spissitudinem in vase vitreato, radicem ,vlmi applica. Item servetur oleum lini per unum vel alterum annum in quo iaceat allium. hoc ambusto loco illinatur, tum furfures siligineos in novo fictili ustos & tritos insperge vulneri. Item, pulverem silicis misce cum vitello ovi, dolorem statim aufert, & signum non relinquet. Vel, statim ovum recens bene conquassatum applicetur, non fient vesicæ. Vel cinerem cum aqua frigidissima applica, & sæpius muta. Item butyrum liquefac & calidissimum aquæ infunde, agita donec omnino albescat illo pro ungvento utere. Item buccinarum marinarum cinis ambusto loco inspersus non prius decidit quam cicatricem induxerit. Prodest linteolum cremato tinctum applicare. Item cinerem lanæ insperge, item vivam calcem cum oleo vetere, Item hordeum fractum cum albumine ovi. Item adipem porci cũ chelidonia Item ceram novã concide minutatim adde parum olei liqua ad ignem a quo ubi removeris duos adde uvellos ustorum sub cineribus ovorum, misce, fiat emplastrum. Aiunt non aduri igne qui iusquiami semine tuso cum aceto sæpiûs corpus illeuerit. *Si pice vel metallo* quis aduratur, statim ap-

plicet

plicet theriacam. *Si quacunq; re*, oleo succini ungatur locus, intra diem sanabitur. Item semen cotoneæ, aqua rosarum, misceantur, & locus frequenter abluatur, non manebit vestigium. Item, albuminis ovorum partes duas, olei unam, misce, unge pluma gallinæ nigræ de die sæpiú, *Adustioni ex sclopi explosione* succus ex tormentilla, serpentariá, seneroli, montani, cicutæ. Veneris umbilici, ana unc. sex, modullæ ossium equi unc. sex sevi hircini unc. duas. Olei, butyri maialis, libram unam ſs. exprimantur per linteum, fiat ungventum. *Igne*, furfures siliginis combure in novo fictili, deinde contritos misce cum sevo & locum unge, *Cum pulvis e sclopo impressus corpori* calcem vivam contere, adde florem lactis recentem modicum, melis parúm, misce unge. *Ambustio ab igne vel aqua*, calcem vivam coque in oleo, adde in fine parúm ceræ flavæ. Item terebinthinam mixtam cúm albumine ovi recentis appone. Item narrant qui comederit aliquid ex iecore crudo vel in pulverem redacto testudinis marinæ, quod sputo ambustionis dolorem tallat, imó frequentes linendo sanet. Narrant etiam, si momorderit ossiculum excrescens, quod lupios vocant, qui comedit carnem lupi quomodocunq; paratam, quod illud pereuns sensim. Item ambustis re quacunq; succus cepæ illinatur bis de die, sanat intra quatriduum. Item olei rosati unc. decem, ceræ novæ duas, bulliant in vase æneo miscendo, tum addantur unciæ quinque pulverum cerussæ; & lento igni coquantur miscendo, incipiant donec nigrescere, tum addantur unc. duæ minii, & 4 lytargirii, coquantur ad duritiem, tum adde alumen ustum quantitate nucis tusum, & misce donec per se frigescat, fiat emplastrum. vide vulnus.

*Si ambustio fiat pulvere pyrio* brassica acida applicetur. Alia etiam ambusta sanat cinis caulium ovi albumine mixtus. *Ambusta a quacunq; causa* curat cre-

matum fimplex fupra carbones tepefactum, & fæpius in linteolo applicatum facietq; celerem curationem. Item cepa liliorum cocta fub cinere & fubiecta oleo in modum emplaftri. *Ambuftis fulmine* cordialia ftatim dentur, fanguis nullo modo detrahatur. Locus hoc unguento liniatur. ℞ Lardum diftillatum aquam rofaceam, fuccum corticum medianorum fambuci, fuccum fempervivæ, vitellos ovorum, olea violarum, rofarum mifce fimul. *Efcha* rau ex combuftis pellit non relicta cicatrice, prima die urina cum aqua pari portione applicetur, deinde calx cum oleo iuglandium.

*Ambufta igne* fanat intra 28 horas non relicto figno, oleum lini; corticis ovorum ana æqu, cineris vitis, pulverum ufti filicis, fiat ungventum. Item albuminis ovi & olei ana, æqu. commifce bene, & unge. Item fume lardum vetus porci mafculi, & involve linteo madido, atq, fub cinere calido coque tum exprime; adde albumen ovi, & optimé permifce, fiat ungventum, non fe dilatabit vulnus, deinde appone folia cerafforum, aut pannum rubrum laneum, intra dies 9 fanabitur. *Ambufto ab igne vel aqua*, farinam tritici & vinum rubrum mifce, unge, permitte fine ligatura *Ferro* apponatur per noctem crematum in linteolo poftea cera frixa cum oleo lini apponatur frigida, quod emplaftrum repetatur donec fanitas fequatur. Valet & ambuftionem aqua ferventi, fed non præmittatur crematum, Item Oleum lini frixum cum cera. Adeps fuillus. Alteæ folia cum modico olei; Altumen cum aqua.

Beta cocta. Cærii veteris cremati cinis illitus. Fimus columborum cum melle, femine leni, & oleo. Fimus ouillus cerato exceptus. Glutem cum aqua calida puftulas ex ambuftis non finit erumpere Lilii folia fervefacta impofita, & radix affata, & oleo rofaceo trita Malux folia decocta. Narcissi radix cum melle Plantaginis folia cum fale. Salicum oleo

fam

Sambuci folia tenera cum polenta. Thus cum suillo vel arietino adipe. Calx lota Cucurbitæ aridæ cinis, Oleum e vitellis ovorum Botrum recentem maturũ ita alliga ut vinum stillet. Aloë cum melle *Stigmāta* tollit livores & vibices. *Ambusta* curas salsa aqua in linteo apposita, Item ex smegmate, melle, butyro, factum emplastrum. Item in raparum elixatura calx viva extincta Item avenam bené coctam, tere in mortario. exprime per telam, cum applica, sed priús locus aceto abluatur.

## *Angina Squinantia*

Anginæ quidám coctam rubetam applicant. Solet bona sucedere, si cochlearia sex aceti cum albumine ovi, & croco quantum bis apex cultri capit sumantur, intra horam enim solet cessare morbus Præservat ab angina frequens oris prolutio ex aqua lactucæ distillata cui ex malo cotoneo nucleus est impositus, depellit morbum succus mali cotonei dimidio cochleari sumptus. Prodest ægro venam iecoralem in dextro brachio aperire. Vel stercore luporum aut caninó cum melle inunge. Vel applicetur in modum emplastri nidus hirundinis. Vel rasuræ dentis apri dr una cum oleo amygdalarum dulcium & saccaro. Vel noctuam cum pennis exure, & cineris modicum in guttur immitte. Anginæ statim succurrit fel anserinum, item pervinia. Vel libram aquæ scabiosæ affunde ad unciam aquæ vitæ, & lintea istis imbuta, sæpe mutando applica.

*Squinantiæ* stercus canis sola ossa comedentis intus insuffletur, & extra applicetur, vel radicem verbenæ tritam calidam emplastra, nunquam, ait Petr. Hisp. passurum hunc morbum eum qui florem oculi bovini comederit. Anginæ efficax, libram sedi exprime, & in succo. pone unc. ss salis ammoniaci pone in loco humido, deinde per alembicum distilla, calido linguam ablue. Item pone supra linguã corium lardi, sic nigra cuticula resolvitur, & fiet

cura-

curatio facilior. *Angina* ex crassis & uricidis capitis distillationibus curatur his pilulis. Trochiscos alandahal, aloës ana scrup. unum ss. diagridii scrup. ss. cum syrupo liquiritiæ fiant pilulæ post has cyathum iuris cicerum bibat æger, ut facilior fit evacuatio. Eædem valent ad tumorem lingvæ. *Squinantiæ* Papaver rubrum sylvestre in umbra siccetur, & aliquoties per fistulam inflerur in guttur. *In Squinantiæ* aperitur vena cephalica, lenitur venter cassiæ fistula elapso die aperiuntur venæ sub lingua, a vino abstinendum, cibi quales in febri, gargarisatur aqua rosarum & violarum in quibus solutum Rob nucum. quinto die gargarismus fit decocto ficuum, croci. & camomillæ. Exulceratis in fine curatur melle rosato & aqua rosacea cum modico sale sæpe gargarisando. Contra squinantiam cum toto sume nidum hirundinum, ac oleo camomillæ & dulcium amygdalarum subactum applica. *Pro angina.* Noctuam pone in olla vitreata, & claude ne perspiret, exsica in furno, reduc in pulverem, dimidium cochlear sume in iusculo per triduum. Idem facient pulli hirundinum eodem modo adhibiti. Item decocto plantaginis in cervisia guttur proluatur. Vel salem cum aceto in ore verset. *Cervicis rigori*, poplitem utrumq; anseris ungat adipe calenti cocto in aceto, aut fimo capræ, aut bulbo, aut medulla cervi. *Angina efficax*, in vase clauso coquatur lac cum salvia & mentha, sorbeaturq; *Gutturis inflammationi*, fiat gargarismus ex decocto buglossæ regalis, quod etiam membris inflammatis applicatur cum sua herba. *Anginæ efficaces pilulæ*; trocifcornm Alandabal, aloës, ana. scrupulum: diagridii scrup. ss cum syrupo de liquiritia, fiant pilulæ, & post eas statim sumatur iuris cicerum cyathus, intra diem sanat. *Squinantiæ* Canem rufum claude per duos dies, ut nihil comedat, collige stercora & abyce. tum sola illi appone ossa pullorum in umbra siccatornm, atq; stercora

collige

colligė, & in umbra ſicca contere & in corpora cum
ſaccaro, & inſuffla per fiſtulam in guttur ægri, & ſta-
tim apoſtema rumpetur. Item ſuccinum album
pone ſuper carbones fumum ore excipe, rumpetur
ulcus. Item Medullam panis imbue ſucco apii & ap-
plica calidum, interim gargariſet aqua cocta cum
aceto, aut cum lacte vaccino, aut capræ.

*Glomos in gutture diſticit*, pulverem ſtercoris ca-
nini aliquoties inſperge.

*Angina* vocatur & cynanche, præſenti remedio eſt
pulvis dentis aprugni, quo cum oleo leni locus un-
gatur. *Squinantia*, Pulverem ambræ albæ in guttur
aliquoties in ſuffla per fiſtulam. Item nidum hirun-
dinum in quo habent pullos tere cum oleo roſato, &
applica gutturi. Item pulverem radicum petroſeli-
ni per fiſtulam in guttur inſuffla, ſtatim curat. Item
cimices ſicci triti inſufflentur in guttur per fiſtulam
eſt efficax. Item acetum diſtillatum cum modico
tartari albi, bibat. Item pulverem radicum petro-
ſelini inſuffla per fiſtulam in guttur ſtatim ſolvet.
*Squinantiæ* ſuccum bedeſæ clarificatum cochl, ſex bibe

*Angina* abſynthio melle & nitro inungitur vel a-
cetum mulſum gargarſatur vel ceparum ſuccus. Item
fel taurinum cum melle ungitur. Item fel teſtudinis
Item, fimus caninus cum aqua coctus gargariſatur,
& apponitur. Item fimus humanus gutturi ſuper-
ponatur. Item hirundinum cinis, & ipſæ exſiccatæ
drachmæ pondere ſumuntur. Item hyſopus cum de-
cocto ficuum gargariſatur. Item piper cum melle in
ungitur. Item raphani ſemen cum aceto mulſo co-
ctum adhibetur in gargariſmo. Item ſal ex melle,
aceto, & oleo illinitur. Item efficax, fimus ſucci-
tri per infundibulum immiſſus. *Cervicis dolores &
tumores*. Artemiſia impoſita. Item veronica tollit

*Squinantia*. Vincam pervincam concide, & in ol-
la nova clauſa coque in aqua ad dimidias, & quám
calidiſſima colluatur; rumpet ulcus. Si deſint ulcera,

sed uvula decidit aut accensa, Hysopum, Selviam, Zingiber, concisa coque, & bibe. Zingiber etiam cum sale inspersum uvulæ, eam erigit. Pro Squinantia; Nidus hirundinum cum toto coquatur in lacte & calidus applicatur. Anys vide Sedes.

## *Apoplexia. Paralysis.*

Contra Apoplexiam sumat sternutatoria, Ebrietas Somnus, otium vitentur, non intermittat purgationem, itemq; phlebotomiam, nam sangvis melancholicus causat apoplexiam. Iuvat aqua vel oleo rosmarini cervices & nucam ungere Lemm. herb. Bil. Vel Saluiæ decoctum, aut eiusdem sumat extractum. Vel aquæ vitæ mensura una granorum iuniperi manip. duo terantur, misceantur per triduum, colentur per pannum. imponatur deinde salvia; pulegium, nasturcium & dr. una croci. (Apoplexia est cum motus & sensus cessat in toto corpore: paralysis idem facit in parte corporis) Præservat ab apoplexia santalum limatum cum saccaro bis indie sumptum. A paralysi tria grana synapi quotidie accepta.

*Contra apoplexiam* Vinum, theriaca, castoreum, & rutha contusa ac pora. Item bibat per novem dies succum herbæ paralyticæ quantitate poculi, dimidii, vel loco eius coriandoli succum. Vel pulverē pæoniæ bibat manè per dies 4. iuvat appendere collo cortices quernos, grana pæoniæ, ossa capitis humani, de nido hirundinum.

Menent, sepulturám apoplectici ad triduum differendam, quia tales aliquando non veré moriuntur.

*Contra apoplexiam* Aqua ex tota pæonia distillata. Item aqua liliorum convallium, vel aqua nardi spici vel lavendulæ, bibatur, sed supra hæc est acetum scilliticum. *Balsamum apoplecticum*, olei nucis moscatæ expreessi dr. tres, Moschi, ambræ gryseæ, balsami Peruani, Zibethi ana scrup. duos, olei nucis moscatæ distillata scrup. duos olei rosmarini gutt. XII. olei

olei lavendulæ gutt. 10 succini albi xv, gariophillorum scrupulum, Maioranæ gutt, 15 cinnamomi gut. 18 misce.

## *Appetitus. Nausea in terra mari Vomitus.*

Appetitum ciborum excitat absynthium plantis pedum applicatum. Nauseam aufert olfactio panis. Appetet vinum abstemia mulier si florem calami aromatici cum vino biberit. Nauseam in mari tollit, absynthium & pulegium tere in oleo & aceto nares istis & os interné sæpius frica, vel semen apii bibe, aut absynthium. Vel ventri applica, aut comede verbenam. Nauseam tollit gummi cerasorum in vino vetere sumptum. Vel spongiam in aceto forti eoque ac ventriculo applica. *Nauseam in mari aufert* salis prunellæ, vel salis fixi, salis fusi, ac salis gemmæ ana unc ss. galangæ, macis, cubebarum ana dr. una, fiat pulvis. dosis a gr. 4 ad 8 ieiuno stomacho, quem etiam confortat, digestionem iuvat, a putredine præservat. Item panis tostus pulvere garyophillorum & aceto conspersus, naribus admoveatur. *Appetitum excitat* absynthii decoctum. Cepæ, Acetum, Gummi cerasorum. Cappares, Garyophillorum pulvis haustus, Cerusa austrea condita, Cinnamomi aqua. *Nauseam* coercet garyophillarum pulvis. Cinnamomi aqua. Malvæ semen. Anisi aridi comæ seminisq; decoctum. Faba mansæ, Faseoli Garyophilli, Millefolii herbæ decoctum. *Appetitum excitat*, origanum, saccarum candidum, ana æqu. fiat pulvis dosis unc quinq; mané & serò, per dies à liquor. Item calaméntæ, sileris montani ana unciam. florum betonicæ, granorum iuniperi, aneth. ana unc i. pulverisentur & quotidie máne sumantur.

*Asth-*

Asthmaticus alternis diebus sumat therebinthinæ unc. ss. Vel propinetur ex succo ocymi unc. ss. cum croci scrupulo, quanquam id videtur non carere periculo licet Mizald. proponit. Asthmati, & cuicunq; difficili respirio, cepas aliquot sub cineribus calidis ossa dum emolliantur, tunc scinde & butyrum aut oleum cum sale modico impone, ut cepa penetretur, hæc deinde comedatur. Vel ficus siccas, synapi seminis, ana æqu. coque in aqua & cubitum eundo sume dimidium calculum. Vel pulmonem vulpis pulverisatum bibe cum vino. Vel pulvis ossis sepiæ cum aqua propinetur. Contra Anhelitum difficilem ficus siccæ cum synapi semine in lecti ingressu comedantur. Vel assa fœtida cum ovo sorbili vespere sumatur. Aqua panis porcini omne asthma non putrescens corrigit. *Anhelitus* Ocymi succus unc ss. croci scrup. unus misce fiat pilula. Prodest etiam *asthmati* bubo avis in olla clausa vitreata exustus, sumitur per triduum cohliear in aqua hordei. Item hysopus, semen urticæ, regolitia radices ireos, prasium, capilli veneris, furfura, ana manipulum, coque in lib. novem aquæ ad consumptionem tertiæ partis; tres unciæ dosis, *Spirandi difficultati* ruta potæ. Item hysopi decoctum cum ficubus, melle, rutæ potetur. Vel oleum amygdalinum vel plantaginis decoctio. Vel pulmo vulpinus siccatus bibatur. Vel sulfur sufficitur, vel atramentum sutorium ex hysopi decocto, *Asthmati* silices candefactos extingue in potu, quem æger bibat percolatum. Item, habetur pro remedio præsenti, semen urticæ melle despumato conditum. Sed si colligatur Marte posito in Ariete, Scorpio, vel Capricorno, bilem commouere ait Etzler. Item cocti in lacte flores sambuci bibantur calidi. Vide Tussis.

*Pectoris gravedini & ſuffocationi* prodeſt friccare linteo ad ignem pectus. *Aſthmati* ficus ſiccas, ſemen ſynapi, ana æqu, coque bene in aqua, ex decocto ſume in lecti ingreſſu caliculum. Item pulverem pulmonis vulpium ſume in potu, iuvat enim multum Item mellis albi lib. duas coque bene deſpumando, tum adde hyſopi manipulum, ficus ſiccas minutiſſime conciſas octo, bulliant ſimul, poſtea coentur & exprimantur, expreſſum ſervetur, de quo mane & veſpere ſumantur tria cochlearia Item nentha in vino cocta cum melle modico. Item marubium bulliat in aqua cum butyro modico, ipſum alidum edatur, aqua bibatur, Item Acorum, ſiue erba tartarica concidatur, adiecto fæniculi mane ſumatur cum vino Hiſpa nico. *Vide ſub titulo Tuſis ſthma*, Item manna calabrin. unc. duæ, caſſiæ iodò de canna extractæ unc: ſs. piperis unc. tres lei recentis amygdalarum dulcium uncia pulmonis ulpini præpar. dr. duæ, florum ſulfuris una, fiat electuarium. *Aſthmati, tuſſi, Pectoris malis*, coque oum ut ſit durum, extrahe vitellum, imple ſaccaro ito, imponé in vitrum in Ioco humido per 24 horis, ſaccarum diffiue, quod ſume. Item manna calabrinæ unc. duas. caſſiæ recentis unc. ſs. Appenits r. tres Olei recentis amygdalarum dulcium uncia pulmonis vulpium præpar. dr. duas lactis ſulfuris drſiam. fiat electuarium quotidie mane ſumatur per menſem. Item ſucci parictariæ poculum, libram mel l; miſce, coque deſpumando, mane ſume poculũ, itra dies quatuor ſanaberis. Item ſaccari fruſtum imbue aquâ cardui ſtellaris, vel ſcabioſæ, vel plantanis, ter, in ſole ſemper ſiccando pone in lagena, mitte puteo ne aquam contingat, convertetur in um, doſis drachma cum iuſcolo vel vino, etiam Sen *reparat*.

Aſthmatico datur drachma ſeminis ebuli cum ino cataputiæ, eſt efficax. Vide Facies.

Anhelitu. Vide Asthma. Alæ vide Manus. Arthritis, vide Podagra, Aposthema vide ulcus.

## *Auris Surditas.*

Aurem si intret *gryllus*, lac admove, prodibit ad lac. si *vermis* ingressus, infunde crematum, si *pulex*, capillorum modicum impone, hos eripiet, & cum his extrahi poterit.

Aures si *tinniant* Olei nucum libra una bulliat, eiusq; vapor per infundibulum in aurem mittatur Aurem si ingressus *vermis*, succum raphani maioris infunde, & panno claude aurem. Vel urinam propriam auri infunde. aut leporis fel cum vino, aut oleum oliv. sive lini. Vbicunq; vermis comparuerit auripigmento conspersus intra qvatuor horas petit.

*Surdities* a nativitate si ad triennium processer manet incurabilis, alias balsamum auri instilletur vel urina pueri lactentis.

Auri *dolenti* sebum ovillum cum resina alba & lacte caprino. coctum, & percolatum inungatur.

Aures cùm dolent, adipem gallinarum igne solutum instilla vel succum chamelæonis ex vino immitte, vel urinam pueri infunde.

*Tinnitum & surditatem* recentem sedat oleum amygdalârum amararum gossipio exceptum & in aure diutius detentum. Contra *Surditiem* succus rutæ miscetur cum recenti felle hirci & urina pueri masculi, ana & per aliquot dies hanc mixturam calidam instilla auribus. Aures *Purulentas* prodest ferri scobe inspergere vel cepam imple anguillæ pinguedine coque sub cineribus; exprime succum, instilla auribus. *Quibus incisæ sunt prope* aures venæ modii & sterilis, sunt spermatis. *Aurem aliquando perforant* id ut fiat absq; dolore, fricanda est sale diu. *Auris si fluat sanie* succo foliorum salicis linatur. *Si tinniat*, adeps ranarum instilletur. *Si surdescat* adipem anis succo absynthii impone. *Auditum*

*Auditum recipit* etiam diu ſurdus. ℞ Caſtoreum, nucem, moſcatam, garyophillos, cinnamomum, ana unc. quinq; aloës hepaticæ unc. tres, olei laurini unc tres. miſce & diſtilla per retortam, in qua in apice alembici pone quinq; aut ſex grana muſci bene triti ligati in linteo oleum prodibit quod ſerva clauſum. bene purgetur æger prius pilulis capitalibus, & fomentetur pulvere ſalviæ, roſmarini, abſynthii, artemiſiæ, pulegii, menthæ, maioranæ, ſubacto aquâ vitæ, & fiant pilulæ, & cúm vadet cubitum, pone carbones in olla, ac unam inijce pilulam, ac per infundibulum vitreum dirige fumum ad partem affectam faciei, idem faciendum mane poſt hunc fumū, goſſipii parúum intingatur in ſupra dicto oleo modice calefacto, & intra aurem exprimatur, claudaturq; auris goſſipio Valet hoc ipſum oleum ad *dolores frigidos & pleuram*, Vel excavatam cepam oleo imple, & ſub cineribus coque, ſuccum calidum auri inſtilla. *Sibilum* aurium panis calidi imbibitur ſpiritu vini applicantur auribus, donec malvm cadat. Contra *Surditatem*, renem integrum vervecis coque ſub cineribus donec bulliet crepitet, ſcinde per medium, & auri calidum applica eundo cubitum, ſic ter aut quater facias. Pro *tinnitu* ſuccum rutæ & chelidoniæ ana æqu. miſce, pone in aure, eſt efficax. *Contra Surditatem* ſuccum rutæ agreſtis inſtilla in aures, per triduum. Vel ſuccum e formicis expreſſum Item fumus ſulfuris in aurem mittatur, poſtea veró goſſypium cum felle corvi, vel nigri galli, urſi. *Contra ſurditatem* antiquam, cepam excavatam imple tartari felle, & coque ſub cineribus exprime ſuccum, & auri inſtila, Item ſuccum raphani, ſuccū rutæ, mel, ana, æqu. Incorpora ad ignem, auri impone & eandem extrá unge. *Aurium tinnitum* ſtatim tollit exceptus aure fumus hyſopi carbonibu impoſiti. *Aurium dolor* levatur abſynthii decocti vapore. Item, adipe anſerino & gallnaceo, aut vulpino

pino

pino infuſo, aut ſucco betæ, aut canabis ſativæ re-
centis ſucco Item cucurbitæ ſuccus per ſe, vel cum
roſaceo oleo infundatur. Item lauri baccarum, cum
vino veteri; & oleo roſaceo. Item mali punici aci-
di acinorum ſuccus cum melle coctus & inſtillatus
Item mel cum ſale foſſili trito coctum immiſſum te-
pidum. Item mentha cum aqua mulſa. Item ole-
um laurinum, vel plantaginis foliorum ſuccus, vel
populi albæ foliorum ſuccus, tepens inſtillatus. Item
porri capitati ſuccus cum aceto, lacte, vel roſaceo.
Item roſarum aridarum in vino decoctarum expreſ-
ſus liquor. Item ruthæ ſuccus in punici calice cale-
factus. Item ſalicis foliorum, & corticum ſuccus,
cum roſaceo in punici calice calefactus. Item thus
cum dulci vino, aut thuris cortex, aut urina capri-
na; aut taurina cum myrtha, vel ſuccus amaraci.
Item aquæ ſalſæ calentis vapor, vel malvæ ſuccus in-
ſtillatus, vel oleum e vitellis ovorum diu frixis. Item
crocus, *colliget aures*. Myrrha cum caſtoreo, *tollit
inflammationes*. Alumen cum ſanguinariis herbæ ſuc-
co prodeſt *fluxionibus*. Nitrum cum aceto *ſordes
tollit*. Abſynthium cum melle illitum aufert *purulen-
tiam* vel cepæ ſuccus. Aut fel taurinum cum muli-
ebri lacte vel caprino. Item urina vetus, indita.

*Ulcera aurium* ſanat fel ſuillum, vel alumen cum
melle, vel oleum e vitellis ovorum. vel porrum tranſ-
plantatum cum lumbricis in oleo decoctum ad ter-
tias, & quotidie inſtillatum auri. vel aniſum cum
roſaceo tritum. vel myrrha cum cochleæ carnibus
*Aures concuſas* ſanat ſulfur cum melle & vino. *Au-
rium vermes*, acetum diſtillatum. Item perſici folio-
rum ſuccus, Item urina vetus. *Surditatem* Cepa ex-
iuuatur, & cumini pulvere repletur ac ſub cinere
cocta exprimitur, ac inſtillatur auri.

*Aurium dolori ſi ex cauſa frigida*, ceparum ſucci
& allii miſce æqu. & auri inſtilla. Item ſupra panem
hordeaceum modo ex furno extractum, & apertum
pone

one aurem. Item succum ceparum albarum & o-
eum rutæ instilla. Item succum rutæ cum adipe gal
inæ, calidum immitte in lecti ingressu. Item ex
ausa frigida, succum ce pæ cum lacte mulieris. Item
dipem ranarum. Item betonicæ succū tepidū. Item
rina pueri calida iniecta. *humores siccat*. Item gryl-
os coque in oleo & illine. Item excava cepam eâ par-
e quâ mittit radices, imple oleo avellanarum, coque
ub cinere calido donec oleum consumatur, expri-
ne, & expressum impone auri calidum aliquoties
st efficax. *Si malum provenit ex calore* succum cu-
urbitæ cum melle rosato. est efficax. *Surditati* suc-
um rosmarini, oleum rosarum & saponem flavum
ollem, misce & coque aliquantum, ac tepidum au-
immitte. Item lumbricos contusos coque aliquan-
um cum oleo & impone auri calidissimum. Item
leum sambuci misce cum succo lactucæ purificato
alidum appone mane & seró, *Vermes in aure*, cala-
inthan cum suo succo, distillato. *Tumor aurium*
antaginem tusum cum adipe appone, *surditas ex*
*orbo*, pulverem rosmarini in umbra siccati, fel le-
pris, misce cum multo oleo laurino ut sit liquidum
spere duas aut tres guttas in aurem mitte in gos-
pio, & repete, Item Olei castorei unc. 4 ol. a-
ygd. amararum fellis bubuli ana unc. duas, aceti
uas, coquantur ad consumptionem aceti, subsidant
r 24 horas, effunde per inclinationem, intra pau-
os dies ungendo sanabit. *Vermes in aure* Panem
odo extractum ex furno scinde; & applica. *Surdi-
s* ( non agimus hic de ea cum qua quis natus ) co-
atur vesica leporis, instilletur auri guttula. Item
phanum decorticatam linte involutam coque sub
nere, contere, succum misce cum oleo, calefac, in
ssypio pone intra aurem.

*Surditati* adipis agnelli libram, olei violati; olei
thæ, olei amygd. dulcium ana unc. unam ſs mel-
rosati unc. tres, medullæ panis recentis unc. 4;

 succi

ſucci ruthæ unc. quinq; butyri recentis lib. ſs. ſin-
corporentur in mortario ponatur totum in alembi-
co. prodibit liquor, quem calidum auri inſtilla ter
de die, continuando, eſt efficax. *Humores malos*
*ex aure* educit urina pueri maſculi calefacta auri in-
ſtillata, Aures *ſanio fluentes* ſanat poculum vini albi
calefiat cum mellis albi cochleari, laventur aures
*Frigiditati* aurium ſuccus mentæ inſtillatur *Vento-*
*ſitas* in aure abſynthio cum felle bovis mixto & in-
ſtillato pellitur, *Sonitus* ſuccum ſempervivæ coctum
infunde, *Surditati* ſuccum ſalviæ miſce cum felle
anſeris. vel bovis vel angvillæ pingvedine, calidum
auri impone, ut ſuccum det ſalvia, per quatri-
duum madeat in aqua, tum quaſſetur, exprimatur.
Item fel tauri, ſuccum abſynthii, oleum amygdala-
rum amararum miſce, & calidum impone. *Auri-*
*um ſonitum ſiſtit* ſuccus raphani in aurem inſtilletur

*Surditas inveterata* curatur. Sume panem triti-
ceum calidiſſimum eſt efficax farno extractus, & per
medium diſcinde, ac butyro unge recenti & aur
quám calidiſſimum applica, & detine donec refrige
ſcat, quo amotoꝫ factum penicillum ex linteo con
cerpto imbue ungvento Apoſtolorum, idq; per die
viginti continua, ungendo ſic aurem internè, & pa
nem applicando.

*Aurium tinnitus ſolvitur* aceti ferventis ſvapore
vel ceræ ſucco, aut felle taurino cum porri ſucc
aut fici recentis tuſæ, & liquore aliquo ſuceo exc
pto & inſtillato, aut hyſopi vapore aut oleo amyg
dalarum. Item porri capitati ſucco cum aceto, l
ſte, vel roſaceo. Item ſynapi tritum cum ficu in
poſitum: aut ſuccus amaraci immiſſus. Item ſup
danem ex fornace extractum inſperſo. *Aurium mo*
*bis* prodeſt mulſum decoctum blatarum in oleo, in
miſſum auribus in goſſypio. Si *auri illapſa aqu*
iuncum fluviatilem, eſt triangularis, auri inſer
quám profundiſſimé, alteram; extremitatem invol
goſſypio &

& accende quantò magis ardebit, tantò aqua ex au-
re fluet. *Aurium dolori* liquorem qui fluet, ex fra-
xino dum uritur, vel urinam puellæ instilla, vel suc-
cum foliorum populi: vel chelidoniam cum aceto
& nitro, vel liquorem mentastri. vel oleum cum
ritis in eo violis, aut vermes rubeos ex antiquo li-
gno, tritos cum oleo tepido instilla, *Surditati* Lum-
bricos coques cum adipe anseris & distilabis, aut
fel bovis. *Animal ex aure* euocabis felle muris cum
aceto. *Aquam* adipo anseris cum succo ceparum
*Dolores antiquos*, Allia septem, lupinos septem, co-
que in fictili cum aceto & foliis lauri; ac immitte.
*Surditati* Salis ammoniaci, piperis, ana dr. duas,
Euphorbii unam, in una dosi cum ovo sorbil, est ef-
ficax, etiam *Vertigini* succurrit. *Aurium tinnitus*
Maiorana, absynthium, thus album, comomilla, ana
manipulus vini albi q si bullien ad consumptionem
tertiæ partis & vapor excipiatur aure, deinde oleum
amygdalarum amararum cum oleo rutæ misce æ-
qualiter, & in aurem aliquoties immitte. *Si obsurdu-
ex frigore* oleum amygd. amararum in gossypio im-
ponat. *Surditas & sibilus.* Panem porcinum exequa
per medium & alterius panis porcini succum in-
pe; cum pari parte olei amygd. amararum, pin-
guedine angvillæ, ossa cum gossypio pone calidum
in aure adiecto lacte muliebri. Item succus cauli-
um cum vino tepido auri infundatur. Item ovorum
formicarum succum instilla. *Dolori* aurium confert
oleum vitellorum, vel *Surditati* cepam linteis in-
volutum coque sub cinere succum extrahe, misce
cum oleo laurino, instilla auri. Item, corpus pri-
mò purgetur. tum fiat suffimentum pro quo sume,
cinnabaris triti unciam, thuris, myrrhæ, ana scru-
pulum, misce, & in partes quinque divide, unam pro
una vice supra carbones pone, si ore fumus excipi-
tur, deficcat omnes malos humores á capite in
auditum descendentes, & ut citiùs effunditur rede-

ſit, pone agni pinguedinem in aure. *Auditus ſi læſus* Ellebori albi, croci, nitri, caſtorei, ana dracmm aceti & mellis ana unciam, coqnautur ſimul & in goſſypio in aurem mittantur. *Sibilum aurium* curat ſuccus foliorum ebuli auribus inſtillatus, *Surditati* ſcinde panem porcinum in ſubtiles tabulas, coque, percola, inſtilla auri. Iuvat fumum ſulfuris aure excipere. *Vermem ex aure educes*, mel ſub cinere aſſa, contere & auri impone. *Apoſtama in aure* rumpit pro nocte in Geteolo granum muſci impoſitum.

*Contra alia mala* ſuccus maioranæ immittatur in goſſypio. *Surditatem*, pingvedinem angvillæ coque in aqua, & in goſſypio auri impone.

*Alia vitia aurium* ſedant lumbrici cum anſerino adipe decocti & infuſi. Item. gliris caro detractâ pelle coquatur inteſtiniſq; recentis, melle in fictili novo adiecto & nardo, illinatur. *Surditati* pingvedinem anguillæ, aquam vitæ, fel tauri, ana æqu. miſce & auri, inſtilla.

*Auditum reſtitues*. Radices ænulæ campanæ in vaſe anguſti orificii in aquæ fontanæ libris 4 coquantur per ſex horas, acrade medullam & tomento albæ telæ involve, auri affectæ, vel utriq; impone horâ vg. ſeptimâ maturinâ, ſecundum ſimile tomentum impone horâ 4 pomeridianâ, & ita ſex radices intra triduum impones rurſus coque ſex alias pro aliis tribus diebus: & rurſus alias ſex pro tertia dierum triade. Deinde lacam euulſam ovi nigræ vivæ poſt auriculam dextram oleo amygdalarum dulcium tinge ac impone auri ſi poſt iſta pus fluet, ſalva res eſt, ſed per dies novem non prodi foras, & caput leniter religa.

*Aures ſi doleant ex cauſa calida* emplaſtrentur lactucâ, vel lumbrici triti cum oleo roſarum applicentur, vel cepæ ſuccus cum lacte mulieris inijciatur, vel adipe vulpis ungantur, vel ſuccus cucurbitæ auri inſtillatur, vel ſuccus cancrorum fluviatilium immit-

tatur

tatur. Vel cepam excavatam oleo, ſucco porri abſynthii, & lacte muliebri imple, aſſa exprime, ſucci guttam inſtilla, & claude bombace. Vel vapor aceti calidi in aurem mittatur. Vel urina calida pueri infundatur auri hæc ſiccet humores.

Aurium *vermes* pereunt ſucco corticis vel foliorum perſici inſtillato vel pomum maturum eâ parte quâ ſuo pedi adhæret aperta, aliquantum, & calefactâ admove auri per noctem, exibunt vermes, vel ſuccum abſynthii, aut crematum infunde, mactabuntur.

Auri *ſi aliquid illapſum*, inſpiret aliquis in eam fortiter, & rurſum retrahat ſpiritum vel clauſis naribus & ore provocetur ſternutatio vel bacillus imponatur unitus terebinthinâ aut viſco, ut ſecum extrahat.

Barba vide Capilli. Bilis in gutture, vide Guttur Icterus. Stomachus.

## Calculus, Renes, Veſica, Vrina.

Contra calculum prodeſt renes ſemper calidos pannis aut pellibus admotis habere. Succum e rapha no expreſſum bibere: vel raphani raſuram vino injicere, intra dies aliquot fiet acetum contra hunc morbum utile.

Meti fructus & folia ante ſolem collecta & in umbra ſiccata, ſi ex vino, vel aqua appropriata ſumantur mane, deturbant calculos. Item fungi ex lapide nati, & in pulverem redacti, priús in umbra ſiccati, vel dibano, mane ex vino ſumpti, pellunt calculos. Aliqui baccas ovium ex calida ſumunt cerviſia, Alii pulverem melpilorum. Alii pro certa habent coctum in iure carnium petroſelinum & addito cremo e tartari, vel ſucc citrini, potatum vel in Maro accipe ſanguinem hirci non caſtrati, & deſicca eum per triduum ex aqua calida propina in balneo. hoc pro ſummo remedio habetur contra omnem calculum.

Septem aut plures hederæ baccas, ex qua bibat, vel lapidem in nido ciconiæ repertum simili modo sume, vel partes æquas sume columbini stercoris & raphani, vinoq; macera generoso, tunc percola. & hunc succum bibe calidum. Vel grana iuniperi trita cum melle, percola & in labro propina. Vel stercoris gallinæ dr. ss. mané in cervisia per quatriduum sumas. Vel succus betarum in Maio collectus distilletur, ex eoq; cochlear propinetur. Vel dimidium cerebri avis picæ siccatum & tritum exhibeatur in vino. Vel in Maio stercora ovium colligantur, & pro usu per noctem in vino infundantur, deniq; colata bibantur. Vel cinerem sume cicadarum ustarum.

Pro calculo faciunt balneum, ex urticis, avena, in spicis, petroselino, malva maiore in aqua coctis. Vel stramen avenæ cum suis granis coquant in aqua, addito lupulo, inde faciunt balneum. Vel dr. unam pulveris e virga aurea in vino sumunt. Vel fæcusi minutim contusi dr. unam in calido vino sumunt, & statim liberantur. Vel sambucs baccas maturrimas per novem dies in vino ponunt generoso, cúm veró calculus arena urget, hoc vinum bibunt. Vel sumunt spiritum tartari, hic enim pellit ar enam, vel sumunt duos aut tres pugillos radicis Restæ bovis, concidunt tenuitur, ac in mensuris duabus vini ponunt, ex eoq; vino sumunt quotidie. & sine dolore a calculo liberantur. Item baccas cynosbati cum lacte capriuo coctas cálidas applica,

Tanquam probatum contra calculum asseritur, telam araneæ in calida cervisia ebibere.

*Renes si doleant*, picem & sulfur applica. Acetum optimum in vitro clausum per dies septem detentum in stercore columbarum, si lapidi infundatur intra triduum illum rumpit. Vel excava raphanum, infunde salem, & occlude, dabit succum quem ter bibe quantitate iuglandis Vel sume seminis ligustri, succini candidi pariter fiat pulvis sumendus.

*Calculo*

*Calculo* prodeſt medicina quæ vocatur manus divina, excidunt enim calculi neq́, amplius renaſcuntur. Vel tempore quo, vinum floreſcit in olla nova coque aquam, hâc ollâ cum aqua ſanguinem hirci excipe; non eum qui primus, nec qui ultimus, ſed qui medius fluxit, hircus ſit ferè quadriennis, conſpiſſetur ſanguis & abſq; ferro concidatur, deinde in cribro ponatur ad ſolem & rorem, cavendo pluviam donec ſiccetur. tum in pixide reponatur, datur cochleas cum paſſo Cretico, ( Aëtius ) hoc eſt cum málvatico.

Item columbarum ſtercus per dies in vino ſeptem maceratum, & eo cochlearia aliquot ægro data. Vel artemiſiæ ſucci dimidius cyathus quotidie exhauriatur lapidem enim in arenas ſolvit & expellit, Vel cerasorum, aut pyrorum gummi ſumatur. Vel ſanguis vulpis bibatur, ex eodem virga illinatur. Vel ſanguis, hepar, pulmo, renes, priapus, inteſtina hirci ſimul terantur; & fiant farcimina cum eiuſdem craſſo inteſtino, coquantur, edantur, ait Pteer Hiſp. etſi vel in manu tenueris lapidem frangetur. Vel e capite limacum extractus lapis bibatur. Vel vinum in quo raphanus iacuit ſumatur a ieſuno. Vel immiſſâ argaâ, ait idem Petr. per virgam viri remove lapidem e loco, & per annos 40 non oberit. Prodeſt *calculoſis* vinum cui cortices raphani in puluerem redactos indidiſti.

*Calculos in veſica* frangit pulvis florum nucum ſiccatur in umbra, quantum bii apex cultri poteſt capere, bibatur ex vino albo. Item ſuccum raphani & ytriorum ana unc, duas aquæ vitæ unc. ſs. miſce, & ibat ita per dies decem, Vel ſex uvas alkegengi, id t, veſicariæ, tere in ſex unciis vini, percola bibe tepidè, Vel ſulfuris vivi unc. duas claude intra duas ſcutellas, & lento igni admove, quod ſuperiori adhærebit us pars octava datur ægro in vino per duos dies. em, ſummo eſt remedio, cochlear urinæ adhoc de

hirco vivente extractum, & omentum ac intestina ventri; pectinis ac peritoneo, applicata. Efficax est etiam pulvis vitri, & hoc modo fit frustum vitri undiq; illinitur therebinthinâ, & accenditur, ubi excanduit in aqua extingvitur, hoc factò septies, abit in pulaerem subtilissimum, datur drachma in vino albo. Renes purgat imperatoria mane & serò sumpta. *Calculum impedit* si loco aquæ ad coquendam cervisiam betulæ succus adhibeatur.

*Calculum* rumpit, sæpiùs in potu sumptus sanguis vulpis, & introrsum missus. Vel florem siccum nucis tere, sume in vino calido quantum bis apex cultri capit. Prodest vinum cui infusa radix acetosæ, vel lappæ. Item radices siccas nucum, tandem nucleorum pérfici, contere, cribra, in vino albo ablue, calefacias cum cochleari succi citrinorum parte æquali additâ saccari, semel in septimana sume, tutus eris non solúm â calculo & á renis, sed & ab omni vesicæ viscositate. Item decoctum cardui stellati ad tertiæ partis consumptionem bullitum bibat.

*Renum dolores.* Corticum acerrimi raphani unciam, mespillorum dr. duas leniter concissa per horas octo macerentur in vino albo generoso unc. quatuor, coletur, mane & serò, sumatur.

*Calculo* gryli in olla nova exsiccati & triti in aqua saxifragiæ exhibiti, sunt remedio.

*Calculo Vesicæ.* Millii solis, oculorum cancrorum, alkegengi, mentastri, radicis & seminis fœniculi radicis & sem. petroselini; carui vel seminis gentianæ, flipendulæ, ana unciam, utere drachma in vino Item nucleorum persici & cerasorum ana unc. duas filopendulæ; unc, tres saccari unc. duas, pulverisa exhibe. *Si lapis Vesicæ* est, ex eo colliges anagallidem, sive ovum gallinæ in tqua decoque, & pectini ac virgæ impones si est lapis in vesica augentur dolores, si dolor cessat, lapis est in renibus. Contra hunc lapidem est efficex & renasci prohibet, Seminis dauci,

Anisi

nisii citrulli, petroselini, myrrhæ, ana dr. sext ca
siæ ligneæ, baccarum lauri, cinnamomi, nardi celti-
cæ, ana dr, 4 trita & cribrata, conficiuntur cum a-
qua pilulæ, sumitur una quotidie per dies XXX, cum
aqua á ieiuno, sed terantur in mortario ligneo & pi-
stillo ligneo, absit ferrum. Item lapis qui est in
capite limacis quæ est sine odraco, tritus & ex vino
sumptus: Item radix umbilici Veneris, & radix car-
donis cocta & comesta cum saccaro,

*Ad arenosas hypostases & ad dispositiones urinæ quæ
sunt cum exulceratione* trochisci fient seminis anisi,
apii, petroselini, ana dr. 4 squinanthi, croci, traga-
canthi, ana dr. ss. seminis danci, piperis albi, ana
drachm, trita & cribrata conficiantur cum vino ex
uvis passis drachma datur cum eodem vino lympha-
to. Item auellanarum, amygdalarum, seminis citrul-
li, omnium mundatorum. ana dr. unam seminis ca-
ui, croci, seminis malvæ, apii, ana dr. unam ss. tri-
ta & cribrata conficiuntur cum melle despumato, den
tur poudere oboli, id est gr. XII: cum unc- 4 melli-
rati, ieiuno.

*Lapis in vesica puerorum* Olibeni, matricariæ, ana
confice cum melle; sumat quantitate avellanæ manè
& serò. Item efficax, septem nuces virides contere
cum exteriori cortice. Item a manipulo petrorum
non lotorum extrahe succum. coletur, bibat per dies
septem eundo cubitum. & ungatur virga ac pecten
periton cum oleo been calido, vel oleo antiquo. Itē
semen serpilli detur, & in fomento adhibeatur. Item
gummi amygdalarum in vino albo. *Sangvinem coa-
getum in vesica* solvit satureia in syrupo facta ex mel-
le. *Laridem Renum & Vesicæ* Frangunt corymbi hæ-
deræ septem vel novem triti & poti cum albo vino
Item sanguinem leporis, & totam pellem cum pilis
combure in olla cruda, cineris, cum aqua calida co-
chlear da ieiuno. Item semen malvæ cum vino al-
bo propina. Item folia salicis bibat cum vino albo
& gummi cerasorum. Item gummi prunorum cum

 vino

vino albo ſolvit ſanguinem in veſica.
*Calculum etiam* pellit, gummi ceraſorum, millii ſo,
lis, ana partes duas, ſeminis petroſelii ſem. melo-
nis, ſem. malvæ, glycirizæ raſæ, ana dr. duas, ſac-
cari candidi dr. decem fiat pulvis. Item, radicum
fæniculi, reſtæ bovis, betonicæ parietariæ. florum
cheiri, roſmarini, ſalviæ, baccarum lauri iuniperi ana-
dr. ſs. ſeminis genitæ, ſempervivi, violariæ, alteæ, a-
niſi, ana ſcrup. I ſs, glycirizæ raſæ dr. duas, fiat
pulvis, doſis ſcrup. ſs. cum decocto cicerum rube-
orum. Item *Raphanum* in ſale ſepeli ut in aquam
vertatur. aquam exprime, & cum pulvere terebin-
thinæ ſiccatæ ſume. Item paſſerculus troglodirites
uratur cum plumis cum pauco pipere & cinamo-
mo in potu ſumatur. Calculis renum, ſyrupi hyſo-
pi partem unam, aquæ parietariæ partes duas vel tres
ptopina tempore hyemis ieiunô ſtomachò per dies
decem vel 12. Item pellis leporina cum ſanguine
coquatur in lacte ad diſſolutionem, ſiccetur in ſole,
fiat pulvis, cuius unum cochlear ſumatur. Item
paſtinaca ſylveſtris, aut ſemen geniſtæ bulliat in vi-
no ad conſumptionem tertiæ partis, coletur, per tres
noctes ſub dio exponatur; bibatur. Item radices i-
reos cum vitello ôvi, fac emplaſtrum. *Scrotum pur-
gant* á craſſis & putridis humoribus amygdalæ a-
maræ, mundatæ, tuſæ, mane ſumptæ. Item *pro cal-
culo & hepatis inflammatione*, agrimoniæ manip. u-
num ſantalorum citrinorum dr. tres, aquæ lib. 1ſs
bulliant in vaſe vitreato, ut aqua ad tres vel quatu-
or digitos deſcendat, bibat æger, ſi vero biberit per
dies *15* in ſept. liber erit á malo, ſed non ultra dies
XI bibatur. *Contra calculum*, Herba turcica & cha-
lidoniæ collectæ in Iunio & Iulio, reducantur in pul-
veres, de turcica ſumetúr quantum bis apex cultri
capit, de chelidonia minús quam dimidium, ſumitur
poſt cænam in vino calid. Item aliquot guttas dul-
cis ſpiritûs ſalis in aqua vitæ ieiunus ſume.

*Vri-*

*Vrinam* cum calculis edueit vinum cum alkegen-
gis collectis in Octobri, idemq; calculos deturbat.
Vel ſanguinem hirci & capparorum raeices ana æqu
contere, bibat unum cochlear ieiunus. Vel baccas
auri duas decorticatas piperis, petroſelini, ana. dr.
unam ſexeeptas melle ſumat. Vel de vulpis recen-
e ſangvine, aliquot guttas in potu ſumat, intra ho.
am liberant ægrum. Intra diem verò per urinam
xpellit calculum. ℞ Origani, graminis, ana faſci-
ulum coque in libris duabus aquæ ad partis tertiæ
onſumptionem, tum adde chamæmeli unc. unam
niſce & cum vino bibe. Vel fungos qui lapidibus in-
aſcuntur in umbra ſicca, contere ſumatur in urina
etere: a ieiuno, dicitur amplius *non redire Calculus*,
ingi dicuntur lincurii. Pellit caleulum fimus nueis
um mulſo & thure bibitur. Propinantur & cepa-
um radiculæ cum ſtercore paſſerum ùſtæ. Vel ole-
m therebintinæ quotidie eundo cubitum ſumatur
x cremato guttæ duæ vel tres. Vel corymbos he-
eræ tuſæ dr. unam in vino ſumat. Vel oſſium per-
corum dr. unam in vino albo cum radice petroſeli-
i, Vel olei ſuccini albi gutt: tres, in vino albo ca-
lfacto & cum oleo mixto. Vel mandibnlæ lacii
r. unam cum vino. Vel ſaltum leporis, pupillas Lu-
d, oculos cáncri, exhibe in aceto. Vel; oſſium da-
ctylorum, ceterach, ana dr. ſs. ſuccjni albi ſcrup. ſs.
miſce, datur cum aqua vel vino ceraſorum.

Reperitur in tauri veſica menſe Maio lapis hic po-
tus in vino, ſolvetur, mutabitq; colorem vini, hoc
vinum á calculoſo bibatur, ſolvit calculum aut con-
ſumit. Quercet. Vel ieiunus grana iuniperi circi-
ter decem comede. Vel conchas quæ in piſcinis re-
periuntur, laua: pone in igne dum candeſcant, con-
tere in mortario, pulverem quando & quántumvis in
quocunq; potu ſume.

Calculus expellt millépedum præparatoru drachma
ſuavitas unc. ſs. iuris cicerum rubrorum unc. 9. vel
10 ca-

10 capiat hoc calidum æger horis quinq; ante prandium primâ die post sumptum incalescet, angustiabitur cum dolor circa pubem, urina fluet modica & crassa post horas quinq;, secunda die urina copiosior & crassior. Tertia arena multa. Septima arena tota effluet. Horat. Augerius. Præparantur millepedes hoc modo. Inprimis vino albo generoso abluuntur diligenter, mox in ollam novam vitreatam luto munitam ponuntur, in furno exsiccantur, tum illis eiusdem vini affunditur quantum possunt cohibere, & siccántur, & hoc ipsum repetitur tertiò deinde pulvis eorum aspergitur aqua fragorum distillatorum, & olei vitreoli scrup. uno miscentur omnia, & exsicantur, fit pulvis tenuis & servatur in vase vitreo. Vel interiorem ventriculi atagenis pelliculam circa Pascha cum omnibus granis quæ continet, carne dempta exsicca, reduc in pulverem, huiusmodi cum in affectione sumat ex vino æger, sed malius in aqua cumini calefacta, & unum aut alterum carnis bolum ante usum præmitte.

Calculus cùm frangitur, pituita ad renes á stomacho, & ad alias partes pellitur, quia solent calida adhiberi, ideoq; priús alvus cassia, & oleo dulcium amygdalarum emollienda, Calculosis prodest cutim ex capite Lucii piscis cum aqua parietariæ ex vino albo sumere.

Calculum conterit & urinam ciet pulvis seminum mespilorum. Vel aquam quæ prodit ex raphano posito in sale in vino albo misce, & pulvere therebinthinæ addito, qui erit ex illa adusta, vel in sole siccata, exhibe. Valet corticum fabarum cinis mané & serò sumptus. Item aqua hederæ frangit lapidem.

*Calculi in renibus signa.* Dolor vexat lumbos atq; si acu pungerentur, subinde vomitus. dolet venter, pedes punctionem sentiunt urina aliquando cruentatur aut supprimitur, aliquando est turbida, sæpius lucidissima, perstupet. Cum *in vesica lapis,* urina mitti-

nittitur nec poreſt cohiberi, & continuum eſt deſide
ium illam reddendi, aliquando eſt alba, tenuis, I-
emq; craſſa. in fine reditionis dolor grauiſſimus ob
ommotum lapidem, arenulæ interea prodeunt, &
enaſmus ſit continuus.

Qui ex calculoſis nati non evadunt calculum.,
Qui cavet a calculo, cáveat a lacte & lacticiniis, ca-
eo, butyro, carnibus & cibis duris, flatuoſis, a piſce
quma deſtituto, ab ave amphibia. cancris, legumi-
e, acidis, vino nigro, & dulci, maſſa panis. Iu-
at frequens vomitus, caveatur labor immodicus &
igilia, abſtinentia, ſtipticitas,

*Præſerbat a calculo* ſumere mane ſeptem amygda-
s amaras, vel totidem nucleos pineos, aut perſi-
orum, aut ceraſorum, aut prunorum nucleos. Item
lviæ & rutæ modicum contundatur, & in vino pel-
cido infuudatur, ieiunoq; propinetur. Item quo-
die bolum terebinthinæ laricinæ cum ſaccaro dra-
hma ſumatur, ſed lota ſit prius aliquoties in aqua.
xifragiæ, & hæc maxime præſervat. *Cum dolor
rget,* datur clyſter, ut impediatur viſcerum inflam-
atio, & vena brahii aut poplitis experitur, cucur-
itæ etiam naribus ac covis intus apponuntur. Lum-
unguntur oleo ſcorpionum facto iuxta Rhaſis de-
riptionem, hoc laxat meatus. Balneum adhibe-
ur cum malva, althea, floribus eamomillæ, favo græ-
o, ſemine lini, & poſt hæc prodeſt ut æger vehatur
rru pet ſaxa, ut lapis emoveatur.

*Cum lapis in beſica,* a purgantibus cavendum, ſed
á ſtſpticitate, & *ſuppreſſione urinæ* contra hanc
ppreſſionem crocum in vitro clauſo pone, ſub fi-
o æquino per menſem, deinde cum vino albo co-
e ad conſiſtensiam, puod in fundo reſidebit ſerva.
l.uſum, ex hoc duæ aut tres guttulæ propinentur.
vabit pedes reſrigerare ut virtus expultrix robore-
r, Cæterum, ait Sebaſt. Scarabuto ad Alex. VII.
lla medicina ſolvitur calculus in veſica, ſola op

excis

excissione, post quam tamen renascitur. *Calculo* non quævis raphanus succurrit, sed maxima, hæc concidatur, & per 24 horas maneat in vino, & eo solo potu æger utatur, rumpet calculum.

*Crematum contra calculum.* Fiat crematum ex avena, bis distilletur, tum iuniperi lib. ſs. Liquintiæ lib. ſs, seminum raphani lib. ſs. semin. petroselini lib. ſs. Anisi, Fæniculi Italici, ana lib. ſs. Saxifragiæ manip. duos, baccarum in Maio collectarum ovillarum manip. duos, conterantur omnia, & in dicto cremato infundantur, distilentur, quod distillatum est infundatur in lagenam raphano semiplenam, & soli exponentur triduo ante triduo post novilunium tum eiecto raphpno impone fraga, & per dies decem soli exponc vel per dies XII deinde utere. Item pulvis gagatis in potu sumatur, Item pellicularum internarum ventriculi gallinarum, stercoris albarum gallinarum, ana dr. duas pallicularum internarum ex ovo dr. duas ſs. Nucleorum mespilorum dr. duas. Herniariæ dr. unam ſs. Cinamomi dr. duas ſs. seminis anisi, fæniculi, ana dr. unam cnnterantur bene cribrentur, misceantur, dosis dr. ſs. in aliquo liquore: Item olei amygdalarum dulcium cum syrupo cytri caliculus. Item calculus viri æstus a muliere tollit eius calculum; & e contra

*Calculus dum vexat*, insideat æger scamno perforato laterculus autem candeni subijciatur, super quem ponatur uncia terebinthinæ ut æger fumum per inferiora excipiat. Item urticæ contuodantur, cum oleo scorpionum frigantur, renibusq; applicentur. Item, seminis melonum unc. unam ſs. gummi cerasorum unc. 4. liquitiæ rufæ unc. unam ſs. sem. millii solis unc duas, saccari candidi ad pondus dictorum, puluerisa subtilissime, dosis dr. 4 in iusculo cicerum rubrorum duabus horis ante cibum. Item pulverem sabinæ, pulu. nacleorum mespili, ana unc, 4 pulu-

ʒ pulu, millii solis scrup. fiat pulvis, sumatùr ie... proximè. Item statim ante Novilunium particulam allii deglutiat. Item vaporem coctæ cum stramine avenæ corpore excipe, qui ut fit maior lapides illi candentes inijce. *Præservat* Seminis lapæ drachmā in aqua petroselini, vel in mulso uetere dato in nova plena luna, & quadrata sumere.

Item, multúm efficax succus fluens ex arbore betula in Meio, non prope terram. sed inter ramos incisa, collectus servatur in Autumnum in qvo semen Dauci, id est campestris, siseris colligatur, cum quo ille succus distilletur, & cx distillato sumendus quotidie caliculus. Item scinde guttur vulpi vivæ, collige sanguinem & in lapide calefacto vel laterculo exsicca, atq; reduc in puverem, de quo cochlear in vino generossimo ieiunus sume aliquos diebus. Item efficax; Cortices internos ventric. gallin. stercoris albi gallinac. ana dr. ß. corticum interiorum putaminum ovorum, Nuclerum mespil. ana dr, duas herniariæ, cinamomi, ena dr. unam ß. seminis lini, fæniculi, ana drachmam, fiat pulvis, Sumatur in cremato facto ex malta avenacea, in qua priús maduit per dies octo, nasturtium effusum in Novilunio, bibatūr per dies octo incipieudo ab ultima Lunæ quadrante, dosis drach. ß.

Item Hirco, tempore Augusti detrahe sanguinem exsicc distilla, aqua solvet omnem lapidem. Item facias similiter cum sanguine vulpis, & est tam potens ut si illi aquæ calculum imposueris, statim rumpetur. Item radicem sambuci teneri lava bene & concute laudo coque in vino bono, bibe, est perfecta medicina. Calculum *Nunquam patietur* Manipulum Ratafileni alterum graminis, impone in vasculum musti albi ut bulliat, útere toto anno, hoc itum, calculum eijciet si invenerit. Item solatrum medium habet pomula instar cerasorum, in quibus granula sicut in ficu, sunt matura in vere, & tum

colligan-

colligantur, contere hæc pomula, & miſce cum vino albo, cola, bibe, ſtatim eijcient calculos & arenas eſt efficax. Item granula meſpilli, croci parúm orient. granula quæ ſunt intra roſas rubeas, ſume in vino. Item granula hederæ ſiccata in umbra, ſed ſint matura pulveriſentur, in vino albo bene calido dentur & æger maneat in lecto, perfectè ſanat.

*Calculum rumpit.* Verminacæ ſucci bibat poculũ ieiunus, eſt tam potens, ut ſi impoſueris ſucco calculum, intra diem rumpitúr. Item pullos columborũ aliquot paſce ſolo lini ſemine per dies XV mundando locum a fimo, quem collige, & albo aceto fortiſſime ſubige, ac diſtilla in alembico vitreo, ſumat æger unc. tres per tres dies quotidie, eſt efficax, Item Verminæ ſive iuſcianæ poculum ſumat in balneo ieiunus ſæpiús, eſt ut tam potens ut rumpat mortarium ſi per noctem in illo fuerit. *Præſervat per annum,* baccas ſambuci mundatas infunde in vino, diſtilla, ſume *Lunâ* deficiente. Item folia mori nigri in umbra ſiccentur, cortices radicum naſturtii, oſſicula meſpilorum, ana. æqu. terantur, cribrentur, miſceantur. addatur pars ſaccari albi, & dimidia anifi aut fæniculi doſis quantitate nucis dimidiæ, ſiue dr. duæ in dimidio poculo vini albi, aut iuſculi cicerum rubrorum, multúm valet, & *Colicam ſtatim ſolvit.* Item ova ſtruthionum, & pulverem lapillorum cancri, ana æqu. effundatur ſpiritus ſalis ad eminentiam dnorum digitorum, poſtquam ceſſârit fervere ſpiritum per inclinationem effunde tum radicem pentaphilli, florum ſambuci, origani, ſiccatorum, ana. æqu. macerantur per triduum in vino albo, & diſtillentur, de hoc diſtillato quovis die ſumetur cyathus cum guttis X vel pluribus ſupra dicti ſpiritu & continentur per dies XII ſerva arenulas qnæ cum urina effluent ut uidens quantum calculi eieciſti. Item pro efficaci habetur, Hircus quadrimus, paſcatur fæniculo, ſeſeli, lauro, & alijs calculum frangent

gentibus, vino ſubinde potetur, in Auguſto macte-
tur, primus eius ſanguis ut pote tenuior, ultimuſq; ut
craſſior, abijciatur medius, ſervetur, & vaſe vitreo ex-
ceptus & linteolo raro tectus ad ſolem ſiccetur, adda-
tur illi myrrha & folia lauri. Valet & adeps qui in
ſtanneo debet ſervari vaſe, ſimiliter medulla cum lau-
ri ſiccis foliis, in camera ſpectante Aquilonem ſer-
vantur.

Item caput lepori abſciode & pedes, reliquum cum
pelle & ſanguine oſſibus pone in olla abſq; aqua clau-
de, & coque donec in pulverem reduci poſſit, cuius
tria cochlearia in aqua vel vino propina in lecti in-
greſſu, tam potens eſt hic pulvis, ut illi, ſi aquâ myr-
o lapidem impoſueris pro nocte, invenies manè ſo-
lutum. Item *ſi calculus exitum urinæ impediat*, ac-
cipe herbam dictā ſaxifragia creſcit in ſylvis inter mu-
cum, folia pyro habet ſimilia, accipe ſolas radices
& in olla fictili nova cum puro vino coque, bené ſit
olla clauſa, bullitio continuetur donec tres & ampli-
us partes conſumantur; ubi refrixit, ſume ex dicto
liquore cochlear mediocre ſive manè ſive in meridie
& benè te contegas, poſt alteram vel tertiam potio-
nem effluet craſſa arena cum urina, & ſi non prodie-
rit ſumenda erit quarta potio, ſed hoc raró evenit
ut illâ ſit opus. *Probibet vero calculi generationem
urvisia* quæ lapidibus candentibus in braſium aquâ ſo-
lutum iniectis coquitur. *Calculum ſolvit*, in lecti in-
greſſu & egreſſu quotidie poculum vini albi in quo
maduit per horas octo cortex raphani cum quarta
parte pulveris meſpilorum. Item infuſio criſpinorū
in vino albo. Item oſſa meſpili trita ex vino albo
ſumpta. Item aquæ ſcillatitiæ e ſucco vermicularis quat-
tuor unciæ cum una uncia ſucci limonum ſumantur.
Renes ab arenis expurgat & purè ſuccus vermicu-
laris herbæ diſtillatus; doſis unciæ 4 cum una uncia
ſucci limonum.

Item ſemen urticarum in vino albo ſumas, & be-

O ne

ne tegatur. Item pulverem ex cerebro leporis mo-
do simili accipiat. Item frigano parietaria cum bu-
tyro & virile ungatur. Item avellanæ cum sua cu-
ticula antè cibum edantur. Item saxifragia, hyosci-
amus, valeriana ana uncia, zingiberis unc. duæ, pul-
verisentur, sumatur cochlear ex vino vel iusculo. I-
tem, semen apii in vino vel iusculo. Item urinam
pellit aqua agrimoniæ, decoctum malvæ, aut camo-
millæ Item vinum cum decocto parietariæ & her-
ba, & decoctum bibatur. Item prodest manè su-
mere saxifragiam in vino vel ovo recenti. Item
sanguinis hirci, myrrhæ ana dr. ß. bibat cum aqua
raphani. Item pulveris saxifragiæ partes duas, fili-
pendulæ unam, addito melle. sume mané unc. ß.
duabus anté cænam horis. Item pimpinella provo-
cat urinam cum butyro frixa, & virili calida appli-
cata Item *calculo* pulverem polygoni minoris drach
mam in aqua borraginis, vel buglossæ, aut vino, aut
iusculo *Qui propter calculum urinam emittere non
potest*, sanguinem leporis pelli adhærente siccet, pul-
verifet, manè sumat, rumpet calculum, vel decoctū
camomillæ in vino albo, Item facit succus artemi-
siæ. *Calculum in vesica rumpit*, lappam maiorem co-
que in vino rubro, & te in illo vino per horas 4 de-
tine. Item succus de radice urticarum expressus de-
tur in potu Item gummi ex pruno collectum pul-
verisetur, & detur semel in hebdomada, postea sub-
inde accipietur pulvis seminis hederæ, Item succū
verbenæ duabus horis ante diem sume & superdorm
duabus, idem fiat die secundâ & tertiâ. Item folia
querna dum adhuc sunt parva instar ungvis distillen
tur, ex aqua sumat quinq; vel sex uncias cum tribu
guttis spiritûs vitrioli, & repetatur, certo iuvat.

*Renum viscositatem tollit.* Milletoliū radices agrim
niæ, ana æqu. pulverisa, manè & serò sumat cochle
ar in vino albo. Item gummi cerasorum in vino al
bo solutum bibat. Item, hederæ hortensis folia re
centi

centia summitates, libram, laventur, deinde ponatur in optimi cremati lib. duabus, claudantur bené per dies xxx insolentur quotidie bis aut ter commovendo postea colentur. & duo vel tria cochlearia sumantur. Item Raphanum cultro rasum infunde in cremato per dies aliquot & utere, aut aliquot guttas olei iuniperi sume in cremato, & hoc continua. Item mane aliquot baccas iuniperi sumat. Item decoctum malvæ, aut pulveris cardui benedicti drachma Item asparagos, vel aquam distillatam fraxini, vel rosas sylvestres in pulverem redactas. *Renes purgant*; Pilulæ ex terebinthina. *Calculo efficax* pilula ovium glutiatur. Item decoctum veronicæ longiori tempore liberaliús bibitum.

*Calculo.* Raphanus in malvatico per 24 horas infundantur, sumatur, fætebit sed sanabit *In vesica solvitur*, vulpis sanguinem calidissimo silici impone ut siccetur, fiat ex eo pulvis, cum vino albo generoso omni mané per dies novem sumatur. *Calculo cuicunq;* Hepar, pulmo, renes, testes, priapus hirci bené concidantur, addatur crocus, cinamomum, mel, fiant botuli ex intestinis hirci, comedantur.

*Calculum tollit*, & urinam movet, Licontroponphilantrogos, pulvis reginæ, diacison, diafilipendula, diasiterfragon, *Renes confortant ex causa frigida læsos*, Oleum nardinum, Anethi, Mustellinum, Laurinum balausticum, therebinthinæ, pigaminum. *Calculum frangit* balneum ex decocto foliorum ac frondium fragorum sine alia aqua. Vel in cremato sume tritum semen raphani. Item succi raphani unc. duas succi limonum duas, aquæ vitæ una, bibat per triduum mane. Item aquam heleræ cum pulvere seminis eiusdem propina. Arenas pellit lixivio ex hedera cyathus sūptus in aurora & antè somnum. Item lac mulieris cum succo anethi sumptum. Item Pellem leporis recentem cum suo sanguine in furno sicca, bibatur cinis cum aqua saxifragia. est tam potens ut si impo-

fueris calculum in vas huius potûs, intra duos dies rum
petur. Item betonicæ pulverem cum vino albo, I-
tem pulverem hederæ ſemen geniſtæ, ana unc. duas
miſce, pulveriſa, doſis drachma cum vino albo cali-
do. Item duo pocula aquæ de hedera, unum ex a-
qua ursicæ, drachma ſangvinis hircini pulveriſati, eſt
efficax. Item malva, matricaria, appium, coquantur
in vino albo ad tertiæ partis deceſſum, bibat, ſtatim
reddet urinam. Item, ſi utatur ſemel in anno arenas
non patietur, & demum ſanabitur. Radices aſparagi,
radices fæniculi, radices petroſelini, bené purgatæ, a-
na manipulus, coquantur in XV poculis aquæ ad di-
midias, poſtea coletur, in vitro benè clauſo reponatur,
ſumatur per dies novem anté cibum, calida, in aurora,
poſtea dormiat doſis poculum, Hoc finito, ſume
hanc potionem per alias novem dies: Senecionis ſi-
ue lactariæ. Malvationem ſeu herbam Hungaricam
totam, parietariam totam ſine radice, appium totum
malvaviſium, de his poſtremis radices ſiccas purga-
tas concide tenuiter & ſeorſim de illis aquam diſtilla,
de qua ſume duo pocula, pone in vitro clauſo, ſume
ut ſpiritûs unum poculum in aurora, & ſuperdormi.

*Calculus renum veſicæ*. Abrotanum, bdelium. ci-
nis radicum caulium, cinis teſtæ ovi ex qua prodi-
it pullus, ſtercus muris cum clibano ſumptum, ra-
dix rubi. Decoctio nucleorum ceraſi, ſuccus virgæ
paſtoris, ſerapinum cum ſucco ruthæ, ſingula iuvant.
Pæonia renes mundificat. Radix umbilici veneris cum
foliis comeſta, folia cetrach. cortex cytri cum vino
bibitus. *Præſervant a calculo* Semen geniſtæ mun-
datum dr. duæ cum melle roſato, vel cum aqua
mellis roſacei, roſis ut maſtiche. Item drachma
pulveris ex maxilla Lucii piſcis cum vino albo. I-
tem potatæ aquæ ſexifragiæ, aquæ malvæ, ana unc.
ſex. Item lapis lyncis, lapis ſpongiæ, lapis iudaicus
tritus supra cotem & ablutus, ana drachma, cina-
momi, ſeminis geniſtæ, corymborum hederæ, ana
drachmam

drachmam unam ſs. rubeæ tinctorum, nitri combuſti, ana ſcrup. duos ſaccari diſſoluti in aquis ſaxifragiæ, & capillorum Veneris q ſ. fiat confectio in morſellis; quæ ſumatur unâ horâ ante cibum & cùm dolor urget; ſed ſi ceſſat dolor & urinæ apparent turbulentæ, non ſumantur. Item olei roſati & violati ana unc. unam ſs. laventur in aqua acetoſa, deinde agitentur cum modico aceti albi, unge renes frigidis, lavando per intervalla vinô albo, & tertia parte aquæ roſaceæ calidis.

Confert *contrà calculum & præſervat* unc. ſs. terebinthinæ abiegnæ in aurora hoſtia involuta & deglutitâ. Item edere in cibis urticas virides, aut ſiccas pulverisatas, item ſemen geniſtœ. Item decoctum malvæ campeſtris in brodio caponis addito butyro recenti & melle vel ſaccaro, ana uncia, bibatur libra duabus horis unte cibum, eſt efficax. Item butyrum recens cum cremato ſumptum eſt efficax. Item bis in anno fiant purgationes cum lenibus reſpicientibus renes, & quidem primô clyſter, deinde potio detur pro qua ℞ Sebeſten numero decem, liquiritiæ, graſſuli ana dr. hordei, capillorum veneris ana manip. ſs. Seminum aniſi, fæniculi, ana drach. ſeminis malvœ, dr. tres, aquæ libram, fiat decoctio, uſq, ad conſumptionē dimidii, adde caſſiæ recentis dr decem, ſyrupi violarum unciam, bibat unâ horâ ante prandium, factâ priùs operatione clyſteris. Item ſyrupi de duabus radicibus cum aceti uncia, ſyrupi de liquintia unc. ſs. aquarum betonicæ, capillorum veneris; malvæ ana unciam, miſce, hoc pro ſyrupo capiat in aceto donec materia digerātur. pro medicina veró prædictæ decoctionis unc. 4. diſſolve diacatholiconis; caſſiæ, nna unc. ſs. electuarii. Indi majoris, benedictæ, ana drachmam, ſyrupi violati unciam. in aurora. *Pro* purgatione ſemel in menſe ſumat potionem de Sebeſten quatuor diebus continuis manè unc. 4 aquas mellis aromatiſatas cum vino quo-

tidié. Item, contra calculum, radices cardui, erin-
gii unc. duas, terantur minutatim, mergantur in a-
qua calida per duas horas; coquantur ad consumptio-
nem dimidiæ partis, quando invadit dolor sumitur a-
qua decrescente Luna. Item cortices quernos exsi-
ca in umbra, fac pulverem bibat ieiunus in iuscu-
lo quantum bis apex cultri capit. *Renum dolo-
rem sedat* fel hirci siccum in potu datum. *Arenas
calculum*: Radicum eryngii libi novem, radicum ono-
nidis lib. tres, liquiritiæ unam, alkekengi unc. infun-
de in lib. 4 vini albi, per horas 24 & tantundem
aquæ fontanæ adde, distilla in B M, & ex distillato
sume quotidié unciam cum tribus dr. saccari. Item
distillatæ de foliis ficulneæ nigras ferentis ficus, suma-
tur mané poculum certó rumpet calculum. Item
alkakengi, raphanum sylvestrem, limonum, ana æqu.
distilla. Item succum radicis raphani unc duas, a-
qnæ vitæ unciam, misce, & in quatuor doses di-
vide, sume mané & seró. *Vesicæ affectiones* sanat, An-
themidis decoctum. Bulbi vomitorii radix mansa, au
decoctum potum. Gingidium decoctum ex vino po-
tum, Saccarum cum aqua potum scandicis deco-
ctum potum. Smirnii semen. Lagopi totius herba
decoctum cum malvæ foliis & dulci vino potum.
Pimpinellæ radix. Pseudocosti radix. *Vesicæ rheuma-
tismo* cupressi folia cum passo & exiguo myrrhæ po
ta *Vesicæ obstructioni*. Mei radix cocta & trita *Ve-
sicæ dolori* Corvini cornu lotus cinis, Cicadæ assat
& comestæ. Malvæ semen cum loti sylvestris semi
ne in vino potum. Nympheæ radix illita. Petros
linum Macedonicum potum. Phalaridis semen, do
sis cochlear. vel succus in vino, oleum amygdalinu
iniectum. *Vesicæ colli vulnera* butyro sanatur. *Vesi
rosiones*. Malvæ decoctum clystere infusum. Ovi ca
didum tepens. Portulaca, *Vesicæ ulcera* Cucumeris
men cum lacte potum. Lac candentibus calcul
marinis adustum. Plutagonis cum foliis in passo. A

qua-

qua aluminoſa. Mumia ex caprino lacte pota. Helichryſi coma cum mulſo pota, ſanguinem concretum in veſica abſumit.

*Calculo*. Herbæ Leviſtici pulveriſatæ ſumat drachmæ tertiam partem, ac in vino vel calida cerviſia bibat æger, ſi ſudabit, ſanabitur, Item radices lapæ decoque in vino uſq; ad dimidium & in potu utere. Item ſolatrum medium, granula quæ inveniuntur in fructu alkakēgi, terantur, & in vino infundentur, de quo bibendum & ſtatim calculi vel arena excernetur Item cotonea decem trita melopia cortica abiecto ſciſſa in aliquot partes, ſint ſex, olei nucum unc. ſex. Olei lib. XIV. bulliant lenté ſupra carbones percolentur per linteum rarum, doſis unciæ duæ antè cænam per dies decem, abſtineat interim ab acetariis & rebus ſalitis curat perfecte. Item decocti gramінis poculum cum duabus unc. ſaccari. Pro anno facit ſecurum ſuccus cepæ unc. duæ per novem dies Intra ſhoram liberat, vini albi unc. duas, ſucci limonum duas aquæ terebinthinæ unc. ſs. aquæ urticæ ſylveſtris unc. ſs aquæ parietariæ unc. ſs. bibat ieiunus & deambulet.

*Si* dolor eſt renum, calculi ſedes in renibus: ſi hic abſit, eſt in poris carnoſis. Materia eſt humor viſcoſus, craſſus. vitio refrigerati ventriculi aut inteſtinorū orta ex cibis craſſis & difficilis digeſtionis. eam coagulat frigus renum. Tales ægri adhuc craſſos, duros, glutinoſos, appetunt cibos, partim ex conſvetudine, partim vitio ventriculi frigefacti, proinde calor ventriculi reparandus, cibi vitioſi removendi. Materia ſubtrahitur ſi cibi ſumantur boni & non ad cruditatem, quocirca lacticinia, res frixæ, dulces, pingves, glutinoſæ, removendæ, teneræ carnes, & quæ lemniorem non habent: ſumendæ quales ſunt capones, galli, Indici, aves áéreæ; pulli, vituli, ova ſorbilia &c. Piſces ſaxatiles, lucii. Beta, malva, ſpinatia; Iuſcula ex ſpondilio, dauco, rapis, amygdalæ

nihil tamen valdé actu aut potentiâ calidum. In
potu, cervisia clara defecata, vinum album defeca-
tum, mulsum temperanter cæna semper parca. exer-
citia neq; corpus fatigent, neq; renes calefaciant,
nec sale fervido statim post cibum, post quem &
studia uitanda, mens sit hilaris; lubitatio munda.
Iuuat contra calculum sub ipsa quasi hora Nouilu-
nii particulam deglutire allii.

Si gravitas sentiatur ventriculi, bis, terue, in men-
se vomitus procuretur, præcipué post cibos crassiores
& copiosiores. Arenulæ statim expellendæ, vel dicto
vomitu vel aliis modis, ut terebinthinæ dr. duas
cum florum cassiæ semi drachma, pulveris liquiritiæ
unc. ss. in forma boli. Item terebinthina veneta
decies cum aqua parietariæ lota dr. tres cum tro-
chiscata halicacabo drachma. Item aqua eiusdem
stillatitia pora aqua violarum temperata. Vel poti-
ús evulsio seminum frigidorum maiorum cum aqua
terebinthinæ, & syrupi acetositatis cytri vel limonium
Pulvis ex eædem factus est utilis. Item terebinthi-
næ cypriæ unc. 4 uratur in lamina ferrea candente,
donec fiat friabilis dosis dr. una ss. cum aqua faba-
rum, vel parietariæ, & syrupo succi limonum, vel
cydoniorum, sumantur cum benedictæ laxatiuæ dr.
tribus & similibus.

Expurgati renes corroborantur balneo, Ventri-
culus ut bene coquat est iuvandus; ad hoc sumana
tur grana piperis X vel XII crassè concisa mané ap-
plicentur sacculi, unguenta. Hæc de præservatione.

Curatio quatuor partes habet. 1 Fiant viæ laxio-
res expurgatâ ventris saburrâ, per superiora quidem
si dolor urgeat, per inferiora verò ope cassiæ, bene
dictæ laxativæ; & terebinthinæ, clyster quoque e-
molliens addatur. *Post* hanc si dolor inferiora in-
festet, ut vesicam, vena in talo secetur. si infestet
superiora. vena in brachio. Adhibenda & externa
laxantia, ut sacculi ex malva, violaria, parietaria, cha

momilla

momilla aneto meliloto, parietaria. Post hoc adhibenda unctio olei scorpionum &c. 2. His factis, promovendus calculus, cursu, motu, equitatione, cucurbitis regioni ureterum oppositis. 3 Labrum aquæ dulci adhibendum cum stramine avenaceo. Vide Urina.

Si calculus iam in virga hæreat, Gryllos tres, sume ustos in cinerem, vel millepedes sive asellos octo, & dentur in aqua petroselini seu raphani.

Aliquando plus effluxit saburræ quam re posset capere; igitur etiam in vicinis corporibus debuit fuisse, igitur & illa sunt purganda. Aciditas citri hic non valet, nam in calore dulcascit ut pomum immaturum, & si cruda in vesicam descenderit, tantum doloris affert, atq; calculus, Acida etiam citra noxam penetrare nesciunt, succus acidus potest solvere calculum in vitro sed non in vesica.

*Arenas pellit* oculus cancrorum pulverisa, quantitate pisi in vino sumat mané. *Calculum pellit*. Petroselini, buryri recentis non saliti, cremati boni ex aniso ana q s. pone in olla nova vitreata, & coque donec in massam concrescat, non tamen exuratur. Antequam utaris, præmitte pridie potum aquæ petroselini, vel succini albi. Dosis quantum apex cultri capit, sumitur in bono cramato ex aniso, pellit calculum forciter & interdum cum storsione aliqua.

*Calculum rumpit* Seminum violarum purpurarum unc. ss. Bardanæ dr. duas spec. lythontribon. dr. s. cum sufficiente aqua distillata de Veronica, fiet emulsio, est valde efficax. Si difficultas sit in calculo excernendo. cum malva, bismalva, parietaria, mercuriali, chamomila, mellilote Bardana, radicibus xanthii, id est, pæoniæ minoris, petroselini, raphani, granorum iuniperi, semin. lini, & fænogræco, quibus & renes & lumbi, & secretiora fomenentur. Postea eadem regio ungatur oleo scorpionum iuniperi, amygdalarum amararum, chamomillæ, a-

ſipe gallnæ; cuniculi, vulpis, taxi, citri cum modico ceræ, calidé. Poſt eiectionem calculi, vreteres corrugantur, atq; aliis calculis ſiſtunt egreſſum. Danda igitur diuretica ſed anodyna, id eſt, quæ partes ſopiant *Calculum frangit* betonica in vino cocta bibita. Vel fimus columbi poſitus in aceto per dies novem in olla, nova, & acetum cum petroſelino coctum bibatur.

Contra calculum efficaciſſimum. Radices rafani ſylveſtris tres, ſeminis ſaxifragiæ unc. ſs. *Raphanum* maiorem unum, perſonatæ dr. ſex, mundentur benè, taleolas tenues ſcindantur, in vino optimo macerentur, & inſolentur per dies aliquot vaſe bene clauſo fiet vinum, quod tamen diu ſervari non poterit. De hoc uino aqua diſtillatur, cui addatur aquæ petroſelini, aquæ fragorum, ana unc. ſs. ſucci limonum dr. ſex mellis roſati q ſ. miſce, fiat potio in qua ſumatur ſequentis pulveris ad minimum dr. ſs. Pulvis. Lepus ſtranguletur laqueo, exenteretur, inteſtina abijciantur, concidatur reliquum & in olla in fictili bené calcinetur, cribretur, tum addatur cryſtalli præpar. unc ſs. Oculorum cancri præpar. unc. duæ ſem. millii ſolis ſeu litoſpermatis unciæ duæ ſemin ſaxifragiæ lib. ſs. Bardanæ libra, Lapæ minoris unc. duæ, ſemin. violarum purpurearum libra miſce, fiat pulvis. Item bibatur ſuccus ceparum. Item lac captæ cum melle coctum, & panno laneo exceptum, applicetur calidum ubi Calculus urget.

*Calculo Veſicæ* occurrit potus ſucci limonum cum vino albo. vel corticum iuglandium, vel gummi ceraſini, cum eodem albo vino, vel aqua criſpinorum

*Cuicunq; calculo* Radices agrimoniæ millefolii ſylveſtris in umbra ſiccati, fiat pulvis, in vino ſumatu calculi materiam eijciet. Si ſit *in Veſica*, Parietariam miſce cum melle; coque in vino albo, & pectini applica, profluet urina, Vel pimpinellam frixam in

in butyro eidem loco admove. Pulveris de polygono minore drachma in iusculo sumpta frangit lapidem. Vel; succi urticarum bibat poculum, Vel dimidium poculum succi verbenæ, postea dormiat, ad summum post tertiam sumptionem in urinâ reddet arenam. Calculi nota, arenæ in urina qui digito non franguntur. Calculum pellit usus cremati ex avena distillati, quæ priùs reducta in brasium cum siligine modica, addi potest anisum.

Item, in rosis sylvestribus reperitur nodulus plenus cellulis intra quas vermiculi albi, isti pulverisentur, & capiantur in potu quantum apex cultri capit. Item, tres allij denticulos in aqua iuniperi per noctem maceratos sumat in novilunio Item, deglutiat singulis diebus tres baccas iuniperi. Item nux moscata recens, quæ in oleo per XXIIII horas iacuit, comedatur. Item pro speciali habetur. Cinis motacillæ in salem chymiè raductus, ac sumptus in potu. Item Rosarum sylvestrium baccæ ali eo quod continent, id est a lanugine, granis, mundentur, reliquum coquatur in vino rubro ad spissitudinem dosis cochlear, iterandum donec n n ampliùs arenæ comparuerint in urina. Item e ventriculo palumbuli avis lapillum extrahe, contere, & bibe. Item spiritûs therebinthinæ drachmam in unc. undecim aquæ vitæ, & hoc paulatim bibat tepidum.

*Calculum rumpit & humores viscosos pellit.* Corticum de radice anonidis lib. 4 madeant in lib octo malvatici, distillentur per B.M. Perfecté veré sumat. Seminis violarum cærulearum libram seminis lapæ libram, siccentur in furno, tum sume leporem vivum & fune strangula, pone totum in furno ut arescat donec in pulverem reduci possit, misce cum priori pulvere, adde pulverem foliorum quernorum unc. 4 saxifragiæ siccæ lib. ß. baccarum lauri unc unam ß. cribuentur, dosis quantum quater apex cultri capit, sumitur anté cibum in vino. Item

pulveris

ſolvit urinæ difficultatem, & ſi per dies decẽ ſumatur pulveris virgæ aureæ cochlear in ovo recenti cocto pellit calculum. Iuvat & thuris drachma ſumpta in vino per dies octo. *Probibet ne in futurum naſcatur arena*; maxilla inferior porci cum omnibus dentibus reducitur in pulverem, & cribratur, ſumitur ex vino quantum bis apex culteri capit.

Item certum. Salis communis bené purificati dr. duas, affunde ſpiritum vitrioli libram ut ſal ſolvatur; poſtea ſeparetur ſpiritus vitrioli per diſtillationem in arena uſq; ad craſſitiem, ponatur in loco frigido; de hoc ſpiritu ſume unc: duas, & tantundem de ſale abſynthii, affunde oleum ſulfuris factum per campanam modicum, ut ſalia redigantur in pulverẽ cui affunde olei aniſi drachmam, olei ſuccini albi drachmam, ſaccari cannarii q ſ, miſceantur, doſis apex cultri quotidié quinquies vel ſexies. Hæc medicina iuvat, quando aliæ non proſunt.

*Si calculus in virga hæſit*. Olei ſcorpionum unciam, Chamomillæ, Anethini, ana unc. ſs. inijciantur calidé per ſyringam. Utatur labro. Item ſeminum quatuor frigidorum excorticatorum ana dr. duas, amygdalarum amararum unciam, Nucleorum ceraſorum unc. ſs, Brodii cicerum rubeorum lib. tres fiat emulſio lactis.

*Calculum certò rumpit*. Radices raphani pone in generoſo vino ad ſolem per 24 horas huius vini partem unam, aquæ fragorum dimidiam ſucci citrini unc: tres, ſaccari unc. ſs. miſce pulverem virgæ aureæ cochlear, bibat tribus horis antè cibum, poteſt addi aliquid ſalis ammoniaci. Item flores nucum ſiccatos in umbra tere; ſume in vino calido quantum apex bis cultri capit. Item prodeſt in vino infuſum ſemen acetoſæ, vel ſemen lappæ, vel ſemen pimpinellæ: Item oleum ſcorpionum cum amygdalis dulcibus elixa, & calidum lateribus & pectini impone.

*Renum dolores sistunt.* Amygdalæ amaræ ex aqua in potu, aut cum terebinthina illitæ. Cinamomum ex vino potum. Erinaceus assatus cum aceto mulso potus, aut iecur eius siccum. portulaca, oleum amygdalinum, oleum laurinum. Saccarum aquâ dilutum. oleum lini potum. Fæniculi comarum decoctum in clystere datum. Petroselinum esum & subditum. Cranii humani pulvis. *Renum exulcerationibus* prodest ovi albumen tepidum.

*Renum calculi.* Abietis lacryma in potu. Anonidis radix pota, Asphodeli radicis decoctum. Betulæ aqua. brassicæ cum vetere gallo decoctum bibitum. Crustæ cancrorum fluviatilium in vino subdulci potæ. Heliotropii florum decoctum cum vino potum. Lepus Integer cum pelle in olla clausa in furno exustus. Mespilorum ossicula in pulverem reducta, dosis cochlear in vino aut petroselini radicis decocto. Pimpinellæ radix pota, Primula veris. Saxifragia maior potenter iuvat. *Vesicæ calculi.* Asplenum in potu Graminis decoctum potum. Paliuri semen potum, aut urina capri sumpta in potu. *Arenulis conferunt* eadem quæ calculo. Præterea, Alcyonii tertium genus. Papavetis corniculati radix pota cocta Caucalidum succus.

*Calculo cuicunq;.* Adianti decoctum, Althea radicis decoctum, ex vino potum Amygdalæ amaræ, Anonidis radicis cortex in vino potus, aut cerasorum gummi. Artemisia, lauri radicum cortex in vino potus. Pueris prosunt pæoniæ grana rubra in potu. Prunorum gummi in vino potum. Syscibrii semen cum vino, Anisi semen. Costeleæ cortex quem sponté abijcit potus. Fæniculi erratici semen & radix. Litospermi semen cum vino albo coctum: Parthenium sine flore bibitum, Vribuli utriusq; semen recens potum. Vmbilici veneris folia cum radice comesta. Vitrioli scrup. ss. cum aqua agrimoniæ,

*Vesicæ ulceri* cum obstructione renum, Elect. febosten.

Sebeften unc. duas, Caffiæ extractæ unam, Rha-barbarum fcrup 4 fiat bolus datur in decocto paf-fularum & prunorum. Vel terebinthinæ unc. 4 lavetur octies in aqua malvæ, fiat bolus cum faccaro dofis, ut & pniaris unc. 4. Vel oleum terebinthinæ in ovo forbili. Vel fyrupi glycirrizæ unc. duas, Iuiu-bini, Iulep. violarum ana unciam, de papavere unc fs. fiat lambile. Item, falis violati unciam, rofati, unc. fs. ungventi populeonis dr. fex aceti parúm, bulliant lenté ad confumptionem aceti, additur ce-ræ q f, fit ungventum pro pectine & fumine Item, theriacæ drachmam, femel in feptimana, deinde fu-dat. Item bibat mutatis vicibus, ordine, ferum lactis caprini, Hydromel, Aquam hordei Ius gallinarum, Ius piforum. Item folia parva tenerrima querna, diftilleutur, huius aquæ bibat unc. fex cum tribus aut quatuor guttis fpiritûs vitrioli, & repetatur fi opus fu-erit. Item, fucci Ireos purificati unciam, mellis ro-fati unc. duas, bibat pro debilibus minor dofis I-tem, mille folium, radicem agrimoniæ. ana æqu. fi-at pulvis, de quo cochlear mané & vefpere cum vino per aliquot dies fumatur.

Cæliaca vide Dyffenteria.

Cholera vide Pituita.

## *Capilli; Barba, pili. Alopecia, Depil. latio Calvitium, Canities*

Barbam producit aqua quæ prima e diftillatione mellis prodit fi mento fæpe illinatur. Calvitio & defluxui capillorum oleum tartari fuccurrit, aut me-lanthion igni toftum, teritur fubtiliter, & aquâ mi-ftum capiti imponitur. *Confortat capillos* lotio ex cocto millefolio, aut in pulveres trito, & aquâ fervi-dâ perfufo. *Non recrefcent pili* femel extracti fi lo-cus eorum ungatur oleo fulfuris, aut aquâ in qua foluta eft nitrum. *Depillat locum,* fi poft balneum

unxeris calce vivâ cum modico auripigmenti coctì in lixivio, sed hoc ungventum, quia est urens, non diu retinendum, imò statim post illud, locus oleo violarū vel rosaceo perungēdus, & priusquam adhibeas ungventum, intinge in eo pennam, ex qua si plumæ decidant, benè est paratum.

*Crispum demumq; facit capillum* adianthum costum in vino cum semine apii adiecto copiosé oleo. Vel lupini amari in tenuem pollinem redigantur, & bulliant. ac deinde intra manus capilli fricentur. *Producit barbam* citò pingvedo angvillæ, vel equi illita. *Crispi fiunt* si lauentur sæpe decocto radicis lapparum

*Depillat locum*, sed si ad oculos perveniat excidas lixivium e cinere clavellato.

*Capillos ut denigres*, Succum viridium iuglandium e corticibus expressum in rubro vino coque ad tertiæ partis consumptionem, tum adde oleum, & misce, habebis ungventum. Vel folia capparorum coque in lacte, & unge. Vel flores iuglandium contere & oleo mixto pro ungvento adhibe.

*Ut capilli crescant*, apes sacculo impositas exsicca igni, tere, & ex oleo inunge

*Depillatur locus* stercore feliū siccata & trito atq; ex fonti aceto illito. Si pili evellantur, & locus sangvine tinni ungatur per aliquod tempus non crescent pili. *Crescent capilli.* Si locus lavetur aquâ distillata e semine canabum adiecto illi succo allii.

Sume Archindæ unc unam, aurei lithargirii unc quinq; salnitri partem quartam, adde aquam fontanam & coque ad tertiæ partis absumptionem, adde cineres ex vitibus, fac lixivium ex toto, si frigido unges erunt capilli castanei, si tepido rufi si calido nigri.

*Barbam producit* Lemnius hoc unguento, ℞ Radices arundinis aquaticæ, rad. brinoiæ, betæ, raphani iridis, ceparum, ana unc. quatuor, ficus pingves sex minutatim concisas, capillorum veneris quan-

tum

tum manu capi potest, coquantur omnia in vino odorato & exprimantur, reliqua in mortario conterantur, adde butyri recentis non saliti, mellis electi, ana unc. duas olei amygdalini dulcis & amari, olei sesamini, ana. unciam circiter. Oxymellis scyllitici unc. ss. farinæ de semine lini, nigellæ, fœni græci, cribro pollinario accuratê excussi pugilium unum, ladani unciam, hæc igni admota spatula, agitentur donec in ungventum spissentur. Si ex morbo capillus defluxit, ut renascatur purgandum est corpus priús ante alia medicamenta.

*Crispantur* capilli radicibus ebuli tritis & oleo inuncti, eiusdemq; foliis involuti. Defluunt unctis floribus hederæ cum felle tauri, Ut crescant sumunt aliqui muscas avulsis capitibus, cum avellanis & exungia friuant. fit ungventum,

Vel sumunt apes contusas, limaces recentes pulverem hirundinum, adipem anatis, fit linimentum. Vel nigellam conterunt cum oleo & ungunt. Vel agrimoniam & folia salicis coquunt simul, & locũ abluunt. *Capillos auget* Semen altheæ in aqua coctum, & illitum. Crispos facit, spuma salis cum myrrha affricta. Vel succus carpasi illitus, qui simul *denigrát.* Vel Myrthi baccæ ac betæ semen æqualiter sumpta cum oleo trita inunguntur.

*Capilli ne defluant,* lavetur caput lixivio facto ex cinere stercoris columbarum, Vel cinere fimi caprini ungatur cum oleo. Vel folia quercûs & medium eius corticem coque in aqua, caput lava. Vel absynthium tritum capiti alliga. Caput ablutum urinâ canis non fit caluum. Petr. Hispan. Vel petrosalinum tusum cum porci sanguine & in vino albo coctum, percolatur supra aquam frigidam, pingvedo innatans colligitur, & cum vitello ovi cocto, mastiche, cumino miscetur, & inungitur. *Capilli sunt flavi* loti lixivio ex cineribus hederæ decorticatæ. Producentur in quocunq; loco, si ungatur adipe

dipe urfi ex pane hordeaceo cum fale combufto. Non renafcentur verò femel avulfi, fi tritas fanguifugas cum forti aceto affricueris, idem facit lac caninum inunctum. Si verò pulvere viridis ranæ combuftæ mixto cum aqua ablueris locum pilofum *defluent capilli.* Idem fiet fi farinam lupinorum appofueris, neq; amplius renafcetur. *Poftgeniti pili* non nafcuntur fi fuerit in pueritia farina fabæ appofita impedit eorum ortum & fanguis teftudinis. Pulveris fepiæ, offium ftatim ac infpergitur decaluat.

*Nafci facit capilos* calvis, priùs caput cepâ fciffà bene fricetur, deinde cum iufculo carnium vervecis donec rubefcat, tandem hoc ungatur oleo, fume 25 cantharides ablatis capitibus pulveres ferici ufti. euphorbium, cinerem abrotani, ana unc. tres, ceræ unc. quinq; omnia folve in oleo communi. *Ne pilli renafcantur,* fucci iufquiami unc. duas, vel aquam in qua ipfum, vel femen eius coctum, unc. duas. Aquæ quatuor, Aceti dr. tres. Alumnus faccarini unc. unam, fucci mefpilorúm, & forborum ana unc. octo fanguinis draconis, Mafticbes, gummi Arabici, ana. dr. unam, Opii unc. unam, ceræ q f. mifce, & unge locum rafum. *Caduut capilli nec renafcuntur,* adipem ranæ coniunge oleo, ftet per noctem, fiet ungventum.

*Capilli aurei coloris erunt,* Rafuras rhabarbari quæ abijciuntur pone in decocto ramorum & foliorum vifci, e quacunq; arbore detracti, tamdiu macera donec emolliantur, exprime poft levem ebullitionem, & capillos tinge. Nigri erunt, lixivio infunde folia betæ, lauri, cum myrica, & corticibus iuglandium viridium, his lava capillos. Vel fuccis corticum viridium iuglandium unc. tres, vini rubri, menfuram ß. coque ad confumptionem tertiæ partis, adde olei lib. quinq; mifce, unge. Vel decoctum foliorum cap. parum in lacte ad confumptionem tertiæ partis coque, vel flores nucum tere cum oleo, & unge. Vt

pili cito naſcantur, apum combuſtarum cinerem, vel ſtercora murium miſce cum oleo, unge. Præcavet canitiem lac caninum inuctum. Depilant, ova formicarum trita cum hyoſcyami & ciatæ ſucco, aut veſpertilionis, aut teſtudinis ſanguine. Item auripigmentum diſtemperatum ſuccus herbæ graſſolæ, neque renaſcuntur. Capilli ne decidant fiat lixivium e ſtercore columbino.

*Capilli ne cadant*, agrimoniam miſce cum lacte capræ & inunge. *Impedies canitiem*, ſi radices caulium ſiccas coxeris in aqua ad conſumptionem medietatis, & frequenter laveris. *Barbam denigrat* etiam canam, nuces virides per medium ſectas diſtilla in alembico, unge pectinem, & pecte. Vel albatam lixiuio unge ſucco corticum nucis, aut pomi aurei, aut laua frequenter ſucco, ſalviæ. *Albi erunt capilli*, lava lacrymis vitis. *Rubri* erunt loti decocto chelidoniæ, agrimoniæ, & raſuræ buxi cum ſuis foliis, ex hoc decocto fiat lixivium ex cinere, coletur per ollulam perforatam in qua ſint folia buxi & ſtramen ſiliginis aut avenæ. *Nigri ſicut* nuces recentes cortices granati, gummi arabicum, vitriolum, diſtilla habebis aquam pro hac tinctura. *Flavos efficit* intra paucos dies cocta in lixivio agrimonia.

*Capilli non renaſcuntur* ſi locus tingatur aquâ ſalnitri & aluminis rocca. Sed id cautè faciendum.

*Amiſſi per morbum redeunt*; ſi caput frequenter lavetur urinâ bovis *Canitiem prohibet* pulvis lumbricorum oleo mixtus ac illitus. *Capilli naſcuntur*. Comburе araneas, & ſtercus caprarum & ſemen lini, fac unguentum cum oleo, Item cinerem apum cortices caſtanearum, feſtucas fabarum, utraq; ure cum ſtercore bubulo, tum ſubige oleo roſaceo, fiet linimentum, ſed priùs aquâ calidâ eſt locus abluendus. *Tingit capillos* infunde folia betarum in lixivio laurum, ſalviam, myrrham, cortices iuglandium viridium, lava capillos ſpongiâ imbutâ, erunt *Coloris*

*aurei*

*aurei.* Item, cortices rheubarbari pone in dococtione visci, coque, exprime, lava. *Capilli ut crescant* cutis perfricta & compuncta lavetur decocto corticum interiorum radicis ulmi, vel gallorum stercore citrino cremato, vel pulvere ex tartaro vini albi, corpore priùs purgato, & loco perfricto. *Non crescent* verò, si locus titimali decocto cum aceto calce viva, malvis ungatur. *Pulchriores fient.* Cinerum vitis parùm, nodorum straminis hordacei, glycirizæ, cyclaminii sume, fiat lixivium, ablue, tum insperge pulverem rosarum, gariophillorum, nucis moscatæ, cardamomi, galangæ cum aqua rosacea. Item decocto glandium fagi sæpiùs abluantur. Item felle arietis melle commixto pro nocte ungatur, manè verò decocto lupinorum abluantur. *Rosiones capillorum* sumat, vertices capillorum in aceto acerrimo inungas, in quo galla infusa, centaureum maius minusq; & modicum aloès, omnia trita & decocta. *Conserbant capillo & augent.* In acerrimo aceto ponantur aloæ populi gemmæ, fiat linimentum *Auget* lixivium ex agrimonia cum corticibus ulmi, radicibus salicis, abrotano, althea, gemmis populi albæ, cinere caulium.

*Contra capillorum defluvium.* Laudani unc. ß. radicum arundinis unc. duas. Abrotani manip. unū corticum granatorum unc. tres, coquantur in lixivio lenis lib. XX. abluatur sæpe caput, *Auget capillos* factum lixivium e cineribus vitis: *Nigros* facit, lixivium factum e cinere radicum filicis. *Retinet pilos* pingvedo ursi cum oleo tartari inuncta. *Ebellentur pili,* picem græcam, resinam pini, ana unciam, tebinthinæ, mastiches, ceræ novæ, ana unc. ß. in vase novo fictili solve ad ignem miscendo, fit emplastrū & applicatur calefactum in linteo, non amovetur nisi cum pilis, post hoc, *ne renascantur* coquatur in aqua fel capræ, additur acetum fortissimum, in hoc tincta linteola applicantur. Item ne renascantur, te-

ebinthinæ unc. ſex, aluminis ſaccarini, ſanguinis draconis, ana unciam, coque lento igne dum pars tertia decedat, applica calidum. Tum locum ſunge capræ ſanguine, & veſpertilionis.

*Perdunt etiam pilos* inungendo locum felle capræ & ſanguine veſpertilionis. *Raſi non renaſcuntur* uncti fele anſeris. Item capilli qui inveniuntur in felle, tuſi & emplauſtrati cum vitelio ovi recentis inuncti, *pellunt pilos* & renaſci nou ſinunt. Item ova formicarum, gummi hedera auripigmentum, miſce & unge. Item pulverem ſalnitri, alumen ſcegliola, diſtilla per alembicum forti igne, & locum tinge. *Prodeunt copioſè* ſi lavetur caput lixivio; in quo eſt cocta malva, deinde verò ſucco malvæ ungatur. *Pilos pellit* ſtercus felis cum aceto applicatum *Cadunt nec renaſcuntur*, caniculum dierum ſex aut octo concide, diſtilia, unge locum.

Quidam apes contritas ſiccatas miſcuit oleo, capiti applicuit ut pilos produceret, produxit, ſed intellectum amiſit.

*Criſpos capillos facit.* Lupinorum cortices cum mo dico nitri per quatriduum iaceant in aqua, & linantur. *Pilos depellit.* Calcis vivæ partes duas, auripigmenti unam, contere in plumbeo mortario, & aquà ſubíge, locum in balneo illine. *Pilos educit* ubi non ſunt, Muſcarum trita capita affrica. Muſcardas tritas bene loco affrica. Vel amygdalas amaras unâ cum corticibus exure, & cum melle ac aceto tere, loco peiùs raſo, hunc pulverem affrica. Vel tharpiæ ſuccum aut radicem cératâ telâ excipe, & applica. Crines depelles, auripigmenti unc. unam, Pulveris pyrii unc. ſs. calcis vivæ unc. tres, coque in dimidia menſura lixivii. experire, ſi plumam immiſſam amburit, ſatis eſt coctum, unge locum, ac poſtea unguento roſato perunge. Vel albumina ovorum tria, calcis vivæ, auripigmenti ana unc. unam, tantundem adde lixivii, unge.

Bar-

*Barbam augebis*, cineris talpæ in furno ſiccatæ unc duas, apum avulſis capitibus, avellanarum toſtarum ana unc. ſs, ſtercorum muris unc. duas, laudani optimi dr. unam ſs. mellis unc. ſs. Ol. Verdini & ceræ, q ſ. fiat linimentum. *Capillos denigrat* oleum iuglandium illitum. *Facit creſcere*, ova gallinarum coque ne durentur vitelli, hæc in ſartagine frige donec liquorem emittant, quem collige, adde huic ſucco bubuli cornu cinerem, itemq; ſtercoris caprini, miſce, unge. Vel abraſum prius locum unge butyro abſq; ſale, aut ſucco cepæ rubentis, aut pingvedine taxi, radice brioniæ, betæ, raphani liliorum alborum, & hoc præcipuè ſuccidit in Vere. Ova formicarum in aceto modico trita faciunt ungventum; tum poſt quod facile creſcunt pili. *Confortat capillos* milliefolium tritum & aquâ fervidâ perfuſum. *Facit creſcere* lixivium factum ex ſtercore uſto columbarum, oculis cannæ, radicibus urticæ, ana æqu. caput lavetur, ſed corpore prius purgato.

*Capilli creſcunt* melle diſtillato uncti. *Pulchriores fiunt* loti decocto glandium quernarum. *Non deſluunt*, agrimonia cum lacte caprino uncti *Prohibentur creſcere*, locô illorum ovis formicarum perfrictô. *Decidunt* unctô loco, nitri unc. 8 aluminis plume. unc. ſex, terantur cum lixivio, vel calcem vivam, auripigmentum, redige cum lardo in ungventum, vel locis affricentur ova formicarum, vel ſuccus prunorum ſylveſtrium vel folia betulæ redige in pulveres, fac lixivium ex illis, unge locum. Vel fel hirci, melius vulpis, inunge, *Non creſcunt pili*, *Criſpos* effici volunt unctione malvæ cum lixivio, vel radicem rutæ reduc in pulverem, fac lixiuium, ablue caput.

*Creſcere capillos* afferunt, vitellos ovorum in ferrea patella exure, fluet oleum quo capilli ſæpe illinantur. Vel linteo fricetur caput, donec eiuscutis rubeat, tum pingvedine gallinæ, vel anatis ungunt, deinde hoc ungvento die ſequenti picem; nitrum, maſti-

chem, laudanum cum oleo myrrchæ miſcent. Vel ſume laudani unc. unam capillorum veneris unc. unam in vino tere, ac caput unge. Vel panem hordeaceum in pulveres redige, tum ſalem adde, & urſi adipem, unge, ſed albos expecta, niſi cineres vitis addideris.

*Creſcent in quocunq; loco* tres vivas ranas in olla nova reduc in cinerem, & cum melle fac ungventum. Vel ſume partem unam calcis vivæ, duas cinerum de ligno duro, pone in vaſe ligneo, & aquam pluviam affunde, ac ſtare modico tempore permitte, huius aquæ dimidiam menſuram ſume, adde argentei lythargirii unc. tres, garyophillorum, archendæ ana modicum, nucem myriſticam, forte vini acetum, coque, riga capillos calidè, habebis *nigros* tepidè *rufos* frigidè *caſtaneos*.

*Capilli ut creſcant & ſint flavi* coque agrimoniam in vaſe æreo; & ſtare permitte tum ablue caput. *Ne creſcant*, ſemen lini combure in tegula candente, miſce cum oleo, & frequenter unge. *Vt naſcantur* Corticem avellanæ, fabas, cortices amygdalarum mirabalani, citrini ana æqu. combure, fac pulverem, tantundem adde viridis æris aut lacertarum viridium, miſce cum oleo laurino; unge bis de die locum raſum, *Vt cadant*. Calcis vivæ recentis partes octo, auripigmenti una, terantur & cum lixivio fortiſſimo miſceantur, ad ſpiſſitudinem coquantur, probando an pennam impoſitam deplument, ungatur locus, & poſt lapſum pilonem calida abluatur. *Creſcent*. apes in olla combure, miſce cum oleo, unge. *Vt ſint pulchri* de ligno hederæ corticem abijce, exure, pone cinerem in dimidio poculo cremati, quo lava caput, & ſicca ad ſolem, quando per dimidium ſiccabitur; ſolve in eodem cremato ſaponem album, ut inſtar ſit mellis, in eo tincta manu capillos frica, & exſicca, idem repete ter vel quater in ſeptimana. *Creſcent pulchri*, ramos olivæ, cortices

tices

tices vitis, ossa dactilorum combure, fiat lixivium, quo caput lavetur. *Nigri erunt*, Lytargyrium tere cum calce viva, & cum aqua calida, lava caput. *Cadent sine reditu.* Ovorum XXX cortices calcinentur distillentur in alembic. prodibit aqua pro loco abluendo. Item stercus fellis cum optimo aceto tempera lava locum. Item, calcem vivam subige aceto optimo, euforbio, únge. *Nascentur.* Vrinam pueri, lac capræ, ana æqu. mellis virginei unc. sex, apii manipulus, oculi cannarum bene contusi, canabes dum e terra ad dimidium pedem prodierunt, capillum Veneris, fel porci radices salicis aut ulmi ana æqu. omnia contusa misceantur, fiet massa, distilletur in alembico vitreo; hâc locus humectetur quotidie, intra mensem satis longi excrescent capilli, est efficax.

*Capillos flavos* reddit rasura buxi cocta cum lixivio

*Capillos auget* stercus caprinum combustum & cũ oleo illitum. Item foliorum sambuci decoctum. Item abrotanum tritum cum oleo mixtum. Item agrimonia trita cum lacte caprino superposita cadentes detinet capillos. Item oleum lini illitum. *Crispos* faciunt radices altheæ in aqua decoctæ, percolentur, premanturq; & decocto addetur seminis lini, & seminis psyllii q s. & ex eorum colatura post exactam commestionẽ capilli abluantur. Item decoctũ radicum ebuli. *Nigros* facit succus corticum iuglandis lib. tres, lytargyrii triti libra, misce cum lixivio. Item farinæ hordei, amyli, lythargyrii, calcis vivæ ana unc. 4 misce omnia & capillis insperge. *Flavos.* Cineris cerri libram, aquæ fontanæ lib. sex diu coque, tum adde vitrioli Romani unc. duas diebus tribus soli expone, & utere. Item mellis optimi lib. duas, gummi arabici unc. duas svavi distilla igne, aqua prima quæ exibit faciem dealbabit, quæ secunda & tertia. *Flavos.* reddet capillos. Item lixivium solutum est modicum rherbarbari. *Depillat-*

Salnitri lib. ſs. gypſi lib. quinque, tere, diſtilla, prima aqua delet lentigines & metalla emollit, altera *depilat*. Item cineris cerri partes duas, aurpigmenti unam coque in aqua. Item hirundines in olla combure, pulverem cum ſucco hederæ arboreæ commiſce, ablue aceto, & crinibus evulſis impone. Item ſanguiſugas tere cum aceto & per ſacculum exprime, unge. Facit *creſcere barbam* liquor fluens de ramis & radicrbus præciſis ulmi, & *capillos retinet Capillos pellit neq; naſci ſinit.* Auripigmentum & calx viva cum oleo applicata, ne redeanr, unge oleo in quo ſunt piſces frixi. Item auripigmentum ſucco herbæ graſſulæ tempera & ſanguine leporis, calidumq; applica. *Naſcetur* facto lixivio e cinere ſampſuchæ, cocto ad conſumptionem tertiæ partis.

*Capilli renaſcuntur*, avellanas combuſtas miſce cũ porci adipe & unge. E contra, ſalis ammoniaci, dragaganti, pumicis, ana dr. duas, auripigmenti triti drachmam, tere, inſperge loco priùs lacte muliebri illito, fiat id ter vel quater veſpere; & manè locus lavetur calidè *Non renaſcentur cadent*, felle capræ & ſanguine veſpertilionis peruncti. *Renaſcentur*, fimo caprino uſto miſto cum cinere & oleo. *Tollit crines* lacryma vitis inciſæ mixta oleo *Non decidunt* loti lixivio facto ex cinere plumarum columbinarum. *Cadent* ſaponis libram, gummi vini unc. tres auripigmentum unc. ſs ſucci cicutæ unc. tres, fiat unguentum, quod loto capite adhibeas. *Lendes* ex capillis tollit aloë cum aceto illita. *Cadunt capilli*, rutâ viridi cum mello impoſitâ Item ova formicarum, triticum viride, ſtercus felis, miſce; cum aceto forti, inunge. *Creſcent*, cortices ulmi coque in aqua miſce cum lixivio, lava.

*Nigri* coquatur limatura ferri & plumbi in aceto ad conſumptionem dimidii, fiat unctio. Item, aquæ fortis unc. ỉſs. argenti unc. 4 ſolvatur, tum adde vitri tigri unc. ſs. vini albi unc. ſex aut a-

quæ

quæ tosaceæ & endiviæ, unge. *Non renascentur* si locus ungatur distemperato cinere ranæ cum aceto. Item; rade, & unge gummi arabico temperato cum succo fumi terræ, *Rubri.* Aquâ distillata foliorum nucum cum corticibus granatorum unge per dies XV *Nigri* folia pyri trita subige oleo camomillæ, & unge.

*Cadent* pili Auripigmentum, succum radicum chelidoniæ, misce, & balidum illine. *Ne renascantur*, ova formicarum affrica. *Capilli erunt longi.* Oleum lauri, stercus columbæ, oculi arundinum, capilli veneris, cinis vitis, fiat lixivium, lavetur caput, postea laurino oleo ungatur. Item coque pilos equi, supermutabit pingvedo, eam collige & pectinem unge; & uncto per dies XV caput pectina.

*Canitiem denigrat*, colocynthis sylvestris extractis seminibus impleatur oleo & semine iusquiami nigri integro, & per diē ac noctem stet in calido, erit oleum pro hoc usu. Item chalchantum per diem & nocten infunde, postea coque donec ferrum illi impositum nigrescat, cola & exprime expressionem pone in vase per tres menses, dissolve drachmam in aqua calida, lava in loco calido, inducet nigrorem permanentem. Item cortices micum viridium infunde in oleo cum alumine medico. Item scoriam ferri & limaturam plumbi coque in aceto ad consumptionem medietatis, cola & unge. Item gallas in aceto & aqua infunde. Item ut tinctura permaneat, chalchantum & gallam confice cum aceto nigro forti, ad solem, unge aliquoties. Item unctio plūmbi combusti confecti cum succo betæ ad consistentiam mellis denigrat. Item cortex raricum salicis cum oleo.

*Capillos dealbat* stercus hirundinis cum felle tauri illitum. Item semen ænulæ, cortices radicum raphani. alumen, cera, teria pars glutinis Item flores verbasci albi combure, extinguendo in aceto.

*Flavos facies*, Alumen coque in aqua & unge, postea lava aquâ in qua soluta est fex vini combusta. Item folia alkannei infunde in succo absynthii, & unge; Item lupinos in aqua dissolve. Item rubiam tinctorum, stæchadem citrinam, politricum, absynthium, & lupinos pone in aqua, per dies novem miscendo bis de die, lava spongia, ubi verò siccati capilli, lava aqua, & sapone. Item aqua in aqau infusi sunt cortices lupinorum per quatuor dies, abluendo. *Flavos & crispos*, spuma salis & myrrha *Scissuræ capillorum* mucilagine psyllij & alsheæ, & cæteris humectantibus sanantur.

*Depilatio*. fit inuncto cerebro vespertilionis cum lacte mulieris. Item felle tauri inuncto cum gummi hederæ. Item fructu urticæ sylvestris linias, cum aceto. Succus omnium specierum titimali idem facit. Item Sandaracæ dr. duas calcis vivæ scrup. 4 coque cũ aqua miscẽdo diligẽter, ubi bullire cæperint, unge, experire verò si penna in eo posita deplumatur, post unctionem permane in balneo & sudorem absterge & ablue. Item fructum brioniæ affrica, depilat etiam coria; Item pone multos vespertiliones in bitumine ut putrefiant, eorum liquore unge. *Renasci pilos non sinunt*. Sanguis testudinis, ranæ, & vespertilionis, ova formicarum; auripigmenti rubei, gummi hederæ, ana misce, unge cavendo ne excoriet. Item auripigmentum & succus iusquiami. ana. Item pulvis ranæ viridis combustæ ponatur in balneo. Item semen hederæ nigræ. Item ova formicarum; auripigmentum, & acetum. Item ladanum cum gummi hederæ. Item succus cucurbitæ, crocus Martis, & noctilucæ cum oleo mixtæ.

*Cum depellentia pilos adusserunt corpus*, ablue oleo rosato, deinde albumine ovi cum aqua calida, demum cum frigida, post illne lentes excorticatas tritas in aqua rosacea cum santalis, maximè si urat.

Item

Item adustionem inunge ungvento populeonis & lytargirio, ana æqū. Item ungvento albo de lytargirio mixto cum albumine ovi & aqua rosata. *Pili distorti rectificantur in palpebris.* Radices pilorum tange cum viscositate limacum stylo vel acu. Item evelle priùs pilos superfluos, deinde ure origanum, tere & appone. Item lacertam viridem eoque in oleo & inunge. *Capilli eruut aurei* radicum cannæ recentis lib. 4 tere, mellis lib. 4 florumq; genistæ lib. 4 distilla, lava.

*Capilli ut crescant.* Aquam mellis distillatam, cinerem apum ustarum, infunde in aqua mellis, stercus gliris, succum tritum, cornua tauri usta, ana æqu. & aquæ dictæ impone. Pro faciendis longioribus sufficit aqua dicta cum apibus ustis.

*Alopeciæ*, adeps ursinus. Item allij cinis cum ungvento nardino. Item scalpello priùs exaspera. æ cuti, betæ folia cruda applica. Item caprinarū ungularum cinere cum aceto unge. Item ceparū succi unctio prodest. Item erinacei corium exure & cum pice admove. Item fimum caprarum ustum pone cum aceto. Item leporis caput ustum illine cum aceto, vel adipe ursino. Item cinerem avellanarum cum axungia porci, vel adipe ursi. Item iuglandium putamina usta appone cum oleo, & vino, quod valet præcipuè pro infantibus. Item ranarum cinerem cum pice liquida. Item raphani corticem adhibe, vel rubiginem ferri, vel synapi Item apes siccatas tere cum oleo & cera. Item persicorum nucleos tritos, & coctos in aceto, Item coque abrotanum cum apsynthio, & caput ablue.

*Calvitio* alòés cum vino, vel brasicæ folium affricum, vel nasturtii semen cum oleo & myrrha inunge, vel lilij radicem cum adipe & oleo *Capillos pellit* si primiparæ lacte ungas canis. *Capilli fiunt longi* iuglandium putamina ure, tere cum

oleo

oleo & vino ac unge. *Tenuiores fiunt* fabarum cortice illiti prioribus evulsis. *Nigri*, sambuci acinis illiti, vel viburni foliis in lixivio cocti, vel gallas aquâ sive aceto macera, & illine. *Crescent in loco glabro.* Vitellos duros ovorum coctorum pone in tigillo, & contere, combure, effluet ex illis oleum cui admisce pulverem cornu bubuli usti, & pulverem combusti stercoris bubuli, fiat ungventum Item medullam panis hordeacei in carbonem ustã, contere cum sale & adipe ursi, fiat ungventum. Item oleo dulcium amygdalarum, aut felle porci cum oleo mixto, aut sanguine talpæ, aut lacte canino unge. Item folia salicis cum eupatoris trita illine. *Vt sint prolixiores*, Vertices eorum Lunâ crescente secentur & liniantur succo limonum. Vel uangantur coctis in oleo capitibus lacertarum; aut distillata seminis canabum aqua mixta succo alli. *Decident sine reditu*, Cortices virides iuglandium mixtos cum aqua ardẽte distilla, & dostillatione ista locum fove per triduum vel amplius. Idem facit sanguis noctuæ mixtus cum felle capræ æqualiter. *Densi fient*, Uncti cinere cornuum tauri cum oleo. *Decidunt* gliris sanguine inuncti. *Redeunt* facto ex radicibus lapparum lixivio. *Pilos non sinit crescere*, sanguis soricis aut vespertilionis cum formicis intritus. *A canitie præserbat*, bis in septimana lavare caput lacte canino. *Canos tingit*, cupressus cum aceto, vel lentiscus, vel baccæ sambuci, vel lumbrici tarrestres cum oleo, vel ceram mixtam visco applica, hæc faciet *flabos*.

*Capillorum deflubio*, sanguis testudinis. *Pili crescunt* inuncti trito cornu tauri cum oleo, idem facit decoctum asphodeli in lotione. Item mellis albi unc. sex miscentur cum muscis & bulliant semel & refrigeratione facta illinantur. Item radices lactucæ ustæ cum oleo illinuntur. Iuvant etiam flores genistæ tusi cum oleo. Item aqua dstillata ex semi-

ſemine canabum mixta ſucco allii cum aqua mel-
lis diſtillata. *Cùm adhibentur* ungventa ne pili re-
naſcantur, debent evelli non radi. *Creſcent pili*,
maluaviſcum, piloſolam, trifelium, coque in aqu, &
locum lava. Item mel cum maſtiche mixtum ſoli
expone, fiet ungventum. *Non naſcentur*, herbam
hyacinthum, raphanum, vaccinia, cum vino albo
applica. Item caro putreſcat bubula, vermes col-
liges pone in crudo vino, exſicca ad ſolem, & hoc
ſepties repete. pulveriſa, & applica.

*Creſcunt pili* decoctione perſicariæ loti. *Conſervantur a delapſu*, Myrtho & granis eius, ladano, my-
robalanis, emblicis, belliricis, chebulo, myrrha, a-
loë, gallis, caulibus, oleo myrthino, & maſtichino,
vino auſtero, ſtiptico, aquâ myrthi, planta lini con-
tuſa cum ſemine ſuo & cum oleo illita. Item, po-
tens eſt in hoc radix filicis ex oleo applicata; Item
cortices nucis combuſti & pulveriſati mixti vino ſti-
ptico & oleo myrthino. Item radix & folia ulmi,
ſambucus uſta & cum cera ac oleo confecta. I-
tem ladanum cum oleo & myrtha mixtum. Item
aloë cum vino nigro. Item apes combuſtæ cum
vino nigro ſolutæ & oleo. Item oleum de ovis &
hepar bubulum combuſtum. Item grana iuniperi,
ladanum, abſynthium, capilli veneris, cum vino &
oleo myrthino cocto, tum poſt cocturam maneant
omnia per dies ſeptem, deinde coquantur ad vini
conſũptionem, poſtea colantur cum bona expreſſi-
one, & colatura ungantur radices capillorum.
Item cortices cannarum aduſtarum, granorum myr-
thi, cortices avellanarum ana unc, ſs. abſynthii, gal-
larum, ana dr. duæ, pulveriſata confice cum oleo
myrthino, fiet ungvenſum. Item, nuces cupreſſi
X abſynthii, ladani, ana dr. unam ſs. contere. liga
in raro linteolo, infunde in oleo murthino bulli-
ant ſimul parum; fiet ungventum. Oleum de ovis
*praſervat crines a caſu & renaſci facit;*

Calvitie

*Calvitiei*, Fricetur caput donec rubeat, post fricetur adipe anatis & gallinæ pro nocte, mox cum pice nitro, mastiche, ladano, oleo myrth ino ungatur Valet etiam linitio cum succo, vel melle anacardi, aut cum ovis formicarum, cum oleo muscallino. Item ladani pars una, capillorum veneris quinque, tere cum vino & unge. *Vt in adusto loco nascantur* folia ficûs cruda, aut cocta, terantur & emplastrẽtur. Item hyperici manip. VIII, maioranæ unum, tere cum oleo, & unge.

*Cùm defluunt crines convalescentibus*. Ladanum cum vino & oleo rosato coque ad consistentiam unguenti & unge. Item radices Celii excorticatas combure, coque cum oleo rosarum, unge. Vel in lixivio coquatur semen pulicariæ & lentiscus.

*Alopeciæ*, hoc est, cum pili defluunt propter vitiatos humores Cantharides in oleo coctas ac distillatas unge. Item cantharides ablatis alis & capitibus dissolutæ cum oleo de been coctæ in vase ferres vitreato diu cum spatula agitando, remotis ab igne addatur muscus, vel ambra, fiat unctio. Item stercus muris cum aceto. Item fricetur locus foliis ficûs. Item spuma maris trita cum oleo. Item asphodelorum cum oleo tritorum applicatio. Item cepæ affrictæ cum spuma maris. Item radices cannæ combustæ. Item caput leporis combustum confectum cum adipe ursi. Item radices cydamini combustæ. Item thytimalus tritus affrictus. Item præmissâ purgatione, lixivium ex abrotano factum sit, combustio, in eodem coquatur abrotanum, hoc decocto locus fricetur calidè, & eodem foveatur

*Alopeciæ antiquæ* dfficiles sunt curatu, hoc tamen illis prodest Euphorbii, thapsiæ, vel loco huius semen nasturtii, aut nasturtium, aut etiam semen erucæ ana dr. duas, sulfuris vivi, ellebori albi, vel nigri, ana scrupulum, ceræ scrupulos duos, olei laurini, q s. fiat unguentum. *Tineam & impetiginem* sanat

nat synapi tritum cum aceto. *Canos denigrat*, myrobalanorum nigrorum, & emblicorum, gallorum ana, partes X, ladani pates XX, foliorum & granorũ myrthi, ana partes XXX. pulverisa, cribra, infunde in lib. tribus olei per tres dies, deinde coque ad inspissationem, & line radices capillorum. Item myrobalani, emblici, fallitrici, Indi, triti cum oleo denigrant.

*Pili non nascentur*, picem græcam, resinam pini ana uncia, tartari mastiches, ceræ novæ ana unc, solve in olla nova ad ignem ut incorporentur, extende in linteo, applica pilis, & cvm linteo illas extrahes. Tum coque in aqua sufficiente fel capræ & fecem aceti optimi, ut tantùm pars supersit quarta, ntingantur linteo & loco ita depilato applicentur claudent poros ne ampliùs pili prodeant. Item terebinthinæ unc. sex, aluminis saccarini, sanguinis draconis ana unciam, coque ad ignem miscendo usq; dum pars tertia decedat, fiet smegma cum quo laveur locus pilosus & cadent pili, sed ne renascantur, ngendus sanguine capræ, aut vespertilionis. Fæminis e barba abstrahit pilos fel capri mixtum cum anguine vespertilionis præmissâ priori expilatione; tem locum rade, frica anseris adipe, est efficax. I. em lapidem qui in felle bovis invenitur contere, um vitello ovi recentis unge locum expilatum, non edibunt pili. Item ova formicarum gummi hederæ, auripigmentum, misce cum vino & unge, decdent nec redibunt. Item 24 hirundines in nova lla desicca, misce cum castorei unc. duabus, aceti bi poculo. distilla, locum depilatum unge. Item nguinem ranæ parvæ misce cum cinere caulium aceto. *Nascentur pili*, intra dies octo vel decem, locus oleo tartari calido ungatur. *C dent* aluen, gypsum, salpetram distilla, unge, & si hoc sæis repetieris, non redibunt.

Costæ vide Vulnus.

Corpori

Corpori infixa, vide Vulnera.
Caro mortua, uide Ulcus.
Calli, vide Verrucæ.
Cicatrix, vide Tumor.
Condilomata, vide Sedes.
Chiragra, vide Podagra.
Concuſſiones, vide Plagæ.
Cimices, vide Padiculi,
Calvitium, vide Capilli.
Canitus, vide capilli.
Cancer, vide Gangræna, Pedes, Vulnus.
Criſta, vide Gandræna.
Cutis, vide Vulnus.

## *Caput, Capitis dolor, vulnera & furfures, Hemicrania Cerebrum.*

Capitis dolor ex multis cauſis prevenit, & hoc ipſum poteſt colligi ex ſignis, quæ ponit Tobias Knobloch in Ana. 1 Provenit á cauſa de foris adveniente, qualis eſt ebrietas, ardor ſolis, odor nimius, flatus Auſtri &c. hæc cauſa in ſe ipſa cognoſci poteſt. 2 Provenit á ventriculo. & tum ſimul in ore ventriculi ſentitur morſus, gravitas, compreſſio, & ad ſcopulas extenditur. tum ventriculo ſuccurrendum 3 Procedit ab hepate, tum gravitas in dextro latere naſcitur. 4 A liene, & tum gravatur latus ſiniſtrum. 5 Ab imo ventre, tunc dolet frons. 6 Ab utero, tum graveſcit ambitus ſincipitis. 7 Ex renibus, tum pars affligitur capitis poſterior. 8 Oritur ex febri. 9 A cauſa interna calida, prodit hanc facies rubor & calor, oculorumq accenſio. 10 A cauſa frigida, huius ſignum, faciei pallor & extenuatio: 11 A ſicca, quæ naſcitur ex magnis evacuationibus, venere nimia, curis, labore vigilia. 12 Dolet caput ex ſanguinis copia, & tum

ſimu

simul etiam dolet cervix, & rubent oculi: 13 Propter bilem, tum urget dolor acriter, facies flavescit urina tingitur. 14 Ex pituita lenis dolor nascitur, vultus albescit & pallet, pituita ex naribus & palato multa defluit. 15 Melancholia dum affligit caput somnia terrifica comitantur, tinnitus aurium, mæror, timor, & similia.

*Caput expurgat* universim succus betæ cum aliqua capitali aqua naribus infusus.

*Capiti dolenti*, quidam admovent magnetem, alj summitates salicis, & cum rosmarini modico in aceto ad tertiæ partis consumptionem coquunt, & caput abluunt. Artemisiam etiam cum pane tritam applicant capiti.

*Hemicraniæ*, terræ lumbricos quindecim, piperis grana totidem, contere & ex aceto illine. Vel atramenti scriptorij, cumini, castorei, piperis, succi rutæ, ana dr. unam, aceti dr. ss. alba trium ovorum, fiat unguentum. Vel partis sanæ capitis capillos applica ægræ. Myrepsus. Vel capiti ex capitis parte inferiore canis mortui ossa appone. Vel canis caput combure & cum aceto fronti illine. Vel styracem oppositæ auri impone. Vide Sol vide Tumor.

*Capitis dolorem* statim sedare asserunt, contunde hederam immaturam, exprime succum & frontem, nares, cum oleo rosaceo irriga. *Si ardet caput*, portulacæ folia tusa impone. Vel solanum applica. Vel vitis folia cum aqua mulsa impone. Vel ungvento laurino unge. Vel farinâ coctâ cum aqua mulsa ititor. Vel cyperum tusum cum anserino adipe illine. *Dolor capitis acutus* sedatur, impone capiti lineam scutellam aquâ semiplenam, funde in eam plumbum. Kircher in magnetismo.

Prodest folia betæ applicare temporibus & naso inserere. Vel applica verbenam. *Si doloris causa sit frigida*, nucleos persicorum tere cum aqua betonicæ

aut verbenæ. Vel canis rubri interfecti coque carnes usq; ad separationem ab ossibus, & in tela applica. Vel mastichem sæpè mande. Frontem linias, tempora, cervicem, maioranæ, fæniculi, rutæ folijs contusis cum aceto rosaceo, similiter aloë cum aceto & oleo in quo rosarum aqua diluta, ut evites dolorem.

*Capitis dolor inveteratus*, tormentillæ, gentianæ, pæoniæ grana, abrotani, ana æqu. sumitur vespere & manè dr. una. Vel, ellebori nigri radicem dr. 2. infunde in sex uncias vini per horas decem, bibitur cochlear in lecti ingressu. Vel succum hederæ terrestris naribus. Vel semen dracontii applica. Vel succum portulacæ fronti illine. *Si dolor sit ex rheumate* serpillum torrefactum appone capiti calentem.

*Hemicraniam* sublevat gestatus ut corpus attingat Gagates, & gravior efficitur. Pulvis ad *capitis dolores & dentium distillationes, visus ob surditatem, tussim fetores oris*, Salis libram, cinamomi unc. 4. cardamomi, piperis anethi, satureiæ, hyssopi, origani, pulegij, ana drachmam, euphragæ, sileris montani, utriusq; unc. ß. fiat pulvis, misceatur cibis. *Purgabis caput*, pyrethri, unciam, calami aromatici dr. tres, cinamomi dr. 4. garyophillos duos, tere crassé cum saccaro, involve in nodulo lineo, & in ore detine, per horæ quadrantem manè & ante cænam.

*Furfures pellit*, allium cum melle. Item fel tauri, nitrum, & terra cimolia, vel fici folia cum sale & aceto, vel lilij radix cum melle. Vel urina vetus.

*Capitis ulceribus*, prodest allium cum melle. Item cicer cum melle & hordeo. Item cortex thuris cum nitro. Item folia fici cum sale & aceto. Item lilij radix cum melle trita. Item malva cum urina Item oleum amygdalinum, Myrthæ succus cum aceto rosaceo, & cerussa. Item thus cum ni-

tro. Item thuris cortex. Item urina vetus. Item mentha præcipue pro infantibus.

*Pustulæ capitis*, Portulaca cum vino. Item Sal cum adipe vitulino. Item pileolus ex hederæ folijs. *Capitis prurigo*. Hysopum ex oleo inunctum. *Capitis fasus*. Lini semen cum vino decoctum. Item nasturtij semen cum melle. Itam uvæ passæ tritæ absq; nucleis, & cum rutha impositæ. *Vulnera capitis* Myrrha illitis conglutinat. Item omphacium rosaceum. Item abietis lacrimæ. Item Bursa pastoris. *Calvariæ fractura*, Abietis lacryma. Item Bellij. Item gummi elemi. Item pilostella. *Membranæ cerebri vulnera* Butyrum sine sale. Item oleum ex vitellis ovorum diu frixis.

*Sanguinem sistit e cerebri membranis*, antimonium. Item gallinæ cerebrum in potu sumptum. Item sanguis columbæ. Item thus. Item seminum urticæ pulvis. *Caput & cerebrum confortant*. Amaraci succus naribus infusus. Item Amonium fronti illitum, Item amygdalæ amaræ cum aceto & saccaro illitæ. Item anisum suffitum naribus. Item aquæ marinæ bullientis vapor. Item mentha fronti imposita. Item oleum amygdalinum. Item rutha cum rosaceo aceto illita. Item serpillum coctum adiecto rosaceo; & madefactum aceto Item caryophilli in cibis adhibiti. Item Heliotropij folia cum rosaceo illita. Item mustellarum ustarum cinis aquâ subactus & illitus.

*Capitis dolor ex calore*, Acetum cum rosaceo inpellere aut spongia appositum. Item plantaginis succus ex rosaceo fronti adhibitus. Item lens palustris recens fronti applicata cum aqua Item Aqua è sambuci floribus distillata, & temporibus admota. Item, Solani hortensis, tàm foliorum quàm baccarum succus additô rosacei & aceti modicô.

*Dolor ex frigore*, Amaracus potus & illitus, cai semen, Galanga naribus indita. Item lavendula

Item sampsuchus. Item pulegij decoctum. *Cephalea* est morbus capitis diuturnus, qui facile irritatur ut æger neq; sermonem, neq; motum ferre possit, & quærat tenebras, ob vehementiam doloris, sentiatq; sibi caput veluti malleo concuti. Similis illi *Cephalgia*, sed non ita debilitat. Cephaliam curat cepæ crassior cortex sub cinere coctus, & auri partis dolentis imponitur, super instillatur laurinum ac rosaceum oleum, succidaq; additur lana. Item moschus iuvat. *Hemicraniæ*, quæ est dimidij capitis dolor; Mumiacum amaraci aqua naribus imponitur. Item oleum laurinum illinatur. Item, thuris & myrrhæ pulvis albo ovi exceptus fronti illinatur.

*Caput roborat*, & purgat masticata manè nux myristica.

*Capitis dolori ex causa calida*, flores anethi, camomillæ, salicis, lactucæ, rutæ, violarum, semina frigida maiora, ana manipulum, bulliant in aqua hoc decocto fomentetur caput. Si dolor proveniat partim *ex frigida partim ex calida causa*, Oleum rosatum, acetum, succum rutæ, ana æqu. misce & unge tempora. *Si ex nimio potu*, bibat succum caulium. Item lupulus coquatur & in linteo capiti circumponatur, vel avena cocta in aceto, uel coctum cuminum. *Capitis debilitati* folia & flores rosmarini bulliant in aqua, bibat hoc decoctum frequenter, eoq; lavet caput. Idem præstabit efficaciùs vinum rosmarini. *Dolores mitigat* aqua fœniculi temporibus applicata. Item oleum anethi appone fronti, vel absynthium temporibus, vel fumum tabaci sume. vel amygdalas amaras impone temporibus, vel aquam aut succum verbenæ fronti admove. Item cervisiæ libram, moscatas nuces duas, coque simul, saporem ore excipe, deinde ad lectum te confer. Vide stomachus.

Iuvat e collo appnedere hederam viridem: Item, coque iridem sylvestrem in aceto, & propina. Item

coque

coque rosas adiectâ terrâ nigrâ & unge caput. *Si dolor ex causa biliosa*, coque rosas, cytisū, flores chamæmeli, in hoc decocto pedes & manus detineat, tum cornu cerus urat, & cinerem cum oleo rosarum misceat & frontem ungat manè & serò. Vel nidos hirundinum in aceto coctos applicet capiti, & purgationem bilis adhibeat. Item *dolori capitis* folia ebuli contere cum oleo & aceto, alliga fronti. Item, quod valet & contra inflammationes oculorum, salviam & herbam morellæ contusas fronti applica. Item thus, stercus columbi, farinam tritici anâ æqu. subige ovi albumine si frons dolet, fronti applica, si occiput occipiti. *Capiti refrigerato*, ablue aquâ vitæ calidâ. *Dolori* cinerem cum aceto & oleo misce, & frequenter nares unge. *Gravedinem* tollunt folia ebuli tusa cum oleo & aceto fronti admota.

*Si dolor capitis redit*' fabam coctam misce cum oleo & applica. *Si rupta cerebri tunica*, anetum pulverisatum applica. *Capitis dolori*, pomum excava, imple thure albo, involve linteo madido, coque sub cinere, comede, antequam sit vetus dolor. *Hemicraniam*, sublevant vesicatoria retro aures applicata, attrahatur etiam per nares spiritus salis ā moniaci, hic enim educet per nares materiam morbi.

*Capitis dolori*. misceatur aqūa cum aceto, & oleo olivarum, & hac mixturâ imbutum strophium circum caput ligetur;

*Capitis dolor*, Allium cum fabis coctum, addito oleo temporibus applicatum. Item thus concussū cum aqua rosacea & aceto vini, appositum temporibus. Item, acetum cum aqua rosacea & plantaginis. Item caput oleo synapi unge. *Vide quæ ponuntur sub titulo somnus, ubi de Dolore capitis qui somnum impedit.* Item cervisiæ libram, nuces moscatas duas tritas, coquantur simul, vapor ore excipiatur, & postea æger ponatur in lecto. Item, mas-

 sam

sam panis fermentatam duc in emplastrum, tum sale crassè tuso consperge ac cumino, aut fæniculo vertici capitis impone, & hoc emplastrum repete. Item, ad vellicationes capitis, tere semen canabum, subige ovi albumine, cum aqua rosacea applica. Item, contra sonitus in capite, aliquoties de die anisum edatur nudum, vel saccaro inditum. Item contra dolorem, coque panem siligineum in cervisia, adde modicum aceti, & flores sambuci siccos, coque, & caput supra ollam tene operiendo desuper, & totus vapor caput ambiat ac sudorem eliciat, quem deterge, & hoc ter de die repete.

*Capiti laboribus debilitato*. Panem cum butyro applica, vel tartaricam coctam cum butyro, vel pultes hordeaceas butyro conditas. *Dolor capitis ob solis æstum*, ligetur frons linteo aquâ rosaceâ imbuto, vel succi plantaginis, solatri, lactucæ, portulacæ, aceti partibus æquis imbue linteum, & fac ut priùs, vel ovorum albumen cum aqua rosacea applica. Item, *si ex causa sit calida*, Oleo rosato cum aceto unge tempora. *si ex frigida*, zingiber ex vino bibatur, vel ieiunus mandat calamum aromaticum quantitate avellanæ, idemq; faciat post cænam. Omni dolori prodest portare lapidem de capite limacis ut caput tangat.

*Cerebri morbi* sunt, oblivio, vertigo, apoplexia, epilepsia, & isti sunt ex causa frigida. pro illis remedia. Pæoniæ semen nigrum & rotundum. Radix scillæ in forma cepæ. Cranij humani pulvis. Pæoniæ semen è collo gestatum resolvit phlegma causam mali. Plùs tamen iuvant corymbi eiusdem per os sumpti, sed non dantur debilibus. De cranio maris datur pulvis mari, de fæminæ mulieri, desiccat maximè cum vino sumptus, & ideo citò sanat Viscus etiam quernus è vino bibitur. Alijs ungula prodest. Sed his præstat. Succini albi dr, duas, cranij humani, ungulæ alijs, radicum pæoniæ & semi-

num

num, seminum rutæ, cumini, cinamomi, ana scrup: duos, cinobrij montani scrupulum, auri foliati scrup. ss. margaritarum præpar. coralli præpar. ana scrup. ss. fiat pulvis, dosis scrupulus & plùs cum aqua rutæ vel betonicæ, die proxima a novilunio, si verò addatur saccarum possunt fieri rotulæ drachmam vel ampliùs pendentes, quarum una manè altera vespere sumenda.

*Capitis dolori* succi betæ guttas solùm tres naribus attrache, ut in palato & tum saporem sentias, effluet phlegma crassum.

*Capitis dolori & debilitati*, utriq; auri instilla balsamum, vel pelegij succum aceto mixtum sorbe naribus, vel viscum fronti applica; aut mentham aut spongiam aqua tepente imbutam, aut hederam cum oleo vetere. *Si dolor ex ardore solis*. chelidoniam cum aceto appone, vel papaver tritum cum oleo. *Hemicraniæ*, in oppositam autem impone allium lana involutum, aut balsamum, uel allio cum pipere mixto illine. *Furfures capitis sive porrigines* abluatur, caput apua decoctionis radicum malvæ, vel mixtis, sulfure vivo, nitro, fæniculo, tritis cum aceto, vel unge sanguine testudinis. *Capitis manans ulcus*, postquam maturuit solâ repetitâ ungventi rosacei unctione sanatur.

*Capitis dolori* semen psyllij, semen rosarum, ana. unc. ss. pulverisentur, & albumine ovi subigantur, addatur olei rosati unc ss. misceatur, frigidum capiti apponatur. Item; oleum rosatum aceto mixtū applica. Item, quartam partem unc. zingiberis ex albo vino.

*Capitis dolor si ortus ex accensione solis*, semen papaveris albi cum aqua rosacea tere, & fronti ac temporibus alliga. Vel inverso poculo sincipiti appone aquam frigidam. *Si doleat ex ebrietate vini*, folia brassicæ grandis in aqua infusa alliga. *Si ex acuto humore collocato in ore stomachi*, ut fit in bili-

ſis, comedat, & vomat. *Si ex cauſis mixtis* pule-gium coctum in aceto applicetur, vel hedera immatura fundatur, & ſucco nares, fronsq́, irrigetur adiuncto roſaceo tepido. *Si ex vento*, fiant ſuffumigia ex herbis calidis coquendo illas in vino rubeo, & vaporem per os ac nares ſumendo. *Si dolor ſit antiquus*, ſecetur in fronte vena, vel inter pollicem & indicem manũs.

*Frontis dolor*, ſi vexet, caput verbena involve, omnis dolor tolletur, vel ſemen dracontij, Rutham cum ſale & melle trita frontem unge: vel oleo in quo coctum ſemen aut flos anethi. Item ſuccus hederæ cum vetuſto lardo inungatur, vel mentha cõtrita fronti applicetur. Vel viſcus ex arboribus enatus tritus fronti imponatur, humores extrahit. *Hemicraniæ*, cineres radicum caulis, urticæ maioris & brioniæ, ex his fiat lixivium quo caput ſæpé abluatur. Svadet Petr. Hiſp. ſi dolor ſit in parte dextra, pectinem habendum de cornu dextro arietis, ſi in ſiniſtra de ſiniſtro *Capitis dolor inveteratus*. Tormentillæ, gentianæ, pæoniæ grana, abrotani, ana æqu. tere, ſumat drachmam mané & veſpere. Item radicum ellebori nigri dr. duas, in vini unc. ſex macerentur decem horis, ex hoc bibatur unum cochlear in lecti ingreſſu eſt efficax. Item maſtiches unc. ſs. alóés dr. decem, agarici dr. tres, ſubige betonicæ ſucco, fiant pilulæ, ex his poſt cænam horis duabus ſumat duas aut tres, non ſolùm capitis dolores ſublevant, ſed etiam ſtomachum roborant.

*Capitis dolor quicunq́, etiam hemicraniæ*. levatur. ℞ Alóés optimæ unc. ſs pulveriſa, electuarii de gemmis, tritum ſantalorum; roſarum rubrarum ana. gr. tria cum ſyrupo abſynthij & violarum, fiat maſsa, detur dr. una, horâ unâ vel duabus ante cænam. Vel accipiat cochlear plenum ſucco ruthæ cum melle & ſale, miſceat, inungat caput, aut accipiat nucleum Perſici terat cum aceto, aut oleo ro-

ſarum

sarum, & ungat caput. Vel in lixivio coquat betonicam & abluat caput, calefit hoc modo caput, & sensus roborantur. Lenitur etiam hic dolor universaliter. violas martias contere in mortario, & succum exprime. aloës libram sume, ex succo isto sexies imbibe, in umbra toties resiccando. Emplastrum ex betonica, sive ipsa herba prompte succurrit. Vel ex crasso siligineo pane fac tabellas, exsiccа, consperge cremato, & plantis pedum applica.

*Capitis dolor cum catharro*, non invadit, si fides Hiero. Mortuo Myreballo, si caput tondeamus.

Lunæ die 7. vel 17. vel 27. cuius quidem ratio non apparet, nam nec Luna istis diebus in eodem aspectu cum Planetis semper, nec in ijsdem signis. quod si hoc est. Ergo al. quando die 6. 9. 10 11. erit in ea constitutione in qua aliquando. Ergo 9. 10 11. &c. id præstabunt quod 7. 17. 27. & cùm his diebus non semper in ea constitutione erit, non semper præstabit quod Mantuus promittit. hæc obiter. quæ tamen contra plura similia varia valent.

*Furfures capitis cessant*, si amygdalas amaras cum aqua & aceto capiti affricueris. hoc est amygdalas amaras decortica & cum aqua, vel aceto affrica, cum verò post hoc siccati fuerint capilli aquà calidâ ablue. *Capitis dolores*, tollit sertum mandragoræ, *antiquos* autem emplastrum de semine synapi. *Vt unquam doleat*, sumunt aliqui tres pilulas fabæ magnitudine ex aloë & succo caulium.

## Catharrus. Cutis abrasio, Rheumatismus Distillationes.

A Catharro præservat odor Maioranæ. Præservat & aqua eiusdem in potu sumpta.

*Catharri descensum in pectus*, retinet succinum, in pecto-

in pectore gestatum. *Catharrus si vocem occludat*, ut vix loqui possis, lapidem Turcicum cæruleum projice in aquam, illâ aquâ os lentissimè prolue, quia est vehemens. *Catharrus retinetur, ne* in fauces ac pectus fluat, limace vivô totô in mortario tritô, & vertici applicatô, vide Phrenesis.

*Catharro succurit* esus pomi crudi in aceto macerati. Vel odor frequens cubebarum, aut pulvis in cibo sumptus. Vel thuris grana tria cubitum eundo posita in ore. Vel cuminum & lauri baccæ tritæ cum sacculo calefactæ, & capiti suppositæ. *Catharrum suffocativum*, solvunt guttæ aliquot spiritûs tartari sumptæ in iusculo. Catharro succurrit rosmarini suffitus.

*Catharro liberat* cortex pomi aurei coctus, naribus impositus. *Phlegma educit*, si quod nigrum est in galla teneatur in ore. *Catharrus in pectus si descendit*; chartam crassam unge sevo, poteris & pipere aspergere, applica. *Catharrus mitescit*, fumo chartæ, vel sulfuris, vel succini.

*Si cutis morbo aliquo decessit*, adipem porci coque & despuma, tum in aqua lava, ut fiat candidus, habebis ungventum. *Catharrus & humores frigidi*. Turbith album, senam, rhabarbarum, ana, stipites agrimoniæ, carduum benedictum, ana dr. duas, misce, fiat pulvis, sumatur manè dr. una ß. in iusculo tepido. Item, pyrethri, costi, ana dr. duas, piperis albi drachmam, fiat pulvis, ex quo modicum naribus attrahatur. Item lotio pedum coctis ramis & foliis salicum in aceto.

*Si phlegma caput occupavit*, Chamomiliæ decocto lava caput. Item marrubij duos manip. albi, coque in aqua & in lecti ingessu bibe scutellam calidã. Item succi caulium lib. tres, mellis duas, coque simul ad aliquam consistentiam, ex his sume quantitate nucis manè & serò. *Si ex pectoris infrigidatione*, semen lini, fæni græci, pulverisa, bulliant in

n butyro, pectus unge. Item pulveres radicum
enulæ in mulso vel cervisia bibantur. Item rot-
æ ex glyciriza continuò adhibitæ multùm iuvant.
tem conserva rosarum. Item decoctum ex ficubus,
yssopo, glyciriza, uvis passis, hordeo. *Vt ex glyci-*
*iza facias spirulas,* ℞ non nodosam neq; veterem
lycirizam, absterge, purga, & malleo bene contun-
le, coque in lib octo aquæ farfaræ, veronicæ, sca-
iosæ, & hyssopi uncia sed bona ebullitione, dum
b igne removetur bene tegatur, dum refrixit cole-
ur, deinde leniter effunde aquam donec ad colorē
ervisiæ, vel ferrugineum devenias, tum alteri vasi im-
one & calidis cineribus, aut lento igni, donec e-
aporet aqua, quæ tamen bullire non debet, & ad
onsistentiam quasi mellis deveniat. Tum gummi
ragaganthi unciam ad unam libram glyciriçæ, in
qua rosacea solve, deinde bene misceatur gummi
n aliquo vase cum illa extractione, adde libram
ccari triti, forma quod voles. Proderit mire pe-
tori, detinendo in ore ut liquescat. Item crema-
um bonum accende in scutella fictili affundendo
itum saccarum, aut mel, & sume. *Catharro suc-*
*urrit,* diæta & vigiliæ, item hordeum cum saccaro.
tem iusculum carnis cum borragine; Item electu-
rium papaveris, aut syrupus violarum. Item, Di-
olibani, pomum ambræ, diamuscon, diacomperson.
tem aquæ distillatæ, tabaci, addatur saccarum, &
napi tusum ac cribratum, maneant simul per du-
dies, sumat æger quotidie aliquot guttulas, expu.
, est optimum.

*Catharrus asthma inducens,* purgetur corpus pilu-
s, victus sit tenuis, potus decoctum ligni sancti, cū
turæ catonali apponatur ne aqua in pectus deflu-
t, per quam nitri, euphorbii, veratri nigri, adar-
e, castorei, pyrethri, piperis, staphisagriæ, picis ari-
æ q s, olei sycionii parum, vel mellis anacardini,
isce, fiat ceratum applicandum, possunt addi cā-

tharides, renovandum quotidie. Item ſulfuris vivi
ignem non experti. ſaccari candidi, ana. dr duas ſs.
miſce, divide in quatuor partes, capiat unam in ovo
ſorbili manè ſex horis ante prandium. Interim
purgetur corpus pilulis de agarico, vel cochiarum,
vel extracto de Agarico, de colocynthide, quód an.
tè poſt aſſumptionem pulveris, faciendum. Poteſt
etiam ille pulvis dari cum ſyrupo de hyſſopo, vel
liquintiæ, vel oxymelle ſimplici, ſumpto de illis co-
chleari, & fiat ſæpiùs

*Catharro cuiq.*, Iva artetica in Maio ponatur in
olla nova plena vino albo generoſo. coquatur ad
tertiæ partis conſumptionem, ubi refrixit, coletur,
ſume cum ſyrupo quotidie, vel dictam Ivan ſicca
in umbra, pulveriſa, miſce cum therebintina lota
octies, forma pilulas, ſume duas mane. *Catharrum
purgat,* ſalſæ parillæ, ligni ſancti, ana unc. duæ, ſe-
næ una, pugillus aniſi. infundantur in albo vino
per 24. horas, quotidie mane ſumitur unum po-
culum per dies ſeptem initio prandii. Qui timeret
ne illi hæc potio hepar accenderet, ſumere priùs de-
beret aliquid aquæ, aut modicum panis in aqua tin.
cti, poſt quatuor horas corpus evaeuabitur, pro cat-
harro ſufficiunt duæ menſuræ huius potûs, pro do-
lore verò articulorum quinque, interea abſtineat
a rebus ſalitis, lacticinijs, fructibus. *Rheumatiſmo* tin-
ctura baccarum iuniperi per ſpiritum vini elicita. vel
radix conſolidæ majoris tritæ & cum ſpiritu vini ap-
plicata.

*Catharrum ſolvunt,* per ſternutationem folia vi-
olæ Romanæ in Maio naribus impoſita. *Diſtillatio
nibus,* Amaranthi coma cum vino albo ieiunis da-
tur. Item bituminis ſuffitus. Item butyri uſti fu-
ligo. Item faba maſticata ſine cortice ac fronti il-
lita. Item hyſſopi decoctum cum ficubus, aqua, mel-
le & ruta, propinatum. Item myrrha illita naribus.
Item myrthi folia trita ex aqua illita. Item Ovi cã.

didum

didum cum thure fronti impositum Item sulfur, salvia. Item balneum ex aqua salsa pectoris defluxiones coercet. Item garyophillorum suffitus, aut gūmi iuniperini, aut vernicis siccæ, vertex capitis oleo succini inungatur. *Catharro in pectore*, Olei anethi guttas duas vel tres immitte saccaro, & per noctem in ore pone. *Catharrum*, tollit comestio ficuum in lecti ingressu. Item maioranam concide minutissime, & pone in libra cremati, & soli expone bene clausum per dies XV. ex hoc duo cochlearia manè, duo sume vespere per dies 4. continuos. Dicitur prodesse & decoctum radicum Asari Item. *si ex causa frigida est in capite*, radix Angelica per 24 horas detenta in vino, quod bibatur. Item suffitus fiat ex succino vel ligno rosmarino. Item cubebas maceratas in cremato sume manè. Item zinziber tritum cum glycirriza mixtum & hyssopo, impone in vinum, mane bibe, pro vino potest substitui mulsum. Item frequenter pulvere utatur rosmarini in potu vel cibo. *Catharrum educit*, vitriolum album aquâ solutum, & pennâ naribus leniter inunctum. *Catharrum evomes* si corticem vel caudam acrioris raphani masticaveris, & compresso manibus stomacho os versùs terram inclinaveris.

## *Castitas.*

Aqua retundens Veneris impetus in hunc modum conficitur. ℞. Terræ sigillatæ unc. tres, seminis agni casti unc. 1 ß. Ruthæ, Nymphææ, lactucæ, Papaveris albi, ana unc. 1. Canabis, acetosæ, portulacæ, endiviæ, millii solis, ameos; coriandri præparati, ana dr. sex. Raddyctami albi, cynoglossæ bistortæ, ireos florum ana unc. ß. santalorum omnium, magisterii Saturni, Camphoræ, ana. dr. tres. Herb. absynthii Pontici, menthæ crispæ, burfæ pastoriæ, taraxac, verbenæ, Fol. salicis; ana dr. duas incidantur & conterantur quæ oportet, infundantur in digestione per octiduum; postea in B M distillentur, dosis a dr. 1 ad 2.

Castis

Caſtis prodeſt in emplaſtro cicuta appoſita, vel crematum, vel acetum, inunctio olei in quo ſoluta camphora, Flores ſalicis & populi comeſti, gladioli inferior radix bibita, verbena applicata. Farina fabarum emplaſtrata, pix cedri inuncta, columbina, herba, hyoſciami ſuccus, illitus. Nocent verò omnia acria, ut baccæ lauri, radix ſatyriorum, feſtuca comeſta, lapis ſcinci in cibo vel potu ſumptus, vel ſalpicis geſtatus: vel drachma medullæ pardalionis in potu, muſcus cum vino illitus, fel apri &c. Proſunt addictis caſtitati. Anethi uſus aſſiduus, Canabis ſemen largius ſumptum. Lactucæ ſemen potum, Nymphææ radix continuò pota. Portulaca, Ruta in potu aut eſu. Viticis ſemen, Camphora renibus ac infra illita, Iaſpis de collo appenſus ut corpus tangat. Inimica ſunt, Aniſum, Bulbus eſculentus. Coriandri ſemen modicum potum Coſtus cum mulſo. Crocus. Dracunculi maioris radix cum vino pota, Lini ſemen, Farina piperis ex melle.

Hoſtis caſtitati, Mentha, Naſturtii ſemen, Borrica capitati ſemen, Rapi ſemen potum, Garyophilli, Caſtaneæ, Ciceres, Galenga. *Minuit hæc incendia,* ſi per menſem poſt cænam uncia ſumatur ex hoc quod ſequitur; & aqua ſtillititia nymphææ tres partes unciæ ſuperbibantur. ℞ Conſervæ Nymphææ lib. ſs. Conſervæ roſarum unc. tres. Conſervæ florum fabarum unc. duas, ſeminum lactucæ, coriandri, Endiviæ, Portulacæ, Anethi, Cucumer. ana dr. 4. ſem. canabum dr. quinque, ſem. Ruthæ dr. tres ſs. ſem. agni caſti unc. ſs. laſerpitij dr. duas, Flor. viol. dr. duas, cicutæ dr. ſs. ſem. hyoſciami ſcrup. duos. Cinamomi dr. tres pulverum flor. ſalicis unc. ſs. omnia pulveriſentur tenuiſſimè. & excipiantur ſyrupo de Nymphæa, fiat confectio. Scaliger aſſerit caſtis non prodeſſe Camphoram, ſed eum Zacutus refutat, & ait non habuiſſe veram in qua ille fecit experimenta. Vitio contrario debilitatis ex

XX.

XX; vitellis ovorum fiat iusculum cum modico vini & saccari, lambat tepidum, dormiat. Iuvat castos unctio gummi iuniperi, aut succi verbenæ. Incitamenta mulierum turpia fumus agni casti ab infra sumptus.

## Cauterium sive fonticulus si concrevit.

Apertâ cute in loco eodem, vel etiam non apertâ, inspergatur pulvis canthari dum mixtus cũ pulvere euforbii, & globulo apprimatur, desuper verò imponatur emplastrum de Meliloto, & hoc repetatur.

Cerebrum vide Caput.
Concussio vide Lapsus.

## Colica Iliaca; Nephritica

Colicam patienti non exhibenda purgatio ante clysterem. 2. venæ sectio prodest. 3 Cùm applicatur enema revolvatur æger supra locum doloris. 4. Pro leniendo dolore prosunt enemata facta ex emollientibus, ex anodynis, ex carminativis, quæ tam diu repetenda quousq; materia inferioribus intestinis inhærens tota detrahatur. 5. Sed ad minimum inter unius & alterius enematis applicationem sex horæ medient, 6. Detur oleum amygdalarum dulcium cum dulci vino malvatico, vel aliquo iusculo. 7. Medicamenta quæ dabuntur ægro sint actu calida sed potestate temperata. 8. Dolor sedatus si recurrert, non adhibendæ purgationes, ne a remotis partibus attrahatur materia. 9. Fomenta non sunt adhibenda nisi præmissis universalibus 10 Balnea prosunt. 11 Dum colicam curamus videndum ne hepar accendamus. 12. Si colica procedat e flatibus, discutiantur flatus, si ab humore macilaginoso; hic

evacue-

evacuetur. 13. Sitis in dolore prodest, atq; etiam cibo abstinere, utile est. Vide Pituita.

Colicam patienti nisi adsit febris, dantur vini malvatici dr. 2. olei vitrioli Rom. dr. quinq;. Vel linteolum tepenti aquâ vitæ imbutum applicatur. Vel unctio fit oleo vitrioli Romani. Vel viscum quernum loco applica. Vel rade calvariam hominis in sincipite ubi est quid simile cruci, ex hoc pulvere minùs quâm drachma datur ægro, evomet potenti vomitu morbum.

Aliqui supra patientem colicam appendunt radices hyosciami, aliqui contra hoc malum deferunt umbilicum infantis in annulo argenteo, alij se induunt corio crudo lupi, vel quod est certius, sumat æger theriacam cum vino bono tepefacto, & superdormiat. Aliqui in potu sumunt lupi stercus. Alij partem terræ conculcatam ab animalibus, qualis ante præsepe solet esse, bene calefaciunt, & ventri applicant.

Raphanus crassè concisa coquitur in vino intra ollam clausam, vinum calidum ægro propinatur, ipsa verò raphanus applicatur aliquoties umbilico, felici successu. Simili successu pulverem dentium contusorum lucii piscis dr. unam in unc. aquæ seminum cardui benedicti exhibent. Aliqui calentis bubuli stercoris in cervisia calida propinant, & supra hoc iubent sudare ægrum.

Prodest illinere umbilicum oleo garyophillorum, *si ex fletu sit colica.* Aliqui in hoc malo glandes edunt quernas. Alij vesicam implent lacte caprino cui incoctum est cuminum, & calentem loco apponunt affecto, & hoc iterant. Zibetum quantitate pisi stomacho impositum iuvat plurimum, si calens e clibano panis illi superponatur, tam diuq; incumbat ventri æger donec panis refrixerit. Vel sume caliculum olei, cochlear mellis aut saccari, duo cochlearia iusculi ex carne vel pisi non saliti, calefaciat & ieiunus sumat, deinde venam brachij partis affectæ

aperiat.

aperiat, sanguinis emittat X. vel XII. uncias, & si non remittat dolor, iteranda sanguinis missio. Colicam statim cessare affirmat Myrepsus. Brassicæ succi cyathus cum vini veteris uncia bibatur. Iuvat papaver in *Pulverem* redactum sumptum cum aqua endiviæ.

*Colica*, urinam viri libra, terebinthinæ unc. duæ, theriacæ dr. duæ, misce, calefac, fiat enema. Item, umbilicus infantis siccatus, & in iusculo aut vino exhibitus, non solùm sanat, sed & præservat. Sed verò dandus est masculi, fœminæ fœmellæ. Item cochleam tere integram cum vino, adde myrrham, & parùm ex hoc potu sume. Item colocynthides siccatas impone clysteri. Item fimum gallinaceum ex aceto aut vino propina.

Prodest brassicæ semen contusum cum iure carnium coctum, & comestum. Prodest castoreum. Item cervorum iuvenum tenerrima cornua cremata in novo fictili, contusa cum pipere & myrrha. Item succitri triti duo cochlearia ex tepente aqua per triduum a ieiuno sumpta. Item bibat aquam chamomillæ, vel decoctionem seminum canabis, vel pellem modò arieti detractam applicet.

Item, Sal, vel avena optimè calefacta aceto conspergatur, & in linteo applicetur, deorsum quasi abstergendo. Item columbum ferè adhuc implumem suffoca in vino albo, & coque ad dimidias, fortiter exprime, bibat iusculi tepidi poculum, addatur clyster. Item, panem ex farre, & ovis quæ cum testa in aceto iacuerunt ad eius solutionem.

*Colica ex ca[illegible] calida*, statim sedatur epotâ fontanâ aqua copiosâ. Item, pudendum tauri in pulverem redige & scrup. in malvatico sume. Item urinam pueri impuberis & incorrupti calidam unc. 8. cum melle despumato bibat. Item olei terebinthinæ distillati drachmam in aqua vitæ vel vino bibat, quod etiam contra pleuram valet. Item stercus ru-

bri bovis frixum in oleo applicet in linteo. Item stercus canis albi pulverisatum pone in oleo, bulliat per dimidium quadrantem miscendo, postea illo umbilicus calido ungatur, & linteis calidis involvatur, & incumbens æger ventri dormiat.

*Colicæ*, decoctum raphani ex vino detur per aliquot dies mane. Item hederæ seminum drachma detur in vino vel iusculo. Item, cicada pulverisata sumatur in vino. Item pulvis ex cranio humano. Item stercus caninum in vino, Item fiant clysteres. Item, anisum, cuminum, agaricum, absynthium, centaurea minor, gentiana, ana æqu. pulverisentur, subtiliter, drachmæ duæ dentur in vino. Item aqua malvæ, vel decoctum scabiosæ cum melle bibatur. Item, præmisso enemate, vinum album, oleum, ana unc. quinque, butyri recentis unc. tres, saccari rubri unciam unam ss. addi potest anisum vel anethum, carum, macis camomilla, absynthium. Si hoc non iuverit, ponatur ventosa supra ventriculum. Item pulvis agarici aut coriandri bibatur in vino. Item applicetur fænum græcum, Item baccæ iuniperi aut decoctum menthæ bibatur vel oleum cum malvatico bibatur, aut in enemate detur. Item pulveres rosarum sylvestrium in vino aut cornu cervi præpar. drachma. Caveat a somno multo. Sed valde efficaces lapilli percarum pulverisati, & quantum apex cultri capit in calida cervisia poti. Item nervum bovis in furno exsicca, fac pulverem, sume quantitate iuglandis in vino albo tepido. Item radix caulis Ital. capucio pulverisata sumatur in iusculo, quod valet contra pleuram. Item ☆ baci manipulus coquatur & in clystere detur. Item striæ glaciei quæ in Martio dependent e tectis distillentur, aqua inde profluens est præsens remedium. Colicam tollit datum in clystere iusculum in quo decocta sunt allij folia & stolones, dum interea venter ab extra calefiat. *Colica pituitosa & flatulenta* pellitur, si plurima

rima buxi folia teneriora in vino albo infundantur colentur; & colatura calida bibatur. Tollit etiam hunc morbum vinum in quo per 24 horas ænula campana posita fuit. Pro *Colica nephritica*, ℞ olei amygdalarum dulcium unc. duas, vini albi, aquæ parietariæ ana unc. tres, spiritûs salis & terebinthinæ ana guttas quatuor; fiant duæ doses; una post aliam horis tribus.

*Colica efficaciter* mederi aiunt, later igni candescat, tum linteo madido involutus pedibus ægri bene cooperti apponatur, mox lac caprinum fervefactum fundatur in vesicam bubulam & quàm calidissimum umbilico ægri superponatur, & ut laxetur bibat aliquãtum olei. Vel, baccas lauri decem, grana piperis septem opopanacem magnitudine ciceris, in aqua bulliant, & calida bibantur.

Aliqui mandibulam lucij tritam iu potu exhibent. Vel Radicem lappæ maioris, dulcem quære, decortica, in minima scinde, salem admisce sufficientem; exprime liquorem, bibe.

*Colica & Iliaca*, magnetem impone umbilico, vel unge oleo succini. Vel cancrorum lapides novem, garyophillos aromaticos novem, in vino calido lectum ingressurus bibe, & suda. Item, cardui benedicti gr. XI contere, & in Rhenano vino bibe vespere, ac suda. Vel umbilicum infanti abscissum gesta, ut corpus attingat. Si stercus aridum bubulum æger in iusculo sumpserit, statim sanabitur. Gesner. In colica dextri lateris circiter decem grana cumini ieiuno stomacho edat.

*Colica oritur* ex ventis in intestino conclusis, qui si involvant intestinum *Iliacam* passionem seu volvulum efficiunt. Eam compescit decoctum bismalvæ ex melle & butyro recenti haustum, lapides etiam omnes in capitibus piscium reperti triti, & epoti ad idem valēt. Vel unc. duas mannæ, olei amygd. unc. quatuor, in iure gallinarum præbe. Vel fimum putridum ex stabu-

lo, ubi plurima est iumentorum urina, torre fac cum oleo & applica, iuvat citò, alligatum lupi stercus cruribus aut pectini, si sit recens: si vetus, in vino vetere solve! Vel stercus columborum tritum coctum emplastra. Vel baccas lauri, rutæ, ana dr. duas, cumini unam, calefactas igni applica. Vel betonica sumatur cum aqua tepida. Vel pulvis coralli cum aqua pluvia bibatur.

*Pro colica*, sume duo pocula aceti, pone in eo baccas lauri tritas, quas bis apex cultri potest capere, stercoris succi equini recentis ut tertiam partem aceti æquet, bibat calidum, est efficax, *Dolores colicos & nephriticos* præcavet, Raphani corticum unciam coque, ossium mespilorum dr. duas, blande conquassa, & in vini albi unc. 4. macera horis octo, cola, & tepidum propina in egressu lecti, iteretur potio Contra colicam, baccarum hederæ non bene maturarum unc. duas, florum anthos unc. unam triferæ magnæ unc. unam misce, dosis, drachma cum vino, vel mellis libram bene cocti, manum amygdalarum amararum, contusas incorpora cum melle tepido addendo aliquãtum aquæ vitæ & cinamomi unc. ss. dantur tria cochlearia, datur hoc electuarium per tres annos. Item membranas nucum in vino calido quantum bis apex cultri capere potest.

Ad *colicam* valet & *calculum*, in vinum acidum pone herbas quæ rumpunt lapidem. *Ad colicam* pullum qui incipit pennas emittere, coquatur in dimidia mensura olei ad dissolutionem, coletur, ex hoc bene calido fiat clyster. item, quod semper successit exime albumen totum ex ovo, & imple locum eius aqua vitæ & cynamomo, ac cum vitello misce, bibe tepidum. *A colica in futurum liberat* decoctum menthæ per tres dies sumptum *Sanat colicam* quasi statim, detur tabaci pulvis cum vino generoso, & cum redibit dolor, iteretur pulveris sumptio. Vel umbilicum siccum pueri masculi pro mare, fæmellæ pro

fæmina

fæmina, in pulverem reduc, & propina in albo vino calido. Vel cardui stellati aquam propina. Item, centaureæ minoris radices, flores, frondes, exsicca, bibe in vino calido quantum bis apex cultri capere potest.

## *Constipatio. Suppositoria. Tenasmus. Laxantia.*

Constipatio, si sit lenis, ova tria sorbilia ante prandium sumantur, ante cænam verò quinq; pruna Damascena. Vel ℞ seri lactis caprini lib. duas, salis, & mellis modicum, hæc ante cænam sumantur. Si constipatio sit durior, Mannæ unc. unam ex iure pullorum ante cibum sume. Si sit durissima ℞ folliculorum senæ unc. tres, infundantur in infusione rosarum solutiva per horas 24 exprimantur, addatur passularum de coryntho lib. una & cum saccaro, quod erat expressum, igne lento coquatur, huius cocturæ sume unc. unam vel duas ante cibum.

Vel clyster tepidus ex butyro & oleo unc. X. iniicitur. Vel, salviam coctam priùs solam, deinde cum pingvedine porci coctam & mixtam inungunt uentriculo. Cardan. de prud. iubet genua fortiter inflectere, ac sæpiùs concutere. Vel balanum supponere. Vel comedere mercurialem demptâ radice. Vel blitum edere cum oleo & sale. Alij servant uvas sambuci siccas, & cum opus est, in modica quantitate cum lacte vel calida cervisia sumunt. Veсoque malvam cum butyro in aqua, hanc mane edat æger absq; pane. Vel folia sambuci maialia siccentur in umbra, ex his modicum sumat ieiunus cum vino, utile stipticis mane propriâ salivâ, vel oleo ventriculum ungere. Constipationem quidam solvebat manuum digitos alternè complicando, & ita sitos diutiùs retinendo, vel si hoc non profuisset, utrâq; manu amplectebatur genua, & sic manebat per dimi-

diam horam. Solvit duras constipationes passerum stercus in potu sumptum. Item bacillum involve charta crassa, illam verò imbue smegmate cum cervisia, fiat suppositorium.

*Suppositoria fiunt*, vel ex lardo pingvi, vel caseo salito, vel, stercore muris, vel decoquatur mel cum sale modico, & in lapidem politum effundatur ut induresçat, satis autem coctum est cùm non diffluit lapidi superfusum.

Adhiberi debent suppositoria, cum Luna est in cancro, scorpio, vel piscibus. Sed glandium frequens usus hemorrhoides causat. Vel serum lactis, præcipuè caprini bibat. Suppositorium bonum est, vitellum ovi recentis, cum sale in minutissima concide, & in linteo tenui magnitudine avellanæ involutum ac filo religatum merge in terventi oleo: inde extracto calente utere. Vel mel ad spissitudinem decoque misce cum farina triticea, & butyro non salito, forma suppositorium, tinge in oleo, utere. Vel sal magnitudine fabæ linteolo involutum albumine ovi tinctum. Vel radix betæ, vel lardi particula.

*Stipticos*, iuvat nudis pedibus æstate inambulare per pavimentum aquâ conspersum, & frequentius in prandio bibere. Vel religa ventrem herba rapastro. Pro *tenasmo* fit syrupus ex succo spinæ cervinæ, colligantur hæ baccæ maturæ in fine Octobris succo expresso addito mel vel saccarum, deinde mastiche, vel zingiber, anisum, vel cinamomum, dosis uncia, cum vino vel aqua cinnamomi. Contra constipationem, Aceti lib duas, foliorum senæ unc. tres, saccari rubri unc. duas, uvarum passarum orientalium unc, unam, prunorum damascenorum unciam, tartari albi dr. tres, corticum cedri dr. unam, infundantur omnia in aceto per horas 24 in loco calido postea modice ad lentum ignem bulliant, tum percola. Vel herbam panem porcinum contunde; stomacho applica;

plica; *Constipa-*

*Conſtipationi ſuccurres*, ſalviam coque, poſtea conterere cum adipe porci, & rurſus coque ut fiat unguentum, quo umbilicum illine, citò ſolvet. Item abſynthium cum melle vel ſaccaro ſumptum, ſed ſi cũ vino & aceto poteтur, ſiſtit. Item ſumptæ in cibo amygdalæ amaræ, vel aſparagi cocti. Vel butyrum largiùs potum, vel recens caſeus ſine ſale ſumptus, vel cucurbitæ coctæ expreſſus ſuccus cum melle & nitro exiguo, vel in excavatam cucurbitam infuſum vinum & in ſole retentum & ſæpe mixtum, leniter movet alvum Item cyclamini ſuccus illitus umbilico, ventri, & coxis. Item felle pannus tinctus ac ſuppoſitus Item ficus tuſæ cum nitro & croco ac manducatæ. Item melimela. Item oleum cum ptiſana potum. Item piſcium recentium ius ex vino potum, vel cum aqua, oleo, & anetho. Item polium potum. Item unguentum roſaceum potum. Item malvæ folia cocta cum oleo ſale & recenti butyro. Item manna. Item olei amygdalini libra ſs. pota. Item aloë. Aqua cum melle. Lini ſeminis decoctio in clyſtere.

Betæ albæ radix melle ſaleq; illita, & ſuppoſita. Caſtoreum potatum alvum mollit & flatus pellit. Item umbilicus ſæpè ungatur ambrâ liquidâ, Item fiat ceratum ex parte una ladani puriſſimi, duabus ceræ, leniter movet, calorem fovet, flatus diſſolvit coctionem promovet, maximè diſſolvit flatus melancholicos. Vel electuarij lenitivi uncia. Vel olei recentis uncia una ſs, cum calida cerviſia bibatur. Vel fruſtum ſalis gemmæ ſupponatur, & alvum & urinam movebit, ſed priùs inunctum oleo, vel mellis unc. ſs. myſelidræ, hoc eſt, ſtercoris murium, vel loco eius, paſſerini dr. ſs. fæni græci drachmam, fiat pulvis, admixtô melle coquatur in maſſam, fiat ſuppoſitorium.

*Suppoſitorium* eſt bonum ex pulvere nigellæ & butyro bene ſalito. Vel fiat tubulus longus digitum, impleatur butyro, & eô in ventrem impoſitô, impel

latur butyrum lignea pistillo. Vel hora dimidia ante prandium uncia ſs. florum caſſiæ aut mellis roſati ſolutivi ſumatur tribus horis ante, bis in ſeptimana ſyrupus roſarum ſolutivus. Aut ante prandium, pruna cum folijs ſenæ cocta, aut ante prandium unc. ſs. mannæ calabrinæ, coctæ cum modico iuſculo, aut per ſe.

*Conſtipationi* decoctum mercurialis bibat cum mulſo, aut decoctum prunorum Damâſcenorum. Aut ſuppoſitorium fiat ex alumine lanâ involuto, aut comedantur gemmæ ſambuci coctæ. Aut cum lacte capræ mulſum bibat. *Vide ſub titulo Purgantia.* *Conſtipat* oleum calidiſſimum, maſtiches, myrrhi, berberes, porcinum, vinum berberis.

Cordiaca vide Cor.

## Cor. Præcordia. Cordiaca.

Cor ſi doleat, ſucci bugloſſi ad ignem depurati unc. duas ſaccari albiſſimi dr. duas per dies 10 in lecti ingreſſu tepefecta bibantur. *Cor ſi tremat*, cornu cervi in bono vino aqua roſacea mixto madeat & vinum iſtud bibatur. *Tumori circa cor*, butyrum & oleum conſperge cineribus & cortice pini, fac ungvẽtum. Vel hyſſopum, dyctamnum lelenium, tere cum melle & butyro, fiat unguentum.

*Cordis palpitationi* pultes hordeaceæ craſſæ coctæ per linteamen applicantur. *Roborat cor.* ℞ magnetis dr. duas, auri unc. 4. argenti dr. 4. aniſi unc. duas, macis, cinnamomi ana. dr. unam, ſaccari candidi lib. 2; ſuperfunde vinum optimum, de quo deinde ſumendum. Ad paſſiones cordis, murem combure, miſce cum vino bono, inſperge herbam cetronellam, applica cordi.

Item, *pro palpitatatione*, camphoram ac piper miſce, & ex oppoſito cordis applica. *Dolori cordis* confert. bugloſſa, meliſſa, roſæ ſiccæ, ana. dr. duas, coralli

ralli albi & rubri, cortices cedri ana drachmam; camphoræ drachmam, pone in sacculo, & cordi applica.

*Præcordia*, absynthium tritum cum aceto & appositum. Vinum cum Dauci radicibus. Trifolium acetosum, Borago in vino sumpta: Thus. *Cordiaca*, garyiophilli sumpti in cibis. Cinamomi aqua, Lilium convallium. Moschus potus atq; illitus. Mumiæ gr. 4. ex aqua menthæ sumpta.

*Cordis tremori*, Lilium convallium. Moschus, Myrthi baccæ Lavendulæ, aqua stillatitia. Melissa in sacculo calefacta applicetur cordi.

*Cardialgiæ.* Conservæ rosarum recentium unc. duas. Spec. arom. ros. Gabriel. scr. duos, piperis albi scrupulum. est efficax.

*Cordis tremorem* sistunt, grana piperis XXVII. flores nucis moscatæ, cortices pomi aurei, crocus: terantur simul, & cocta in malvatico bibantur. Vel de collo appendat particulam camphoræ. Vel bibat tres uncias aquæ buglossæ. *Cordis affectionibus* succurrit unctio sub mamilla sinistra oleo de corticibus pomi citrini.

*Præcordiorum tumori*, farris duæ libræ, lini, siliquæ, contundantur, & in mulsa cocta applicentur calida. Vel poma cydonia cocta illinantur. Vel fiat balneum ex aqua marina. Vel ocymum illinatur. Est morbus infectiuus, & si catulum lactantem applicueris in illum transibit, ait Serenus. *Cordis dolori* masticetur cuminum & succus degluriatur. *Palpitationi* Oleum laterum in vino. Vel duæ guttæ olei cinamomi aut garyophillorum, in ore detineantur, est efficax. Item pulvis perlarum, aut Zedoariæ sumatur. Item nucis moscatæ unc. ss. cubebarum domesticarum unc. duas ss. cinamomi unc. duas ss. fœniculi unc. ss garyophillorum unc. duas ss. baccarum lauri unc. tres, pulverisa, misce, & in aliquo potu vel cibo sume. Item lignum aloës pulverisatum

rifatum in iuſculo ſumatur. Vel quintæ eſſentiæ roſmarini gutt. 4. in iuſculo, uel aqua borraginis cum eiuſdem floribus. Item ſacculum cum pipere & camphora cordi applica.

## *Corporis partes diductas constringit.*

Semen oxylapathi tritum imponatur. Vel gallâ in aceto macerato, deinde ſiccatâ, tritâ, locus elutus primò, aſpergatur, Vel gallarum, ſumachi plantaginis, conſolidæ maioris, aluminis, chamæleæ ana. æquivalenter coque in aqua pluuiali, & corpus foveas. Vel gallas, gummi, albumen, draconis ſanguinem, plantaginem hypociſtidem, balauſtios, lentiſcum, cupreſſi nuces, vini acinos, maſtichem, terram lemniam, in vino rubro vel aceto coque, & corpus foveas. Solius alchimillæ decoctum, vel ſuccus idem præſtat. Carnem excreſcere non ſinit cicuta cum aceto appoſita. Item alumen ſciſſile, gallarum omphacidum ana cum vino impoſitum. Adſtringit etiam ſæpiùs illitus ſuccus cichorij. Hedera contuſa recolligit corpus. Vel cotem tritam inſpiſſa cum aceto & fac linimentum calidum. Vel cuminum cum aceto & melle mixtum appone. Vel gallas, bolum armenum, terram ſigillatam, ana. æqu. cum aceto. Item aqua ſtellariæ cum hypociſtide ſæpè illita. Item unge frequenter ſucco cicoriæ. Adſtringunt acini botrorum putrefacti in loco frigido & humido per dies decem, diſtilla per retortum, prodibit oleum in goſſypio adhibendum. Item e terra tinctorum fac emplaſtrum, maneat per diem, tum ſuperpone ſpongiam aquâ frigidâ tinctam efficatiùs erit, ſi gallarum immaturarum pulvis apponatur. Coercet excreſcentiam aqua marina, Fabarum tomentum illitum. Fex vini recens, Menta cum polenta appoſita, Triticei furfures in aceto decocti, Cancri fluviatiles crudi triti, Caſtaneæ tritæ & cum aceto appoſitæ

positæ emolliunt. Item aquam ſtillatitiam aſteris A-ttiei propina, vel in eiuſdem decocto corpus pone. Item pars frequenter humectetur ſucco cichoreæ; Iſem alumen crudum, gallas orient, bolum armenũ, ſeccam gummi, ana. æqu. forma placentas cum a-qua & modico vitriolo.

Item myrrhæ, thuris maſtiches, auripigmenti, a-loës, gallarum cupreſſi, gypſy, roſarum ſiccarum, mortellæ, corticum granatorum, cornu cervi aduſti, ariſtolochiæ ana. drachmam, fiat pulvis ſubtilis im-ponendus, & lavetur vino rubro. Item alumen roc-a crudum vel uſtum, maſtix, auripigmentum, ſan-guis draconis ana. uncia, vitrioli duæ, terantur & cum aqua fontana fiant placentulæ, ſiccentur in um-bra. Item acetum album bulliat cum limatura cha-lybis & taxo barbato, lavetur locus. Item vinum rubrum coquatur cum frõdibus ſorbi, lentiſci, mor-tellæ, ſemine coronei, cortice rubi recentis contuſo, mane & ſerò calidum applicetur per triduum, & poſt quamvis horam 24tam applica ſequentem placentulam, pro qua ſume, alumen, ſal gemmæ, ana. dr. duas, ſanguinem draconis, maſtichem, ana. dr. duas, cum ſucco rubi forma placentulas. Item coque pulvil-lum in aceto forti, in quo ſit libra gallæ tritæ, cri-bratæ, unc. tres aluminis rocca, applicetur calidiſſi-mè, ſanguiſugas apponant & poſt eas albumen ovi in ſtuppa.

Crapula, Vide Ebrietas.
Cruditas, Vide Ebrietas.
Cutis abraſio, Vide Caput.
Contractura, Vide Laxatio.

## Deliquium, Debilitates.

Patientis *deliquium* digitus annularis auro & cro-co fricetur, vel duo pocula parva aceti roſacei, & ovorum albumina, miſceantur, his linteum im-

butum

butum omnibus arterijs applicetur.

Pro *deliquio* & *cordiaca* nuces avellanas, aut iu-
glandes cum corticibus in fermento modico pone,
combure in fornace figulorum, puero datur ſcrup.
unus, alijs plus cum iuſculo cicerum. Deliquium,
*ſi ex ſudore ſit vel calore*, ſaccarum rubrum aquâ con-
ſperſum roſaceâ, cum aqua frigida ſumat. Pro deliqui-
o coctum in aceto pulegium naribus applicetur.

*Deliquium* cucumer olfactu revocat. Item pule-
gium cum aceto naribus inditum Angelicæ radix in
pulverem trita. Borraginis decoctum ex vino. Ga-
ryophillorum olfactus. Cinamomi aqua, Lavendu-
læ aqua vel pota vel naribus indita.

*Debilitates diſcutit* oleum laurinum illitum. Bac-
cæ lauri. Unguentum ſampſuchinum. Acetum ſcyl-
linum ieiunis datum, primò exiguum, poſtea largi-
ùs. Ficus ſiccæ, Primulæ veris ſtillatitia aqua. *Cor-
roborant membra* folia querna trita & illita. Amyg-
dalæ dulces *impingbant*, & præſertim earum cremor.
Pinei nuclei. Contra *deliquium* duæ guttæ olei cina
momi, vel garyophillorum in ore teneantur. Item,
cor hædi aut uervecis ſcinde per medium, elue bene
deinde in aqua roſacea foue, & taleolas oblongas ſe-
ca, ac in vaſe vitreato cum garyophillis nullô addi-
tô liquore pone, vas ne perſpiret claude, pone in
furno, dabitur ſuccus manè; ab ægro bibendus. I-
tem pulegium tritum cum aceto naribus apponatur,

## *Dentes, Gingivæ, Dentifriciá.*

Candorem dentibus reſtituunt affrictæ combuſti
panis hordeacei micæ, ſed ſvavitatem oris lædũt,
iuvat & affrictus coralli rubri tuſi, & cornu cervi,
Aluminis aqua & ſalis diſtillata dentes inalbat. Sed
optimum eſt oleum ſulfuris, quod lævigat & maculas
excerpit omnes; ſed quia eſt vehemens, addatur aqua
florum myrthi, pro uſu accomadatur lignellum quod
dentem

ientem ambiat, illudqe oleo tingitur ac dens frice-
ur, ne tamen oleum ad gingivam pertingat nam,
eam ureret ac dealbaret, hoc opus aliquoties repeta-
ur.

*Dentes franguntur absq; dolore*, lacrymam hederæ
hormij, piperis, ana. unc. unam tere & insperge
lenti. *Sine dolore extrahuntur*, aluminis scissilis &
otundi ana. dr. unam, Phormij dr. duas, Calci-
hidri unc. unam, mycios, minij, ana. dr. unam,
uis dens oblinatur. Suapte excidet, oculum vitis al-
æ reprime & denti impone, cerâ alba muni. Item
ine dolore eximitur, pyrethri radicem contusam in
cerrimo aceto per dies quadraginta macera, supra
grum dentem funde, sed alij cera priùs involvan-
ur, post horam manu eximet dentem. *Gingivas fir
nat & sanat* dens caninus ustus & tritus, deinde
n aceto coctus quod in ore est tenendum. *Erosi
entes* alumini scissili cum myrrha & melle fricentur.
*Dentes ne atterantur suadent* dentis calpium ex
gno persicorum. *Dentes frangit putres* hedera in
axo nata vel muris, denti indita, cæteri verè
unt muniendi cera.

*Gingivæ dum inflammantur*, aquâ putrida vg. ex
mo equino melle additô os proluatur, intra duas
oras cessabit dolor. *Dentes dealbat*, cortex iugla
is ab interiori cuticula mundus, & fricentur den-
s aliquoties in die, deinde vino calido cum sale
uantur. Vel salis purgati triti libram, luminis gla
alis unciam, distilla in alembico, huic aqæ tan-
undem adde aquæ plãtaginis, intinge gossypium, fri
a dentes.

*Dentes firmantur* Olei sulfuris unci tres, syrupi
amoron, mellis rosati roseti, terræ sigillatæ, fiat
electuarium & dentibus affricetur. Item folia len-
isci, parùm aluminis rocca, coque in vino, post co-
ctionem retine in ore. *Dentifricium* utile, ros-
marini cinerem in linteolo affrica. *Stabilit* decoctio

lens

lentiſci, detenti in ore. Item collue decoctione calidâ cardui, vel radicum hyoſciami, aut ſucco granatorum. Item, collue aceto ſcyllitico, in quo poſitum eſt cornu cervi uſtum. Item collue vino in quo cocta ballauſtia. Item gallarum roſarum, cypri, ballauſtiorum, ſummachi, ana. æqu. pars una aluminis pars dimidia, liniatur dentium radix & gingivæ *Dentes ſi ſtupeant*, Nucleorum nucis, ſeminum portulacæ, amygdalarum aut avellanarum, ſume partes æquas, fit dentis frictio. Item iuvat ſtringere dentibus medullam panis calidi, caſeum aſſum, vitellum ovorum calidum, baccas lauri *Dealbantur*, caput leporis combure, miſce cum fæniculo albo & oſſibus ſepiæ, frica. Item cornu capræ combuſtum affrica, quod etiam ſtringit gingivas laxas. Item cornu cervi combuſtum, aut pulegium. Item hordeum & ſal aſſatum. Item nitrum, oſſa dactylorum & ſepiæ.

Præ cæteris verò pumex ignitus & in vino albo extinctus bis, tertiâ verò vice relictus ignitus donec refrigeretur, tritus & ablutus. fricentur illo dentes ſed etiam non combuſtus efficit dentes candidos. *Dens abſq; dolore extrahitur.* Emplaſtra dentes fermento per dimidiam horam, poſtea tange ſanguine lacertæ, cadet. Item dentem ſcarrifica & fermento circumpone, ſit ita per dimidiam horam, tum vermem Campe, adhæret ille foliis caulium, appone dentes ne tangat alios, cadet. ſed ſi dens eſt de ſuperioribus, ſolent accipere vermem de ſuperiore parte folij, & econtra

*Dentes firmat & gingivas eorroſas*, Gallarum partes duas, myrrhæ unam; corticum mali granati, & ireos; ana. partem ſ. coque in aceto & frica gingivas. Item dactylos, & nucleos olivarum combure, adde aliquid aquæ cucurbitarum. *Dentitionem* iuvat butyrum cum melle. Item aſſum leporis cerebrum affrictum. Item cornu cervi in aceto coctum

& ori

ꝛ ori illitum. *Dentes purgat* Cochlearum crusta cremata, item cornu cervi in cineres ustum. Item purpura usta. Item atramentum sutorium. Item malvæ radix sicca posita per diem in aqua, & madenti chartâ involutâatq; sub cinere ferventi decocta, & iterum siccata, ac in dentifricio adhibita. *Dentes si fœteant* fricandi salviâ. *Dentibus* allium sub cinere coctum quàm calidssimum applica. *Dentibus fricandis* convenit cinis cornuum cervi. Vel ungula porci, uel testæ ovi cum vino, vel bulbi. *Firmandis*, os sæpè frigidâ proluere.

*Si vacillent*, thus, masstichen, corticem pomi granati, pulverisa, tum os ante somnum bono vino elue, & dictis pulueribus crustulæ panis iniectis frica.

*Dealbantur*, Maioranam, radicem ireos & saccarum pulverisa subtiliter, & frica dentes. Vel usto & trito cervi cornu, in aceto macerato, intra linteolum excepto idem fac. aut cinere rosmarini. Aut lapillis ex torrente pulverisatis. *Si stupent* mastica portulacam, vel betæ radicem, vel sale frica. *Firmat* succus berberorũ in ore detẽtus, item decoctum radicis fragorum in vino nigro austero. *Purgat*, Baccarum iuniperi lib. quinque confringantur per horas XXIV. infundantur & fiat potus. *Dealbat* garyophillorum unc. ſs, corallorum rubrorum, balaustiorum, pumicis, aluminis usti, gallarum, acaciæ nucis mosc: ana dr. 3. cyperi pumicis cardamomi salis ammoniaci, salis miacralis salis gemmæ ana. dr. duas spicæ nardi, ligni aloés, nucum cupressi, costri spodij vel seminis myrtillorum ana. dr. 1. fiat pulvis, fricentur, tum vino mixto laventur.

*Dentes firmat, gingivas incarnat*, Rosas siccas, consolidam maiorem ana. unciam, boli armeni, sanguinis draconis, corticum nucum ana. lib. ſs. aluminis adusti drachmam, corticum granatorum dr. duas, myrthæ unam, coralliorum rubrorum tres coque in vino albo ad consumptionem quartæ partis

tene-

gene calidum in ore mane & ſerò. Item, Corallorum rubrorum partem quartam. pyrethri conciſi tenuiter & in linteo ad ignem ſiccati, pulveriſati, pars una: maſtiches & macis pars dimidia, parum ſaccari, miſceantur, pulveriſentur, dentibus affricentur, dealbabuntur prӕterea dentes, & dolori eorum ſuccurretur, ſed pulvis aliquamdiu tenendus in ore. *Dealbat* oſſa ſepiӕ, corticem limonum ſaccarum candidum, alumen uſtum, pulveriſa, miſce, frica.

*Dentium dolorem ex cauſa frigida ortum* lenit, decoctum ſynapi in ore detentum. *Dolorem dentium* tollit flos matricariӕ & folia contuſa atq; denti applicata, & auri ex eadem parte impoſita.

*Dens abſq; dolore excidit*, Colocyntidem ſylveſtrem tritam & in aceto infuſam coque in aqua donec mellis acquiras craſſitiem, ſcarificatam gingivam unge hoc medicamento, claude interea os per modicum tempus, digito extrahes. Item diſtilla ſal ammoniacum, & aquâ iſtâ dentem illine. Item radix hyoſciami nigri & dolorem aufert, & dentes frangit. *Dealbat & firmat dentes*, Corallia rubra, alumen rocca uſtum, cornu cervi uſtum, vitriolum romanum uſtum, ſal coctum. ana. ӕqu. fiat pulvis ad fricandos dentes. *Denti cavo* pilulam ex opio impone, excidet. *Dentes firmat*, Semen ſtafiſagriӕ, granatum, parum ſalviӕ & roſmarini coque in vino, & calidum in ore tene. Item ſorba acerba & pruna ſylveſtria coque in vino, quod deinde in ore detine. Item bis ter in menſe lava puerorum urina. *Cadent dentes* tomentati calida radice iuſquiami. *Dentes firmat*, frondes lentiſci, roſmarinum, ſalviam. infunde in vino generoſo duro, tum igne lento diſtilla, aqua firmat & dealbat dentes. Item, ſalviam, urticam, roſmarinum, malvam, cortices raphani, glandes, ana. tres manip. flores ſalviӕ, roſmarini, olivӕ, folia plantaginis, ana. tantundem, Hypociſtidis,

is, marrubij, apices ruborum, ana. manip. duos; orum myrthi libram, seminis eiusdem lib. ſs. deoſis nondum apertis cum ſuis ſtipitibus manıp. du. s, ſantalorum, coriandri præparati, corticum ceri ana. dr. duas, pulveris cinamomi dr. tres, nuces cupreſſi decem, pineas virides quinque, bolum rmenum orientalem, & maſtichen dr. duas, conunde, pone in infuſione per triduum in vino nigro auſtero, & leviter exprime, tum in alembico one ad lentum ignem, diſtilla. in aquam quæ inde prodijt, pone duas uncias aluminis. *Denti ex cauſa frigida dolenti* applicetur allium in aceto coctum, prodeſt etiam radix aſparagi applicata.

*Dealbat dentes* cornu capræ uſtum, aut pulegium cum ſale frixo tritum, vel hordeum cum ſale aſſatum affrictum, *Dens abſq; dolore extrahitur* Vel ſal ammoniacum diſtilla in alembico, aquâ tinge dentem, excidet. Vel diſſolve ammoniacum in ſucco iuſquiami unge dentem.

*Dentes albos conſervant* putamina ovorum, Corallorum, rubrorum ana. dr. tres, fili ſerici albi in olla nova incinerati dr. duæ, cinnamomi dr. duæ, gryophillorum dr. una pyrethri dr. duæ, fiat pulvis, dentes mane & veſpere fricedtur. Vei cornu cervi uſti in olla ad cineres redacti unc, ſs. maſtiches Chiæ unc, unam ſs. ſalis ammoniaci dr. ſex. fit *dentifibium. Evellit dentes* inſperſus cinis lumbricorum terreſtrium, aut ſtercoris murium, vel cervorum. *Dentes dealbat* cinis roſmarini linteolo involutus, ac immerſus vino albo, tum frequenter affrictus dentibus. *Dnntes ſi frigore obſtup eſlant*, nucleum perſicorum maſtica. *Si vacillant*, glandium dr. unam, gallarum dr. ſs. aluminis uſti, ſucci acaciæ ana. dr. ſs. folia roſarum rubrarum manip. ſs coque cum vini rubri lib. duabus, elue ſæpè dentes. *Dentes infantibus facile prodeunt* ſi gingivæ cerebro leporis ungantur, *Dentes dealbat* carbo vitis

quæ nondum fructum tulit. *Dentes confirmat* affrictus cornuum cervi ustorum. Item radix millefolij detenta supra dentes. *Excidunt* perfricti radice chelidoniæ, aut nigri ellebori. *Conservantur*, aquæ rosarum unciam, aluminis rocca unc. ſs. corallorum rubrorum præparatorum dr. unam, misce, frica dētes mane.

## Dentium dolor gingivæ.

Dens si doleat, appone alumen tritum, radices herbarum, Germ. bertram & natter, ana. æqu. addito melle. Item emplastrum applicatur venæ per quam dolor in dentem descendit. ℞ resinam, vel picem, & igni solve, adde pulverem aluminis, & gallarum fiat emplastrum, hoc præcipuè ualet cùm dentes superiores dolent.

*Dens absq; dolore dicitur excidere*, si radicem asparagi siccam illi imposueris. *Contra dolorem verò præservat* rosmarini masticatio, vel corrigium hirci collo illigatum. *Si dolor oriatur ex dentis erosione*, seminis hyosciami, porri ana partes 4. seminis cepæ duas, ure, & fumum in dentem mundatum mitte per infundibulum, idem iuvat, *si propter vermes sit dolor* sumuntur etiam pulverum pyrethri unc ſs. piperis nigri dr. una. zingiberis dr. duæ, in aceto vini colantur, & coquantur, fit ablutio dentium, vel betonicæ, salviæ, origani, petroselini, bursæ pastoris ana. manip. 2. Radicis acori vulgaris unc. duæ Radicum catdoparti unc. una sandataci unc. una scorpsarum ſs. mixtis cum aceto dentes eluuntur. Denti afflicto sal ustus apponitur in linteolo.

*Gingivæ si tumescant ac mandibula*, coquat malvas in aceto aut vino & tam diu retineat applicatas donec frigescant, & de novo imponat calidas aliquoties. *Contra dolorem dentium* piper contusum cum vino teneas in ore, aut coctum in vetere cervisia

ſta. Vel radices ficcuum florum flaverum qui creſcunt in prato, priùs tamen aquâ ſine loꝛa & ſucco expreſſa, huius ſucci cochlear expreſſum naribus inſuſum, præſervat à dolore dentium; Vel Heraclij, eum, aut camphora in cremato, & goſſypio excepta detineatur ſupra dentem. *Dolorem pellit* ſpiritus ſulfuris & therebinthi partes æquales denti imponantur, vel auri ex eadem parte.

Vel cepam excava, impoſito pipere trito, claude, involve charta craſſa humida & ſub cineribus aſſa, ſuccum exprime, & guttam denti afflicto appone in goſſypio. Vel mellis parum vivo carboni ſuperpone, & fumum ore aperto excipe. Vel candelam cream extinctam fumantem ori inſere. Dentibus ſuccurrit certò. *Si doleant ex frigida cauſa,* Oleum caryophillorum in goſſypio impone. *Si ex frigida,* camphoram in cremato ſolutam ſimiliter appone. Vel pingvedinem ranæ impone denti: Vel peuce-danum cavato impone, & ſtatim dolor ſiſtetur. Phil. Muller. *Si in dente ſit defluxus* ℞ Sennæ pulveriſatæ dr. unam caſſiæ, mannæ, ana. dr. unam Cremoris tartari dr. unam, aquæ cinnamomi q. ſ. fiat bolus. Vel betonicam, ſalviam, alumen in aceto vini coque, & calidiſſimis dentes prolue. *Contra dolorem dentium,* radicem marrubij maſticet ieiunus. Vel ex bufone terreſtri oſſa tibiarum eximantur, ſindentur, ijſq; dentes fricentur, ſtatim dolor ceſſat. ſunt meliores tibiæ poſteriorum pedum, & debet cruentari gingiva, poſſunt ex ſicato bufone exhibi. Vel reſinam liquefac cum pulvere aluminis & gallæ atq; arteriæ temporali ſupra dentem affectum calidum pone per dies aliquot. Vel, allium iris dr. unam, myrrhæ unam, coque in vino donec inſtar mellis craſſeſcat, unge dentes. Item limatura cornu cervi coquatur cum aqua, hâc dentes laventur. Item ſanguinem criſtatum galli gingivis inunge. Item decoctum radicum prunorum ſyl-

vestrium in aceto vel cervisia abiectâ nigredine exteriori, isto aliquoties in anno os prolue. Dentium dolore quidam se liberavit in perpetuum sæpiùs urinam propriam in ore retinendo. Item invat Camphoræ dr. unam, aquæ rosaceæ dr. 4. aceti poculum, coque & tene in ore tepidum.

*Dentium dolor ex quacunq; causa.* Radix lapati acuti in vere collecta, ante germinationem, exsiccata, denti applicetur. Idem præstat sed remissiùs radix lappæ. Si dolor sit ex distillationibus, decoctum radicum urticæ maioris cum allio & modico nucis moscatæ rasæ & croci in cremato & aceto æqualiter sumptis, calidè in ore teneatur, humores detrahit & si cum aliquo dolore ab initio. Sed præstat decoctum serpilli. Dentibus cavis oleum garyophillorum dr. unam in quo solutus camphoræ scrup. ß. in gossypio applicetur, omnem dolorem aufert. *Si dentes cariosi,* madefac duos digitos, & insperge pulvere lacertarum aquaticarum exenteratarum & calcinatarum, in Aprili & Maio collectarum, apprehende dentem, *facile evelletur.* Dente etiam mortui hominis si dens vivi sæpè fricetur, tandem frustatim cadet. *Fluxiones in dentes* impediuntur, si temporibus applicetur emplastrum de gummi elemi vel mastiche calefactum, & inter scopulas cucurbita apponatur, deinde galla in aceto cocta detineatur in ore per dimidiam horam.

Item pulvis gallarum in succo radicis pyrethri decies aut sæpiùs imbibitus & exsiccatus subigatur fermento, & fiat globulus, qui denti afflicto imponatur dentes firmat, vermes necat, fluxiones delapsas ad gingivas extrahit. Calendulæ succo si os proluatur cum tantillo vini vel aceti calidi iusculi, præsentaneo est remedio, idem facit folium emollitum digitis & calens denti appositum. Dentes afflictos pungere radice malvæ quæ unum caulem habet, utile est. *Dentium dolores non patitur* qui illos bis abluit in mense vino in quo cocta fuit ra-

dix

dix tytimali. *Vermes occidit* intra dentes affrictus carbo rosmarini.

*Dentium dolor cum tumore maxillæ.* Urticæ mortuæ radices & folia trita bene coque in aceto, & capite operto halitum coctionis ore aperto excipe effluet materia, & dolor cessabit. Item vaporem origani dum coquitur excipe ore.

*Facilitat ortum dentium* si gingivæ butyro melle mixto fricentur, aut cerebro leporis. *Ne doleant unquam dentes,* coque limaturam cornu cerui in aqua vel vino in olla nova, tene balidam in ore. *Dolor cessat,* prolue os aceto scyllitico, aut decoctione foliorum ruthæ cum oxymelite. Item decoque in aceto pyrethrum, hyssopum, aut radicum eringij tene in ore calidam decoctionem. Item piper tritum cum salvia tene in linteolo in ore versus partem affectam. Item radicem chelidoniæ pone supra dentem. Item allum cum thure & teda coctum in ore detentum. Item radices alteæ cum aceto coctæ. Item asparagorum sylvestrium decoctio. Item chelidonij maioris radix cum vino. Item colocynthij purgetur & cum aceto & nitro bulliat, & in ore detineatur Item hyssopi decoctum cum aceto. Item elleborum, aut gallarum nucleus impositus. Item lacertæ iecur exeso denti imponitur. Item pini folia trita & in aceto forti cocta, & in ore habeantur. Idem fiat cum decocto radicum plantaginis Idem cum decocto platani cortice in aceto. Idem cum pulegij viridis herba cum melle, vino, & sale cocta. Idem facit pyrethri radix in aceto cocta. Item rhois gummi dentibus cavis inditum. Item lumbrici cum oleo cocti & in contrariam aurem instillati. Item unguentum rosaceum prodest initio, Item Andelicæ radix mansa & denti cavo imposita. Item, calthæ siccatæ pulvis dentibus immissus. Item iuniperi resina, vel baccæ ex vino albo coctæ in ore calidæ detentæ. Item

decoctum ex lavendulæ floribus, cinnamomo, fœni-
culi & esparagi radicibus, fiat oris collutio. Item
mastiche mandatur cum cera odorata. Item mille
folij recentia mandantur folia; aut radix, & sub den-
te afflicto retenta. Item nasturtij succus calidus in-
stillatus in aurem partis dolentis. Item uitriolum
in ore detentum.

*Dentium dolori* ceræ fumum immitte. Item cum
hyosciam semine ceram flavam misce & fac denti
suffitum. Item iuvat fumum thuris dente excipere.
Item oleum iuniperi immittere. Item radicem ro-
smarini coctam in vino masticare. Item tusum pi-
per coque in vino, & modicum rasuræ cornu cervi
appone, & os prolue. Item lignum rosmarini re-
duc in cineres & dentes frica. Item mel calidum
in ore detine. Item fiat decoctum ex granis XII
piperis longi in optimo vino, & ex sex baccis la-
ri contusis, bulliant ad tertiæ partis consumptionem
hoc vino calido os proluatur. Item decoctum hys-
sopi sicci ex aceto. Item decoctum portulacæ cum
vino albo. Item piperis dr. duas. radicum urticæ
& maioranæ unciam, florum rosmarini manip. bul-
liant ad tertiæ partis consumptionem, his decocti
os eluatur. Item denti imponatur theriaca. Item
mel, sal, acetum, simul bulliant & in ore calida
teneantur. Item teda pinguis in bono aceto coqua-
tur & in ore detineatur. Item piperis longi gra-
tria nigri gr. 4. croci scrupulum opij gr. sex, sci-
dantur & grossè terantur, ac in poculo vini albi bul-
liant ad consumptionem tertiæ partis, tum adde pi-
& adhuc bulliant parùm, tum impone opium,
modicissimè bulliant, in hoc decocto gossypium
tinge ac denti impone. Item pulverem vitrioli c-
que in aceto & riga dentem. Item bulliat lima-
tura cornu cervi, hanc calidissimam tene in ore.
Item allium tere cum sale, succum exprime, & m-
tum aceto, impone denti. Item urticæ radicem

ne

ste in ore; *Dentium putredinem*, aufert decoctum betonicæ ex aceto, uti simile hyssopi decoctum dolorem.

*Dolor statim cessat*, piperis longi grana tria, nigri gr. 40 croci scupulus, opij thebaici gr. sex crassè terantur, & in poculo albi vini coquantur, postea crocus dictus addatur, & bulliant ad consumptionem tertiæ partis, tum piper, & bulliant parum, tum opium & solùm ter vel quater ebulliat, in hoc decocto tinge gossypium, pone supra dentem.

Item *Dentium dolori*, opij unc. moschi, ambræ ana. scrupulum: Garyophillorum; cinamomi, ana unc. unam ss. succi cydoniorum, aurantiorum ana. unc. sex terenda terantur, addatur croci orient. unc. ss. ponantur in phiala clausa ad solem per die XXX quotidie miscendo, fiant pilulæ quantitate piperis, ante somnum detur una vel eadem dentis applicetur, statim sanabit. Eadem sistit dysenteriam, rheuma, urinæ continentiam, somnum adducit digestionem iuvat, soluta in aqua vitæ herxijs applicatur. Item allium contusum applica. Item ossa mortui de collo gerat. Item vinum, salem, mulsum ana. æqu. in ore detine. Item suffuniga thure cum ceparum semine. *Præserbat* si fricentur pulvere radicis rosmerini & urticæ. *Dolor ne redeat*, XX folia hederæ pone in vino vetere, adde pugnum salis, coque ut folia sint mollia; quam calidissimum tene in ore. *Dolorem tollit & gingibas incarnat* sal, præpar. alumen rocc, ana. libram, terantur distillentur cum dens scarrificetur ligni rosmarini & dicta aqua in ore teneatur. Item matricaria tusa. Item emplastrum, Belzoini, Storacis ana. unc. duas, Laudani, Ammoniac ana. unc. una ss. Cranij humani pulverisati dr. una ss. gummi elemi unc. ss. thercbinthi Veneti unc. ss. macis pulverem dr. tres ss. misceat massa cum liquatis liquidis in mortario æreo calefacto, pistillo ferreo. Item malum apium sub ci-

nere coque, pulpam miſce cum pulvere croci, & modico oleo roſato, applica denti bis vel ter in goſſypio, tum oſſiculum perſici calefactum optime involve goſſypio, pone in aure, intra diem ſanabitur. *Cum os intumuit ex dolore dentium*, radicem porri non tranſplantati coque in aqua adde axungiam porci coctam in vino, & applica.

Dentitio. Vide Puerorum morbi. Dentium dolorem mitigat cinis nicotianæ applicatur in linteolo cum aceto.

*Contra dentium dolorem* ſurculos quernos coque cum aceto in olla clauſa aceto pars aquæ tertia addatur, coque ad tertiæ partis conſumptionem, deinde in ore detin. Item, fit ſuffimentum ex ſemine iuſquiami. Item avena bulliat in cervifia, quâ calidiſſimâ, ut fiant puſtulæ, os eluatur, avena ipſa faciei extra apponatur, ſequetur tumor, ceſſabit dolor.

*Dentium Vermem* occidit, candelam facito ex cera & ſemine iuſquiami aut ceparum per infundibulum, accenſo immitte fumum in dentem, id repetatur,. Vel roſmarini cinere dentes frica.

*Dens cadet* Farinam tritici impaſta cum ſucco tytimali, aut chelidoniæ, & imple dentem cavum *Dentium dolori*, coque canabes, & vaporem ore aperto excipe. Vel decoctum violarum ex vino in ore teneat. Vel mandat oleaſtrum. Vel cum vino & nitro piper tepidum appiicet, quod etiam ſanat linguæ vulnera. Vel ungat lactæ capræ, aut felle tauri, vel acetum in ore teneat, vel mandat rubos. *Dentibus exeſis* fimum muris uſtum inſere, vel cinerem dentis cervini extincti in aceto, vel cinerem lumbrici. *Dentis dolor intra dimidiam horam ſanatur*, piperis & ſulfuris tuſi partes æquales, ponantur in nodulo, cui duo caliculi cremati ſuperfundantur, & ardeant quam diu poſsunt, nodulus eximatur & calens denti imponatur. Item ceram flauam cum pulvere garyophillorum miſce, & ſutucæ capitis in

vertice

vertice applica, sudabit cera, & materiam defluxurã extrahet. Item semine hyosciami supra chartam extende, ceream candelam accensam inclina ut guttæ ceræ in semina cadant, quæ collige, & supra carbones pone, fumumq; infundibulo dirige ad dentem, fiat id per horæ quadrantem, semper nova semina cum cera apponendo. Item Angelica naribus admota, & masticata iuvat, & pulverisata immissa denti, *si dolor ex causa frigida.*

*Dentes cùm stupescant,* in vino albo coque salviam rosmarinum; nuces cupressi, cortices granati, radices pyrethri, garyophillos, coque ut megietas exhalet, aliquoties os prolue & bibe. *Non dolebunt dentes* Radices & folia titimali coquantur in vino albo ad consumptionem tertiæ partis, sume in os aliquoties quovis mense. *Dolores sedat* carlina masticata, & in ore portata. Item folia hederæ, sambuci, ana, 12, grana pimentæ totieem cum modico sale, coquantur in vino rubro antiquo, & coctura in ore teneatur calida. Item spolium serpentis in aceto coque & applica. Item purgatô corpere pilulis cochiæ, vel aureis, diversiones fiant ligamentis aut frictionibus, tum allium teratur & ligetur supra pulsum lateris dolentis: deinde adhibeantur collutiones oris prohibentes calidum defluxum. Aqua rosacea & acetum cum decoctione rosarum myrthi, hyosciami, & similium, ad hoc faciunt. Acetum in quo serpentis spolium coctum, est efficax. Item in quo cocta sandaraca prohibet rheumatismum in dẽtes & gingivas, stringit illas, & dolorem prohibet: Item gallæ & solatrum in aceto coctum. Trohisci ad fricandos dentes affectos & gingivas, Aluminis dr. 4. piperis dr. tres seminis hyosciami cum aceto, & ponantur super dentem. Trohisci seu pastilli, sunt medicamenta in formam rotæ coacta. Item gummi hederæ, radix peucedani, pyrethrum piper, aut medulla nucis persicorum cum pipere.

Item collectio ex radice raphani. Item spolium serpentis coctum cum oleo ad spissitudinem mellis limitum veldé prodest. Item pulvis factus ex origano & nitro sparsus super dentes & gingivas mox tollit dolorem. Idem facit herba fragorum masticata. Item succus calendulæ per narem partis dolentis attractus, vel succus hederæ terrestris in aurem partis dolentis immissus.

*Dentium dolorem levat* vinum in quo sunt coctæ violæ detentum ore, si granum opij denti imposueris obstupescet. *Nunquam* ait Petr. Hisp *Passurus*, si aqua in qua limatura cornu cervi cocta detinueris in ore. Dolenti os dactylorum accensum imponunt. Liberos aiunt futuros dentes a dolore, si quotidie succo ceparum ungantur. Vel corticem radicis mori in vino ad medias decoque, & os proluc. Vel dolenti, herbam dentem caninum impone. Confortant dentes folia salviæ superposita. Prodest gingivas & dentes radice raphani fricare. Vel decoctum radicis colocynthidis in ore diu retinere. Vel virgulis teneris corni arboris dentem sæpe fricare. Ab omni aiunt liberari dolore affrictos radice Ebulij. prodest radx lepidij corpori admota. *Vermes pereunt* in dente si fricetur radice pastinacæ.

*Dens excidit* gummate celsi involutus, vel denti cavo imponatur gummi hederaceum, rumpetur vel denti soli quo volumus carere, radix hyosciami apponatur. Vel lacte canino ungatur, vel cerebro perdicis illinatur, vel pulvis radicum asparagi in lana inseratur.

*Dolorem sanat* storax cum garyophillis in aqua vitæ bona mixta, & denti prius bene extorso immissa Item tormentillæ, staphisagriæ, seminis plantaginis, ana. gr. ß. radices exteriores iusquiami succi iusquiami, ana. unc. ß. reduc in decoctionem cum aceto, fiat linimentum calidum.

Idem præstat oxylapaton contusa & aceto per

quā-

quadrantem horæ imbuta, & denti superposita.
Item, seminum apij dr. unam, opij, iusquiami, a-
na; dr. duas (fiant pillulæ cum vino pisi ma-
gnitudine, ponantur supra dentem affectum, solet
intra dimidiam horam dolo cessare.

Item gingivæ ex opposito dentis admove sangui-
sugam, quæ ubi recidit, applica lintea calida ut
reliqui humores extrahantur.

Item contra dolorem coquunt camphoram &
cytri corticem in forti aceto, & in ore detinent.
Prodest cum sale modullam panis masticare. Vel
folia quercûs, absynthij silicis, ana; æqu. coque per
horam, & hunc liquorem quam calidissimum po-
tes in ore detine. Vel gallam coque in aceto sa-
lis tantillô adiectô, hoc decoctô lava dentes. Vel
herbam dictam Aster Atticus, tusam modicam ap-
plica ori ex ea parte ex qua dens dolet ex oppo-
sito dentis, fiet vesicatio, quâ scissâ doloris effluet
materiâ.

Alij chirurgicè hoc modo dentes curant, fit ex
laminis thecula seu tubulus paralellogrammus, utrin
que apertus ut per illum possit ferreã lanellã duos
aut tres ungues crassa liberè discurrere, theculæ ba-
sis in medio per transversum incisuram ut cum ap-
plicabitur nervo ꝗ eum comprehendat: hoc factô
thecula admovetur auri in ea parte in qua dens dolet
nimirum intra aurem eminenti cartilagini, hæc illât
ferreâ candente laminâ aduritur, experti id dicun.
non redire dolorem. Dentium dolor subito cessat
re fertur. Sume allij, thuris, myrrhæ ana. dr. u-
nam coque in vino donec crassescant instar mellis
inunge dentes. Item sanguine cristæ galli unge
dentes & gingivas. Vel tædas pingves coque in o-
leo & dentes prolue. Vel garyophillum contere &
in gaco bono madefactum impone. Vel batrachij
hoc est ranunculi folia brachio illius partis in qua
dentes doleat applica, fiet vesicula in quam malum
dentium

dentium confluet. Prodest officulo gallinarum gingivas scarriffricare. Vel sume piperis albi grana quinq; salis modicum, involve folio salviæ, & postea linteolo, impone aceto, appones denti. Hoc etiam sæpe successit, coque in olla clausa absynthium & halitum per infundibulum mitte in dentem.

Depillatio, Vide Capilli
Destillationes, Vide Caput.

## *Dyssenteria, Diarrhæa fluxus ventris Tenasmus, Cæliaca.*

Quærendus est fungus in corylo qui intra 12. Augusti & 8. Sept. excrescit, hic siccatus, & in pulverem reduc propinatur. *Dyssenterico*, Prodest ab infra suffimigare picis resinam. Prodest & pulvis lapillorum cancri in potu sumptus, qui etiam calculosos iuvat. *Dyssenteriæ cum insomniis coniunctæ* succurrunt efficaciter grana tria laudani opiati. Succurrit & cucumer crudus detracto cortice in butyro frixus accomestus. Vel sume papaveris, mellis, nucis moscatæ ana. æqu. coque & comede.

*Omni fluxui ventris* prodest lac caprinum in quo lapides, vel ferum candens extinctum est sæpius. Vel caseus antiquus ter ter in vino coquatur, deinde siccetur, & comedatur, sist statim dicitur dyssenteria, si lac caprinum cum aceto biberis, item panis combusti pulveres in vino sumpseris.

Nux myristica teritur; miscetur cum oui albumine per dies tres vel quatuor consequentes sumitur. Similis. nux similiter parata in ovo ponitur. Iuvant etiam tosta pura eficcata.

*Si dyssenteria ex metu nimio acciderit*, observandum quando lepus a canibus mactatur, ac strophiolum sanguine tingendum atq; siccandum, dum eo voles uti, sanguinem ex illo strophiolo excute

ins

acetum: *Si ex alijs causis acciderit morbus*, lau-
num opiatum quantitate seminis canabini suma-
r. vel ebuli, sive canabini minoris grana exprime,
succum farinâ subige, ac in modum biscocti pinsa,
rsum contere & eodem succo subige & pinse-
ger hunc panem comedat. *Dyssenteriæ cuicunque*
osunt pultes hordeaceæ sine sale in forti acetr co-
æ, ex his aliquot cochlearia sumantur.

*Dyssenteriam*, interiores cortices rubri castaneæ in
lverem redactt, & pani tosto inspersi, ac comesti
tunt. Non tamen statim sistenda, sed candens
rum aut ferrum in potu sæpè extingvatur. O-
imum est, siccare cervi genitale, & pulverem e-
s sumere. Item argilla ex fornace antiqua iniecta
quæ bibendæ. Vel casei exsiccati & pulverisati dr
na, vel leporis, aut leporini coaguli dr. una, cũ
qua frigida, Vel decoctum radicis althex, si fe-
ris adsit cum aqna plantaginis vel hordei: si febris
bsit, in vino haustum. Vel semen coriandri in-
ptu sumatur, vel pulvis rosarum bibatur, vel lac
uccinum cum ferro aut lapide coctum, vel coctum
um agresta. Vel ieiunus ovum sorbile edat cum
uco sale per aliquot horas ab alio cibo abstinen-
o, idq; per dies aliquot. Statim sistit simus colum-
nus tritus cum forti aceto umbilico impositus:
el decoctum altheæ radicum.

*Tenasmus* est cupido continua deijciendi alvum,
non deijcitur nisi modicum cruentum & muco-
um. Contra hoc malum, rutha cocta tritaq, sedi
mplastretur. Vel olibani, ameos, ana. dr. unam
isce cum melle, fiat suppositorium, & hoc valde
vat. Vel pulicariam emplastra. Balbi maximè lon-
alui profluvio obnoxij.

*Dyssenteriam sistit* centumnodia, sive coriogila
erba, siccaea in umbra, & in pulverem reducta,
mpta in vino rubro, similiter pulvis foliorum lau
. Item conizza herba posita sub plantis. Item

imple

imple vas fumo therebinthinæ, & illi infide. Item coagulum cum quo fit caseus, propinetur. Item cinis stercoris eaccini apqlicatus stomacho, vel bibitus. Vtl aquam rosaceam unc. unam agita cum oleo ut crassescat, propin nediâ nocte, tum sumat poculum aquæ rosaceæ, & non comedat per horas duodecem, tum ova duo recentia sumat. Item caput vervecis coque, & additâ terrâ sigillatâ fac clysterem adde etiam bolum armenum.

Conrra dyssenteriam valet lac vaccæ coctum cum ferro, vel lapide bibatur, vel in clystere detur Item pulvis rosarum in potu sumatur. Item iuvat insidere lebeti sub quo lampas ardet. Item pullum sine aqua deplumatum coque in aquæ mensura sine sale, coquatur donec dimidium poculum remaneat, huic adde saccarum album; & propina, & hoc ter fiat. Item suffumiga pelle anguillæ, terebintina, sanguine draconis, adipe vervecis. Vel duos apices rosmarini, quinq; nuces recentes contere, & cum ovis frixa in butyro, per quinq; dies mane edat, sanabitur Vel pomum cydonium, aut aliud acidũ excavetur, impleatur cerâ albâ, albâ resinâ, & gr. tribus mastiches, claudatur, & involvatur stuppâ, subq; cineribus assetur, edatur unâ hora ante cibum, est efficax. Item pulpam cydoniorum cum rosis rubris & vino rubro applica ventri inferiori, maximo est remedio. Item parietariam cum vino albo bibe, vel emplastia. Item, & præcipuè stercus columbi tritum, & cum vino coctum ac bibitum.

*Dyssenteriæ desperatæ*, Corticis triti guaiaci unc. duas, bulliant in sufficienti aqua ad dimidias tum impone rosarum rubrarum, balaustiorum, plantaginis, ana. dr. duas, bulliant per horam, postea cola, adde rheubarbari pulverisati dr. duas, catholici dr. 4, fiat haustus. *Pro fluxu ventris*, herbam bursam pastoris sume in vino rubro. Item, herbam pulicariam

pulicariam contere bene & plantis suppone per diem & noctem. *Si fluxus sit desperatus* sanguinẽ dreconis, mumiam, apium, myrrham, cortices o- libani, acaciam, mastichen; ana. unciam, cum fi- cubus & succo plantaginis, fiant pilulæ, & omnĩ vespere dentur in lecti ingressu. *Pro fluxu* nucum moscatarum dr. duas, commisce cum vitellis ovo- rum, & in calefacto laterculo assa, comede, & superbibe vinum rubrum. Item, cancri in olla ficcentur, pulverisentur, dracma in potu sumatur.

*Dyssentericos iuvat* aqua quercûs stillaticia. Pul- vis thuris & mastiches, dr. duæ, boli armeni dra- chma, corallorum rubrorum, cornu cervi usti ana. dr. ss. Item lapidis hæmantis usti scrup. duos den- tur in vino rubro duabus horis post cænam. Iu- vat stomacho crematum in linteolo apponere.

*Cœliaca est* cum subitò cibus emittitur. Iuvat contra illum aqua in qua ferrum candens extin- ctum. Item cervini cornu cinis potus. Item, e- qui coagulum. Item galerica assa in cibo sumpta. Leporis coagulum Item limonis semen tritum & ex vino potum. Item lixivium ex ficûs cinere po- tum. Item oleum mastichinum. Item Plentago cum sale & aceto cocta & comesta. Item foliorũ quercûs decoctum. Item sanguis capræ aut cervi aut leporis. Item anisi semen tostum cum aqua, Item garyophillornm pulvis ex vino potus. Item cori- andri semen ex aqua potum. Item mentha cum amylo & aqua potum.

*Dyarthæa*, Est fluxus alvi ob copiam bilis, aut pituitæ, vel alterius humoris sine viscerum exulce- ratione, qui eam sistere volet, his modis poterit. Acanthi radicis potu. Vel coctis in aceto cibis. vel sumptis in cibo aut potu acutæ spinæ baccis. Vel anethi acidi comæ seminisq; decocto.

Aut apij hortensis decocto. Aut pultibus ave- naceis. Item betam nigram & eius radicem coque in lenticula

in lenticula. Item cerasa sicca. Item electrum tritum potum. Item fex recens vini illlita, Item hordeacea farina cum vino aut myrrha. Item hyosciami radix pota, Item lac omne coctum. Itē millij pultes, oryza. Ovi luteum cum gallis tritū Item papaveris nigri semen tritum cum vino austero. Item plantaginis semen cum vino potum. Item rosarum capita pota. Item pyra sicca cocta. Item rutha pota vel comesta. Item triti avellanarum cortices & in eustero sumpti dr. duæ. Item garyophilli torrefacti.

*Lubricitas alvi* accidit, vel quia naturæ debilitas non potest separare liquidum a sicco. Vel quia stomachus non bene coxit, ideoq; non attrahit hepar, & sic eijcitur putrefactum. Vel quia intestina debilem habent virtute retentivam, ob quam priùs exit cibus quàm bene coquatur. Vel stomaabus & intestina valde sunt humida. Vel quia excoriatus est stomachus aut intestinum, cibus verò morficat, ideo quàm primum expellitur. Vel quia iecur debile non attrahit partes liquidas. Vel quia venæ mesaraicæ sunt conclusæ. *Dyssenteria*, succum vini cum pane edat, vel cum aqua calida bibat acetum. Item planteginis semen quantum tribus digitis capi potest; bibatur ex vino. Item pula. alabastri scrupulus in lacte propinetur. Sed copiosior sūptus posset in ventriculo concrescere.

Dysslenteria cruenta, Vide sanguinei fluxus.

*Dyssenteria* Sera. Iusquiami albi dr. quinque, opij depurati dr. 4. Croci duas, spicæ nardi Indicæ Castorei, ana. unam. pulu. foliorum tussilag. liquiritiæ rasæ ana. unc. ss. Theriacæ Venetæ mediæ ætatis dr. duas, mellis despumati q. s. fiat massa mollis, dosis grana X. formantur in pilulas, datur bis aut ter alternis diebus. Item, ex ruta & absynthio fiat emplastrum cum cremato supra stomachum per sex dies. Item, contere nucem moscatam.

ſcatam, & ferro calido per chartam tere, ut totum ex illa exeat oleum, reliquum quod erit ſiccum exhibe in ovo ſorbili, & hoc iteretur. Item, pultes tartaricas adure ut flaveſcant, & cum aceto ſume. *Dyſſenteriæ gravi*, Electuarij de roſis ſiccis dr. ſex, ſevi hircini dr. duas, lactis caprini chalybe aduſti q. ſ. fiat enema. Iuvat & decoctum ariſtologiæ herbæ cum radice. Vel acetoſæ in vino nigro. Vel plantaginis drachma.

*Dyſſenteriæ cuicunq.*, Grana decem ſeminum violæ trita ſume bis de die in cibo vel potu. Item tres vitellos ovorum coctos in vino calidos bibe. Item eſſentiæ trium piperum guttas aliquot in cremato. Item urinam porci miſce cum cinnere, fac placentas, & ſucco plantaginis tempera, ſtomacho applica. Item farinam fabæ albæ & pulverem corallorum da in cibo aut potu. Item ſiligineæ bene in aqua lotæ adde acetum, & coque ad aliquam inſpiſſationem, & ſtomacho impone. Item, turturem vivum bene in olla clauſum, exure in fornace in carbones, pulveriſa, da in potu. Item gummi arabicum, non aliud quàm tranſmarinum ſumat in cibo vel potu.

Pro robuſtioribus verò, in caliculum cremati vitellum ovi recentis impone, & ſtatim bibe. Item miſce cum oleo maſtiches pulveres, garyophillorum, & ventrem unge. Item thus & capitella glandium ana dr. ſs. bibe in vino, & ſæpiùs de die cum his pulveribus ovum ede. Item crematum optimum, ſemen hyoſciami, papaver album ana. Caſtorei dr. ſs. contrita omnia pone in cremato ut emineat duobus digitis per 24. horas, ex quo ſumatur cochlear.

Item enema detur ex decocto hordei aduſti libra, ſaccari rubri unc. ſs. vitello ovi, ſi ſit cruenta, addatur olei dr. ſs. tum vena ſecetur hepatica, ventri applicetur emplaſtrum diaphænicon iuxta deſcritione Meſue. Detur continuis diebus lactis vaccini unc. quinq. in quo ferrum cadens extinctum. In

juvenibus certò sistit fluxum alvi, poculum vini, absynthij aliquoties a ieiunis sumptum. Item, pomũ citrinum excava, & succo hirci quantitate nucis imple, coque bene sub cinere, unge calidè spinam dorsi ex opposito ventriculi, & hoc ter facito. Item malum cotoneum impleatur cerâ, coquatur sub cinere, & comedatur.

Item in desperata Dyssenteria rosmarinum, salviam, mentham, petroselinum concide tenuiter cultro, adde caseum durum ouillum & ova duo, misce involve folijs nucum, & sub cinere coque, æger comedat mane, & superdormiat, & hoc fiat ter vel quater.

*Dyssenteriam statim sistit* pulvis radicum tormentillæ quantum apice cultri capi potest, exhibitus in cervisia calida eundo cubitum, sed nihil postea bibatur. Item salvia cum absynthio in patella siccetur, irrigando illa, interim aceto, & calida ventri applicentur.

*Dyssenteriæ* folia siccorum rosæ foliorum rubrorum in vino rubro sæpè bibantur cocta. Item nux moscata cum vino rubro, vel malvatico bibatur. Item cinis putoris animalis detur in potu. Item nucem moscatam unge cerâ, ac impone carbonibus ut exuratur, habebis album puluerem, qui ut sit tenuior adhibe mortarium, hunc in cremato semel aut bis propina. *In hoc morbo* cavendum a motu, sómnus prodest, non sistendus fluxus nisi post quinque vel sex dies. Confortat diarchodon albatus, & palma Christi cum perlis, conserva rosarum, assis vescendum, in potu extingvatur aliquoties chalybs, sitis toleretur. Cavendum ab aqua frigida cruda. Ungatur venter oleo rosato, & mastiche inspergatur. Si sit cholera rodens, rhabarbari torrefacti dr. duas, plantaginis pulverisatæ scrup. in aqua rosata in qua extinctus chalybs addito syrupo myrthino, post horas 4. deinde comedat. Si adsit *Tenasmus*,

flores

flores camomillæ in sacculo calefiant & supponantur. Contra calorem & sitim valet aqua hordei in qua solutum Rob de Ribes. valet conserva & iuleb violarum & medulla panis aquâ imbuta, nam impedit apostema, valet & aqua endiviæ. *Sistit,* succo ebuli imbibe farinam siliginis, fac globulos, exsicca, contere, & rursus eodem succo inebria, rursus forma globulos, & exsicca, & hoc repete aliquoties, hos deinde contere, dosis uncia, dantur in potu. *Sistit dyssenteriam* lac vel drachma tritæ mastiches cum vitello ovi sumpta. Item, pomum acerbum non plenè excavatum reple sevo hircino quantitate iuglandis, coque sub cineribus, fiet unguentum quo renes unge.

*Dyssenteriam,* efficaciter curat, suffoca cum pennis pullum columbarum in aqua rosacea & coque ovum in eadem, percola, bibat æger. Item porci stercus in patella ferrea combure, propinetur dr. ss. Item sanguinem anatis bibat. Item farina glandium sumpta cum succo plantaginis. Item exusti in olla pomi granati dr. una ss. in vino rubro. Item, sanguis turturi e collo extractus & in vini poculo propinatus Item absynthij pratici apices mastica cum uva passa per duas dies aut tres. Item duos vitellos ovorum cum nuce moscata misce, coque supra laterem calefactum, & comede. Prodest acidam muriam ex lacte instillare. Item adipem caprinum decoctum cum polentu rhóé, & caseo, vel cum ptisana. Item agallochi radix ex aqua pota. Item alteæ radices cum aqua & vino. Item bibere aquam in qua sæpiùs ferrum candens extinctum. Item asparagus cocta vel assa. Item butyrum infusum. Datur & cera in sorbitione. Datur & cinis lotus cornu cervini. Item equi coagulum. Item faba decocta cum cortice. Item gallæ cum vino vel aqua tritæ. Item Lemnia terra, vel lentiscus in potu, vel coagulum leporis vel limonis semen tritum, vel myrrha quantitate fabæ,

b vel plantago cum aceto & sale cocta sumitur, vel decoctum foliorum quercûs. Item sanguis capræ, hirci, cervi, leporis in santagine inspissatus. Item vinum in quo ferrum extinctum. Item amaranthi purpurei flos potus. Item canabiorum foliorū pulvis, aut garyophillata epota, aut corallium, aut coriandri semen ex aqua potum, aut cervi genitale aut leporinus sanguis cum hordeacea farina coctus & sumptus. Aut millefolij farina, aut oleum lentisci. Aut decoctum oryzæ in clistere. Aut palmæ Christi pulvis in aqua coctus in qua extinctum est ferrū. Aut potentilla nudis pedibus subiecta, aut pruni sylvestris baccæ, vel pyra sylvestria.

*Dyssenteriam sistit* coctum rosmarinum in aceto si in eo pedes teneantur, & ipsa planta edatur. Item cocta querna folia ad dimigias, propinentur & folia rosmarini cocta ventriculo calidissima applicentur. Item pumicem candefacias, contere cum adipe hirci, & tartaro trito, fumum per inferiora æger recipiat. Similiter idem pumex candens aceto inijciatur cum tartaro trito, & abinfra vapor excipiatur. Item turtur vivus in olla clausa vitreata exuratur in furno, fiat cinis ægro dandus in vino rubro. Item pulverem leporis bibat in aqua borraginis bis, vel ter de die. Item sanguine testudinis aliquoties totum dorsum ungatur. Item Purgatus limax aceto forti, comburatus in furno, sumat æger pulverem quantum bis apex cultri potest capere ieiunus. Item coque herbam Bursam pastoris in rubro vino, fac clysterem. Item coque in vino rubro taxum barbatum, excipiat vaporem æger ab infra.

Item ruthæ manipulum contere cum vino albo colaturam bibat æger cum modico theriacæ, & ipsa herba cum vino calefacta umbilico applicetur. Item globulos qui sunt ad pedem florum rosæ sylvestris contere, cribra, pulverem in vino propina. Item

3

[...]em corticem pomorum aureorum tritum bibat in aqua. Item frustum vervecinæ elixatum in adipe hirci ponatur supra corpus. Item baccas veprium, plantaginem, centumnodiam coque in aqua, in qua sæpiùs extinctus chalybs, propina. Item aquam in aqua pyra cocta cum frondibus, bibat. Item coagulum ex hirco iuvene aut lepore sumat cum aqua vel succo plantaginis. Item ex marrubio in vino vel oleo cocto fiat emplastrum pro ventre. Item clysteri misceatur cinis ex ligno ficûs. Item farina facta ex sorbis siccis cum melle & ovi albumine cocta, aut cruda edatur a ieiuno, vel ex ea fiat clyster. Vel lac capri coctum bibatur, vel ex eo fiat clyster.

Item laterculus novus excavatur & calefiat optime, in cavitatem vtellus ovi infundatur inspersus nuce moscatâ, ac rursus vitello conspersus, sic assus comedatur. Aliqui aluminis bolum degluciunt, nec superbibunt.

*Dyssenteriam cruentam* arcet cingulum linteum bene spermate ranarum imbutum. Vel radices altheæ coque in vino si febris abest, si æger febricatur coque in succo plantaginis aut hordei, vel cum pane tosto sumatur aliquoties plantaginis semen.

Ovo sorbili sine sale, impone terram sigillatam quantum apex cultri capere potest, melior hæc terra rubra quam alba; vel corticem bct ulæ arboris internum in potu propina. Alij cinerem cum cremato bibunt. Intra horam dicitur sanari, qui cepas cavatas pice sutoriâ impleverit, assaverit, & ventri calidas imposuerit

Aliqui ceræ partem quantitate avellanæ in vino solutam bibunt Dyssenteriam statim sistit, ut asserit, Nic. Myrepsus, Iecur hirci cum vino coctum austero, si ex eo cyathus bibatur. Vel oryzæ, malum integrum impone, & in aqua coque, hoc pomum edat. Vel iuglandes siccas tres combure cum puta-

minibus, & ægro propina. Vel fiat e balsamo & lana suppositorium. Vel quod est optimum, gallas contere & elixa in melle, comede. Theriaca bonâ quantitate ex vino sumpta prodest. Applicant ventriculo panem tostum nuce moscatâ perfrictum. In gallinarum stomacho est pellicula interna, siccetur conteratur, & cum aqua fragorum, vel rosarum, vel cinamomi, madeat, siccetur, cùm usus poscit, drach. accipiatur, & in quocunque potu exhibeatur. Vel vitellos ovorum coctroum XX. nucis moscatæ dr. duas vini rubri stiptici q. s. distilletur dosis unc. ss.

Distemperies, Vide Ebrietas.
Digiti Vide Manus.
Dolores varij. Vide plagæ.
Durities, Vide Tumor.
Diabete, Vide Urina.

E

## *Epilepsia, Vertigo, Incubus.*

Contra epilepsiam quidam de collo gestant muscū qui cranijs humanis innascitur.

Propinant & radicem pæoniæ ex aqua, & eâdem radice ægrum bene priùs contectum suffumigant. Alij faciunt suffumigium ex pullo in ovo concepto, sed nondum nato. Alij pelliculam quæ in ore modo nati equi comparet, urunt, & cinerem ex vino propinant. Alij panem tostum ungunt pingvedine lupi, & devorant. Vide puerorum morbi.

Epilepticis prodest e picato vase bibere. Sed si æger in paroxismo suam lingvam vel manum momorderit, vel naturam emiserit, incurabilis est.

Contra hunc morbum accipe talpam in ferro cãdente ustam, misce cum semine canosi, & propina. Vel, cor & sanguinem hirundinis cum myrrha bibat. Vel cornu cervi ex vino sumat. Vel cerebrum vulpeculæ iuvenis edat ieiunus. Vel testiculos galli, nigri

nigri tritos ex aqua bibat. Vel cor lupi ieiunus co-
medat. Vel ſangvinem agni immaculati ſimiliter
eiunus cum vino. Vel quod certiùs eſt, concide
igna tiliæ, & imple alembicum, ac diſtilla, rurſus
uod effluxit ſupra eodem ligno in alembico refunde
c diſtilla, & hoc ipſum fac tertio, habebis oleum, quo
nasum ægri in paroxiſmo unxeris, ſtatim excita-
itur, ſi idem oleum intùs ſumpſerit, a morbo in
oſterum præſervabitur,

Idem denti ægro impoſitum liberat a dolore, idem
entriculo illitum vermes necat:

In actu morbi fel canis recenter occiſi propina-
am, liberat in poſterum. Arthemiſia etiam quoti-
ie ſumpta præſervat.

*Epilepſiæ puerorum*, veterem gallum comple poly-
oſamine fæniculo, aniſo, & coque ad ſolutionem
ſsium, percola, mane & ſerò iuſculum calens pro-
ina.

Epilepſiâ ait Petr. Hiſp. nunquam corripiendum
ui infanti cerebrum vulpis ſæpé datum in cibo. *Sa-*
at cornu cervi tritum ex vino ſumptum, vel hu-
ior qui diſtillat ex pulmone arietis cùm aſſatur,
el lac equæ bibitum. Vel teſtes galli cum aqua ca-
da triti, ſed a vino interea per dies decem abſtinen-
um. Ova etiam corvi epota proſunt. Vel anti-
onij modiciſſima aqua benedictæ infuſa. Oſſa viri
ortui ſunt villoſa & poroſa, virum ægrum ſanat,
ſa muleris sunt lenia, ſanant mulierem. Vel fi-
us ciconiæ cum aqua ſumptus, hic ſtatim ſanat,
el corio lupi cingetur. Vel ariſtolochiam corpo-
applicet. Aliqui cor lupi devorant. Vel pyre-
ro ſe involvat & illud olfaciat. Aliqui hirundines
medunt. Aliqui rutam continuò agreſtem olfaciunt
æſervant & liberant ab epilepſia guttæ duæ olei
iſi in iuſculo caponis ſumptæ. Item oleum ſe-
inis pæoniæ purgato corpore per dies 40 aſſumptũ
Contra epilepſiam carbo odoratus qui ſub artemi-

ſiæ radicibus in æſtivo ſolſtitio invenitur, per dies 40 in liquore convenienti mane ieiuno exhibetur. Vel ſanguinis recentis ad inveteratum morbum, muſtelæ unciæ duæ adhuc calidi bibuntur. Vel teſticuli apri, aut verris maturi qui ducit gregem, ſiccati in furno, & in pulverem redacti, cum ſaccaro decem continuis diebus dr. tres cum aqua betonicæ propinantur. Cor leporis ſiccum miſceatur cum thure tri. in vino albo, datur per menſem. Iuvat iecur aſini ſiccum, vel ſtercus pavonis, idq; maſculi, quantum cis apex cultri poteſt cepere, ſumitur in ovo ſorbili. Iuvat comedere ieiuno ventre herbam quinquefolij cum ſale & aceto per dies aliquot. Succedere etiam ſolet ſi quis ungulam aſini nigri de dextro poſteriore pede geſtet applicatam corpori, dicitur quod hic morbus non invadat, & ſanetur æger.

Item Antimonium modicum cum caſtoreo, tritum & hoſtiâ involutum datur in vino. Item, pulvis cranij maris ſanat marem, fœminæ fœminam. Item viſcus quernus, & potus, & corpori applicitus præſervat & ſanat. Item radix brioniæ trita corpori alligata, quæ etiam ſpaſmum ſanat. Ungulæ aſini contuſæ dr. tres quotidie in vino dantur. Pæoniæ ſemen aut radx datur cum aqua mellis vel hyſſopi: vel eiuſdem ſemen quotidie ſumitur cum melle roſaceo. Item capiatur primus pullus hirundinis creſcente Lunâ, ſcindatur vente, invenies duos lapides, unum rufum alterum nigrum aut diverſorum colorum, rufus alligandus eſt brachio ſiniſtro. Iuvat & corallus collo appenſus. Item decoctum hyſſopi, aſati, & utriuſq; ariſtolochiæ. *Excitat a paroxiſmo* ſternutatorium factum ex euphorbio, pulpa coloſcynthidis, ſtæchadus, ana. æqu. fiat pulvis. Valet odor ruthæ, galbani, ſuccus cyclamini per nares attractus, ſynapi tritum naribus inſufflatum, ſuffumigium e xaſſâ fœtida. Conferunt *Contra hunc morbum* flores violarum bibiti cum aqua decoctinis, vel diſtil-

lationis

lationis florum eorundem, maxime pueris. Item aquæ radicum bardanæ dimidium poculum per sex dies mane sumatur. Item pulvis ex coagulo leporis. Item aqua radicum morsûs diaboli mane ante paroxismum sumatur. Item viscus quernus carnem contingat. Item ruta odoretur, & comedatur. Item talpa maxima coquatur in vino ad duarum partium consumptionem, ex hoc iusculo addito vino sumatur poculum. Item pæoniæ luna decrescente collecta detur in ferculis & potu per dies plures. Item herba enission octo diebus edatur, sive ptimula veris.

Item visci querni dr. duas terat, & bibat ieiunus cum aqua fontana per dies 40. Iuvat annulum deferre ex ungula alba asinina pedis dextri ferro non tacta. Item radicum pæoniæ unc. duas, ruthæ succum, misce cum vino, & bibe. Item, mustelæ ventriculus coriandro farciatur & siccetur, auxiliatur in potu. Idem facit eiusdem sanguis. Item plantago cocta & comesta. Item populi nigræ semen ex aceto potum, aut semen rosmarini, aut serum lactis, aut synapi tritum & naribus admotum. Item testudinis sanguis epotus. Item veratrum nigrum. Item balsami factitij liquor qui secundo stillicidio profluxit. Item cardui benedicti decoctum haustum, aut eius stillatitia aqua, eiusdem pulveris drachma pota infantibus succurrit. Item cinnamomi aqua stillatitia. Item in potu corallum. Item hyssopus cum drachma castorei & pæoniæ radiais dr. duabus, fiunt pilulæ. Item lilium convallium. Item mumia ex amaraci aqua naribus immissa. Item aqua extiliæ floribus. Item visci querni lignū tritum, & per dies 40 suctptnm in potu.

*Incubo* succurrunt in vino vel mulso grana pæoniæ nigra XV. sumpta.

*Vertigo oritur* ex vaporibus in caput ascendentibus, vapores ab ingluvie vel etiam insigni labore

mentis, cùm scilicet cerebrum consumptis spiritibus etiam noxia attrahit ex quibus patet quomodo nos ab illa præservare debeamus. Remedium, corpore purgato sumatur vinum decoctionis gvaiaci in quo rursus decocta est betonica, idq; sanatur per dies 40 cucurbitæ partibus distantibus applicentur, cauterium post aures. Succus cyclaminis naribus attrahatur aut nigellæ veris oleum cum nitro, sumatur scrupulus granatorum, cydoniorum rosatus, succus berberorũ Ribes saccarum rosaceum diacydonium. Aqua lactucæ, *Rosarum*, vel plantaginis, hæc vaporem ascendentem frenant.

*Epilepsia.* Pullos hirundinum adhuc implumes, num. XX, garyophillorum, macis ana. unc. quinque florum convallium liliorum manipulum, coquantur in lib XV. vini albi boni ad tertias, postea exprimantur fortiter, & collatura distilletur in balneo, dosis uncia sub tempus paroxismi, deficiente Lunâ. Item cum vino vetere cochlear fellis vulturis. Item sanguis hirundinis cum thure. Item coctum apium, vel agni fel cum melle, vel marrubij cum parte æquali mellis, tria cochlearia, vel cineres hirundinis ac mustellæ, vel pluvia aqua, quæ diutiùs intra calvariam hominis stetit, vel comedat anethum, vel lapidem hirundinis collo alliget. Item, quod sæpè successit. Olei succini cum lacte muliebri aliquot guttulas propina, etiam in ipso paroxismo juvat. Quidam ita censent. Epilepsia si recurrat decrescente Lunâ provenit ex melancholia cùm Lunâ plena, ex sanguine cùm in Novilunio, ex phlegmate. *Præservat*, frequentiùs sumptum cochlear dimidium lavendulæ ex vino distillatæ. *Epilepsiam curat* Optimi vini mensuram dimidiam misce cum carduo benedicto, & bulliant ad dimidij consumptionem, colentur ex hôc mane bibat caliculum, & statim a collo ad cingulum ungatur unguento dialtheæ. Item cranij humani ex parte anteriore scrupulum

da

da ægro ſtatim poſt affectionem. Item aquam pimpinellæ, cardui ſancti, meioranæ, pæoniæ, betonicæ, ana. uncias duas, mixtas bibat. Item, gentiana, betonica, cranium humanum, ana. æqu. pulueriſentur & drachma in aqua pæoniæ bibatur, ac id continuetur. Item iuvat cerebrum vulpis comeſtum. Item cuculum deplumatum in fumo ſiccatum pulveriſa, propina in vino. Item oculi cancrorum, id eſt, lapilli in vino ſumantur.

Item Valeriana ſylveſtris antequam caulem emittat, eius dimidium cochlear cum aliquo liquore bis aut ter detur. Item pro omni ætate, ſecundinam felium in qua naſcuntur pulveriſa, tantundem adde cranij humani, miſce, quantitate avellanæ, ſemel aut iterum ſume, ad ſummum ter. Item iuvat præcingi pelle de capite aſini. Item ungulam aſini combure, pulverem propina in aqua pæoniæ ſumat drachmam mane, duas autem ſerò intra XV dies ſanabitur. Item pullos hirundinum reduc in pulverem, pulveri adde caſtoreum, & aceti parum, totum diſtilla, aquam inde prodeuntem ieiunus bibe, etiam inveteratum morbum intra dies XL. ſanat. phreneſim intra dies novem, iuvat cerebrum, purgat ſtomachum & pectus, emollit neruos. Valet contra paralyſim. Item per dies XII. unum granum pæoniæ bene tritum ſumat in ſucco ciceris & ſaxifragiæ tepidis dimidio poculo, abſtineat interim ab omni errore in victu & præcipué in potu. Item cranij humani ſumitur, per dies decem drachma.

*Epilepſia nova & vetus*, linguam bubulam ſumat cum ovo per dies decem. Item cranium hominis occiſi, corallia præpar. ana. æqu. drachma, moſchi grana quinque, terantur, cribrentur ſumat patiens quantitate fabæ, ſed priùs purgetur; & ex vena capitali ſanguis detrahatur, poſtea verò ad ſaturam coronalem applicetur pix navalis, Græca, & Romana, eſt efficax. Item mercurialis & ſaccari ana. æqu.

teran-

terantur, ponantur in sole per dies XX. sumat mane & serò. Item primulam veris, violas albas, morsum diaboli, coque in bono vino, sumat mane & serò. Item ex pelle frontis asininæ fac sertum, habet vim per annum, postea novum sumatur. *Epilepticos iuvat* potus aquæ distillatæ ex cerasis modo collectis. Item pulvis e coryli folij verno tempore collectus. Contra *infantum epilepsiam* propinatur pulvis seminis lycopodij quantum apex cultri capere potest, seu drachmæ dimidium.

*Epilepsiæ* item cucumerem sylvestrem, seu erraticum, vulgo anguinum, contunde, succum exprime percola, expone soli donec dimidium consumatur, ad huius libram adde mellis albi libram, & tres uncias optimi distillati ex vino aceti, & drachmam cinnamomi, hæc simul bulliant adhibita despumatione, ubi remoueris ab igne, adde scrupulum croci, aquæ rosaceæ unciam aquæ vitæ unciam unam ss. servetur in vitro, æger decimo quoq; die accipiat unciam. Item ex calvariæ humanæ parte posteriore drachmam, radicum pæoniæ pulveris scrupulum, sumantur instar pilulæ. Item florum camomillæ quotidie ex aceto dr. ss. Item semen cardamomi cum aqua. Item, bibat cardui benedicti decoctum. Itē aquam cinnamomi per dies XL. Item pulveres garyophillorum rubrorum cum aqua maioranæ vel betonicæ. Item decoctum betonicæ sumat frequenter cum ipsa betonica. Item aquam liliorum convallium. Item succum malvæ. Item aquam lavendulæ applicet fronti & temporibus, & per nares attrahat. Item pulveres ex radice pæoniæ dum Sol in Leone ante solis ortum collectas sæpiùs bibat. Item salviâ in cibis omnibus utatur, & aquam eius bibat. Item enema ex mentha, absynthio pulegio, radice pæoniæ addito oleo ruthæ, melle rosato. Item hirundines redigantur in pulverem in furno, addatur pars æqalis castorei & aceti, distilletur, bi-

batur

batur a ieiuno. Item, pullos corvi de nido extractos in Martio combure in olla nova, de pulvere bis vel ter bibat æger in decocto castorei. Iuvat continuus usus mithridati cum decocto pæoniæ. Item gestet cingulum de corio lupi tinctum in aqua vel succo verbenæ, sed portari semper debet. Item etiam pro senibus, cum nascitur hinnulus equi, in capite eius est pelliculla, quam subitò equa devorat, hæc siccetur, teratur, propinetur, sed pro masculo ex hinnulo mare, & econtra, detur in plenilunio.

Iuvat *contra vertiginem*, odoramenta *Rosarum*, aceti & camphoræ. Lotio pedum fiat, ex maioranæ pulegij, betonicæ, manip. duobus ss. ponantur in aqua in sacculo, fiat lotio quotidie ante somnum. Fiat & lotio capitis, pro qua, maioranæ manipulũ unum ss. pulegij unum, betonicæ unum, asari unc. duas, pisorum manip. unum, ponantur omnia in sacculo, & in lixivio coquantur, fiat lotio mane, quæ siccetur sine frictione, & caput contegatur tum potest exhiberi sternutatio levis. Item 1. purgatio fiat 2. instilletur oleum succini in aures 3. hæmorrhoides aperiantur 4. fiant sternutationes 5. Cucurbitæ affigantur scopulis cum scarrificatione 6. Embrocatio fit capitis 7. detur vinum decoctionis guniaci in quo cocta betonica 8. Potus sit in quo macerata folia lilij.

Contra *epilepsiam* passim commedant *alcis ungulam* dum gestatur supra cor, aut in digito annulari aut si cruentetur illâ auris sinistra, aut etiam reducta in pulverem, & sumpta in aqua liliorum convallium, aut lavendulæ. Addit (ut id per occasionem) Belriguardus, quod propulset perotios applicata cordi. Guerinonus quòd valeat contra pleuram Georg. Medit: Ducls Fran. sylu. quòd contra humores, vertigines, lacrymationes oculorum, cæcitates contra colicam, putredines, lumbricos; tremores, passiones cordis, stuporem capitis, deliquia, cyniopem

cyniopem, dummodo portetur ut tangat carnem. *Epilepsiæ obnoxius* concidet, si cornu caprini drachma assæ fœtidæ dr. ſs. fiat suffitus supra carbones, idē fiet ad suffitum gagatis. Idem si rotam figuli aspiciat dum vertitur. Apuleius.

*Epilepticos sanat* Oxymellitis scylliticæ unc. duas mane sumat, post duas verò horas sumat poculum aquæ hordei, postea propinetur agarici præparati dr una ſs. rursus ad oxyme redeundum & aquam hordei: & ad pilulas ex agarico. post ista, detur per novem dies pulvis aristolochiæ rotundæ dr. tres, seminis pæoniæ albæ lunâ decrescente collectæ scrupulum in ovo sorbili. Item pæoniam lunâ decrescente col lige & contritam in cibo & potu adhibe, nucem verò oleo visci querni unge. Item ungulam asini super ferrum ad ignem appone, & tere, da per quatriduum in aurora cum vino, potest addi pulvis radicum pæoniæ, & seminis Lunâ decrescente collecti, Item decoctum hyssopi aut melle scyllitico] & pulvere radicum & seminum pæoniæ. Item cornu dextrum capræ rufæ occisæ pone in furno ut aduratur, contere da ægro quantum bis apex cultri capit vel aqua betonicæ distillata, post ternam sumptionem sanabitur. Sed priùs æger sit bene purgatus. tum prodibunt instar scabiei pustulæ & per illas morbus abibit. Item semina hederæ collecta triduo ante mutationem Lunæ & in umbra siccata. Item cor leporis exsicca, tertiam partem eius da ægro cum thure per dies septem.] Sed si morbus sit frequens, detur per mensem, est efficax. Item hirundinum in pulverem ustarum libra, partem solidam castorei unc. sex auri foliati tabellæ decem, aceti distillati q. s. fiat infusio, distilletur, detur iesuno per dies quatuor. Phrenetico autem & paralitico dandum per dies novem. Item balsami drachmam, detur in accessu, hoc fiat bis, & sanabitur. Item seminis palmæ Christi per novem dies granum

sumat.

ſumat. Item prodeſt viſcum quernum ¦deferre ut carnem tangat.

*Pro epilepſia* ſananda chamædryos florem, colliga tur in Maio, ſiccatus in umbra, teratur, de hoc pul vere cochlear miſce cum duobus vitellis ovorum, coque, comede per dies octo manè & ſerò caveat interim a vino, coitu, leguminibus, rebus ſalitis, car nibus duris. eſt efficax. Prodeſt cor lupi edere, i tem oſſa cordis cervi alligare corpori.

*Epilepſiam & vertiginem curat*, Herbam brancàm ccipitris, florentem, ſicca in umbra, pulveriſa, exhi be in ovo recenti quantum ter poteſt capere apex ultri, quatuor horis ante cibum, fiat id *Lunæ* die us 15. *16.* 17. *18.* vel poſt novilunium die 3. Ad litur ſaturæ coronalli cerotum ex bene raſo viſco uerno, pulvere thuris albi, maſtiche, uernice in ranis, & pulvere nucis moſcatæ Item, Verbena um ſol eſt in Ariete collecta, iuncta granis pæoni , trita ¦ex vino & percolata, hauriantur.

Item Hirundines combuſtas pone in aceto additâ arte pari caſtorei, diſtill, liquoris unc. ſs. cum di mbræ dr. ſs. propinentur Lunâ 25. ſex horis an e comeſtionem, deinde Lunâ *12.* *Signa epileptici*, onat myrtham in naribus, & ſuffumigetur cornu ervi, ſtatim cadet, idem faciet ſuffumigium picis tem comeſtio hepatis hirci, aut eius odor, ſtatim cit cadere. Item venæ talium ſub lingva ſunt vi des. *Epilepticos ſanat* coagulum leporis oleo hu ectatum, & in pilulas redactum, doſis, una pilula. tem pyrethrum tritum & melle conditum quotidie umptum, curat intra dies XI. doſis, cochlear. Itē ngulæ equorum combuſtæ bibitæ. Item hepar mu s deficiente Lunâ aſſatum & extractum. Item rtica cum vino pota.

Vide Vertigo.

***Epilepticos excitat*** ſanguis eorundem ori ipſorum

illitus

illitus. *Præſervant* pilulæ factæ ex myrrhæ ſcrup. duobus, Croci unc. una, Aloës hepaticæ quatuor. Exhibetur ægro pulvis ex cranio hominis ſtrangulati & ſine igne calcinatus unc. una, viſci querni, cinnabaris factitij ungulæ doſis, ana, unc. ſs. datur ſcrup. ſs. pueris ſtatim poſt paroxiſmū, adultis totus ſcrup. & iteratur certo ſucceſſu. Adr. Minſicht Vel ungulas aſſas & uſtas continuus bibat. Vel cerebrum coturnicum ex unguento myrthino tritū & faciei illitum prodeſt, ſervatur ad uſum in vaſe ſtanneo.] Vel cranij humani triti quantumvis pone intra vitrum in fimo equino per dies 15 vel 20. diſtilla per retortam, prodibit oleum, pro unâ vice drachmam vel amplius ſume. Aut verbena colligatur dum Sol eſt in Ariete, addantur grana Pæoniæ, conterantur, & in albo vino propinentur.

Craniam hominis occiſi nam tale rigoroſius, ſicut & arbor non ſuapte arefacta, in craticula torre, ac in pulveres redige, ex hoc dr. unam, tria grana pæoniæ, cochlear aquæ lavendulæ, ſumat ieiunus æger tribus diebus, interim ſe domi continens, parſit potu, cibis levibus, poteſt etiam alterum cochlear aquæ lavendulæ quotidie ſumere. *Epileoſiam nunquam paſſuros* aſſerit Mizald, ſi infantes mox atq; nati ſcrupulum dimidium coralli cum lacte nutricis ſumpſerint. *Contra epilepſiam* cranium viri mortui violentè in pulverem inpalpabilem reductum, uncia corallorum rubrorum præparatorum, uncia, miſce grana ſeptem vel octo, miſce, ſumatur, quantum parvi cultri capit apex, manè & ſeró, & in paroxiſmi acceſſu: eſt efficax. Item Pulvis ex caſtoreo, opoponace, antimonia, ſanguine draconis datus, ſuperbibatur parum aquæ hyſſopi ſanat certò etiam inveteratam.

## *Eriſipelas.*

Eriſipelati emplaſtrum imponitur ex ſpermate ranarum in Martio in trito aliquoties, & ſiccato,

ſed

ſed nigra grannla ex ſpermate reiicienda. Aliqui n oppoſitæ partis pede, halecem diſcerptum plantæ per 24. horas applicet. Vel accipe ſacculum furfurum triticeorum, calefac bene, loco affecto applica. Lac capræ aut vaccæ mixtum cum ſiligine & ſucco malvæ, prodeſſe fertur. Item farina hordeacea, ſuccus ſolatri, unguentum roſatum, oleum roſatum, miſce, unge. Item ſtercus albi columbi applica cum aceto. Item limacem integrum contere & applica. Item aqua ſambuci mane & ſerò quantitate unc. ſeptem bibatur. Item, glans querna cum cortice unius anni, dempto caliculo tuſa eundo cubitum n vino tenui ſumitur. Item, eſt præſens, potus aquæ ſambuci, & locus canabe involvatur. Item applicare lamellam aurichalci tenuiſſimam quæ inſtar auri reſplendet. *Dolorem intra quatuor horas tollit* certò ſanguis e cauda felis illitus. *Erſipelas* intra horas tres ſanatur, folium tabaci pone ſupra cineres & calidiſſima applica.

Vide Ignis Sacer.

## *Ebrietas, Crapula: Cruditas, Diſtemperies.*

Inebriat ſtatim vinum cui admixta eſt modica ſambuci aqua, multa enim nocet. Præſervat ab ebrietate præſumptum poculum liquoris e folijs perſici, vel oleum ſulfuris. *Qui ex ebrietate die ſequẽ dolet capite*, vinum calidum bibat: vel antequam eat cubitum poſt vini potionem aquam frigidam ſumat copioſam: & quod præſtat, evomat vinum. Aliqui ut inebrient laboranti cerviſiæ infundunt crematum, inebriant etiam citò ſemina rapæ infuſa vino. Ebrius ſtatim ſit ſobrius potu aceti, vel aquæ cum aceto, vel eſu placentularum cum melle. Ebrietatem vini arcent folia lauri ſicca comeſta. Prodeſt

inter potandum dulcia ſumere: roſas, violas, camphoram, & alia frigida olfacere vel ſuccus caulium alborum, ſuccus granatorum, acetum optimum, coquantur ut ſint inſtar ſyrupi.

Mulier nimium inebriata refrigeſcit, ſi linteis frigidâ imbutis mammæ foveantur, vel edatur citrinũ craſſum habens corticem cum ſale.

Ebrietatem inducit mantha tuſa vino impoſita, arcet verò ſal affrictus pedibus. *Crapulatus* bibat piper & florem roſmarini, vel piper cum ſale & cumino inſpergat cibis. Vel eundo cubitum bibat anethi ſuccum. Vel grana quinque piperis ex melle ieiunus ſumat. Ebrietati reſiſtit braſſica cruda, illa potiſſimùm quæ plùs cæteris rubeſcit, ſi capiti cruda macerata circumponatur, nam vapores vinoſos in alvum convertit. Lemnius. Eadem vis a Wekero tribuitur hederæ, apio, nucibus lupinis. ab Alex. pulveri pumicis in aqua ſumpto, croco, caprino pulmoni, lacti ieiuno ſtomacho ſũpto, pulti ex lacte & farina hordei cum aceto ſumptæ. Plater hunc pulverem laudat ſeminum caulium drachma, coriandri dr. quinque, camphoræ grana 10 fiat pulvis, doſis cochlear ex vino auſtero.

*Diſtemperies* ex labore vel alia cauſa, ſpiritûs tartari guttæ circiter decem per dies tres vel 4. in carnium iuſculo ſumantur. *Cruditas* ex nimio potu cibi, bibat in aliquo liquore guttas ſpiritûs vitrioli, ſtatim ceſſabit. *Ebrietas impeditur* vel, manè ſume hauſtũ lactis, vel ſuccum betonicæ antè potationem bibe. *Sitis* orta ex copioſo vini potu frangitur, ſi particulam ſaccari ſuperederis. *Cruditates* verò tollit modicum theriacæ.

Elephantiaſis vide Lentigines.

## *Aſthma.*

Faciei Morphea, Facies, Os, Reſpirium, Fucus, Fœtor oris, Furfures, *Puſtulæ*, Panni, Pomata, Percuſſio

Percussio, Pili, Vulnera, Flavedo, Tumor, Scabrities Nitor, Solis adustio, Vari.

*Fucatæ faciei color perit*, si allium vel cyminum dederis edendum.

*Fætori oris medetur* galganum sæpè masticatum vel radix coriandri. *Si fætor oris processerit ex ventriculo*, purgatio instituenda. Prodest etiam tunc radices opij in Maio collectas & mundatas, siccatas ac in pulverem redactas bibere ex vino. Prodest & gargarismus foliorum lauri in vino. *Ex quacunque verò causa*, processerit fætor, iuvat myrrham tritam tenere in ore.

*Grauiter respiranti* caninum stercus ex vetere cervisia tritum & percolatum propinatur.

*Faciei maculas emundat* sanguis tauri illitus, vel radix cucumeris sylvestris intrita aquæ quâ abluis faciem. Prodest etiam ablutio decocto radicum lilij:

Tollit has maculas illitum fel capri aut farina lupinorum aqua, si ea te vespere laveris.

*Rubicunda erit facie* qui ieiunus lupinos per triduum ederit. *Pallidam facit* caprinus sanguis potatus. Item frequens cumini usus.

*Faciem clarificat sulfur* combustum in aqua vitæ misce cum medulla cerui, & unge. Vel aqua liliorum alborum frequenter ablue. *Furfures de facie tollit*, bovis, hirci, seu capræ fel cum vitri pulvere misce & unge. *Rubificat faciem* radix viti cellæ concisa, trita, & cum aqua rosacea illita.

*Oris fætor si oriatur ex ventriculi debilitate*. ℞ Salviæ unciam, florum rosarum unc. quinque garyophillorum tantundem, cinnamomi dr. duas nuces moscatas duas, moschi grana duo, tere misce cum melle, pone in vase ligneo ad solem per dies quinque: efficit ne corrumpat cibos uentriculus. *Rubor nimius faciei* diluitur, nucleorum persicorum unc. 4. seminum cucurbitæ excoriatorum unc. duas, tere succum exprime, faciem mane & vespere unge.

*Faciem dealbat & teneram reddit*, ſevum vervecis aqua roſacea, poma mundata a cortice & medijs ana. unc. 4. pingvedo. gallinæ unc. ſex, ceruſsa, fit unguentum. Vel ſerpentariam ſiccam tritam cum aqua roſacea miſce, & corpus unge. *Faciei puſtulas* tollit menſtruum virginis calida aquâ ſolutum, & per dies aliquot ſub veſperum faciei illitum tollit ruborem. Pro puſtulis, & *morphea* totius faciei, id eſt, ſquamas albas vel nigras. Bufones vivos tres vel quatuor coque in oleo lib. duarum per duas horas integras, cola illine faciem aliquoties, ſemel in diem, hoc ſanat: cùm alia non proficiunt.

*Panum* e facie tollit unctio cum elleboro albo, roſis albis cum oleo mixtis per dies ſeptem facta.

*Pallorem aufert* gummi ceraſorum cum vino veteri bibitum. Unge faciem *panoſam* oleo tartari per dies ſeptem veſpere, ablue verò manè aquâ calida in qua ſolutũ eſt amylum. Aqua diſtillationis florum fabarum priùs in vino infuſorum, delet maculas, cutim attenuat, complanat foveolas variolarũ, pilos non ſinit recreſcere, Radix cepæ narciſſi omnes maculas de facie tollit. Idem facit cyclamen. Syſimbrium lentigines & maculas aufert unâ nocte applicatum: Fimus columbarum cum aceto mixtus delet maculas faciei. Item rubia tinctorum cum oleo illita. Item ſemen anethi ſolutum in vino & coctum ad mellis ſpiſſitudinem. Dealbat & tollit Panum ( Panus eſt tuberculum, quod aliquando & durum, & magnum, & diuturnum ) tragagacanthum in aqua roſarum per noctem infuſum, adde manè parum boracis & camphoræ, liniatur in ſero. *Tollit ruborem* ſulfuris viſci uncia, thuris albi dr. duæ, camphoræ dr. una, terantur ſubtiliter, potantur in aquæ roſarum libra, exponantur ſoli per dies 15 lavetur facies noctu, manè verò abluatur decocto furfuris & roſarum. *Puncta faciei aufert*, nitri uſti, farinæ orobi, ana. æqu. cùm decocto betarum abluatur facies.

*Addit ruborem*, verzini partes duas, aluminis roc-
ca unam, tritici duas, coquantur in vino austero ad
dimidii consumptionem, colentur. *Pomata*, pulpas
mali apij, adipem capri iuvenis, ana. unc. 8. aquæ
rosarum unc. tres, garyophillorum unc. duas, mi-
sce fiat unguentum. *Maculas tollit* rasi saponis librã
vitelli ovorum duo, fellis parum, aluminis catini
unc. duæ, tere simul. Item cortices pomi aurei,
tere, & putrefac per dies octo, exprime oleum, cũ
sapone loto aquâ rosarum misce, adde radicem ire-
os, subige liquida storace, *Colorem conservat*, in
cibis urticas ede, & ieiunus sume moscatam nucem,
unge vino albo. *Inducit colorem* vinum dulce, mel,
ana. lib. duæ, thus, myrtha, ana. unc. duæ, distil-
la, & in aquam quæ prodibit impone santalos ru-
bros donec coloretur, lavet faciem & siccet, *splende-
bit & rubebit.*

*Faciei percussæ* tollit signa farina lupinorum.
Item Rheuponticum ex aceto illitum. Item aloë
cum melle. Item folia mentastri. Item mel & nux
frixa cum sale in emplastro posita. *A pilis mundat
faciem*. ℞ succi foliorum cucumeris, asinini lactis
amygdalarum amararum, ana. lib. ß. calis vivæ,
auripigmenti, ana. unciam, bulliant simul ad ignẽ,
deinde adde galbani emolliti in vino per diem &
noctem unc. ß. olei violati, rosacei, ana. unc. du-
as, coquantur lento igni additis garyophillis &
nuce moscata, unge in balneo leviter fricando, post-
quam pili decesserunt, imponantur furfures.

*Depilat verò & albificat*, Colophoniæ unc. 4. ma-
stiches unam, ammoniaci puri dr. unam, dissolve
in vase terreo, cola super aquam frigidam, collige,
solve iterum igni & applica tepidum per duas horas
cum furfures applica faciei. *Maculas tollit* fimus co-
lumbæ cum aceto forti illitus.

*Oris corrigit odorem* mentha, rubus, lentiscus, myr-
thus, *Ori combusto a cibis* infunde lac cuminum.

*Oris interno vulneri* salem cum thure appone, aut pilam quæ adhæret caudæ ovium tritam insperge.

*Faciem dealbat*, spumam mellis, albumen ovi bene agita ut albumen educatur in aquam misce cum spuma dicta, faciem tinge. Item floribus rosmarini coctis in vino albo lava. Idem vinum bibitum commendat halitum. *Vitio iecoris pustulosam mundat*, Lignum fraxini viride minutatim concide, & segmentis imple ollam in fundo perforatam, & superpone ollæ integræ, bene occlude atq; superpone, descendet succus, quo locum unge. *Dealbat* decoctum de folijs & radicibus urticæ. Item, florum sambuci recentium manip. 4. coque in lacte caprino. Item fabæ madeant in aceto per diem ac noctem donec ab illis pelliculæ abstrahi possint, tum ex fabis pulvis fiat, quo cum aqua calida lavare. Item medullam panis imbue iusculo carniũ, & illa lavare. Item camphoram, sulfur, myrrham, ana. unc. ss. aquæ rosaceæ unc tres, misceantur omnia priùs trita, & facies lavetur. Item, stercus passeris solve in aqua & cum radicibus urticæ affrica. Item decocto petroselini & urticarum lava. Item furfuribus in aqua coctis. *Rubras faciei maculas tollit* anethum tusum, cum adipe antiquo porci masculi inunctum. *Faciei fissuræ* curantur tragaganctho aqua rosacea soluto cum pulveribus anisi.

*Fissuræ labiorum & manuum*, Rapam magnam excaua, imple oleò rosato, aut communi, aut medulla ossium bovis, & particulis ceræ albæ, ac supra cineres bene assa, fiet unguentum. Item, oleum amygdalarum dulcium, aquæ rosarum ana. unciam, lento igni coquantur, & alba cerea candela misceãtur, fiet unguentum. *Facies dealbatur* sæpiùs decocto seminum lini abluta.

*Oris fætori* Pulverum salviæ unciam, florum rosmarini unc. tres, garyophil. dr. ss. cinnamomi dr. unam ss. nucis moscatæ dr. ss. musci modicum

mellis

mellis q. s. fiat electuarium, dosis quantitas nucis. Præservat etiam ab infectione aëris & peste. Contra asthma addantur unc. 4. hyssopi, valde iuvat. *Faciem claram facit,* In quatuor unc. aquæ vitæ pone belzoinum, storacem ana unc. musci gr. 4 ex hac mixtura pone guttam in aqua pura, fiet instar lactis, ablue faciem in lecti ingressu.

Faciei ruborem tollit lotio ex aqua in qua urticæ cum radicibus sunt coctæ.

*Halitui fœtenti* manè & serò bibat unc. duas & ampliùs ex decocto pastinacæ. Item scrupulum pulegij pulverisati in vino in os sumat, sed os priùs aceto eluat calido, vinum in ore detineat. Item dentes frices spiritu salis, hi enim sunt plerumq; causa fœtoris. Item iusculo pastinacæ admisceat drachmam pulegij, & bibat per dies octo continuos. Item masticet garyophillos, aut flores rosarum. Item pulegij decoctum bibat post prandium. Item masticetur Angelica; vel galanga. Item anisum mãdat, vel zingiber conditum, vel aquam fragorum distillatam in ore teneat, sed præstat verbenæ decoctum. Item lignum aloés masticetur, vel aqua cinnamomi in ore teneatur, vel masticentur folia gentianæ, aut baccæ iuniper, vel aquæ de radicibus menthæ os eluatur, vel nux moscata mandatur, aut zedoaria. aut garyophilli.

*Manus* bene mundantur pelliculis amygdalarum cum aqua, *Flavedinem de facie tolles* per dies quindecim unam nucem moscatam non corruptam sumendo in iusculo.

*Faciem rubram* propter hepatis accensionem, inprimis purgetur corpus in Maio continuato potu seri caprini, tum vena hepatica aperiatur, deinde facies foveatur vapore qui procedet ex corticis pedunculi caulis dicti capucci coctura, & ut vapor commovetur, identidem lapis candens iniiciatur, postea facies eodem decocto lavetur, & oleo tritici ungatur,

tur; sequenti mane quatuor horis ante cibum eiusdem caulis medullam sume cum saccaro unc. tres hoc fiat per triduum continuum post usum seri, Sed serò fuerit infusus fumus terræ, endivia, hepatica, borrago, cichoria. *Fætori oris* pulveris salviæ unciā, florum rosmarini unc. 4. garyophill. dr. tres, cinnamomi dr. unam ss, nucis moscatæ dr. ss. musci, parum, mellis q. s, sume quantitate avellanæ, roborat etiam stomachum & præservat a peste.

*Facies tumida*, linteum demerge in decocto scabiolæ, applica, sanabis intra triduum. *Maculas auferes* oleo myrthæ cum ovo asso. Item oleo cum balsamo mixto unge, tum appone pannum sericeū album, & supra illum laminam plumbeam, tum vade cubitum, mane ablue aqua florum sambuci distillata cum modico olei amygdalarum dulcium, hoc fiat per dies decem. Item oleum myrthæ. Item lamina plumbi. Item aquam serpentariæ misce cum aqua florum fabæ, lava. Item stercora boum in Maio neq; recentia neq; sicca collige, distilla, ablue aqua ista faciem.

*Genarum scabrities* tollitur felle capræ sylvestris. Item rubigine ferri. Item synapi succo cum melle. Item urinæ sedimento cum cyprino bullito. Item unguento rosaceo. *Nitorem faciei* addit adeps anserinus, gallinaceus, cicer, crocus, gummi cerasorum. Item mastiche Item peponis succus cum semine adiecta farina siccatus in sole, adhibitus pro smegmate, Item aqua profluens e betula perforata, vel synapi semen; vel oleum ex ovorum vitellis, vel oleum ex tritici granis, vel brassicæ semen, vel cinnamomum, vel cochleæ ustæ, vel leporis sanguis calidus, vel lilij radix cum melle trita, vel lini semen crudum, narcissi radix cum semine urticæ & aceto, vel oleum amygdalinum, vel sal cum melle, *Maculas solis tollit*, Ovi candidum, thus cum lacte, sed magis præservat. Item pulegium maculas contra-

ctas

ctas delet. Item ovo cocto imponatur myrtha & vitello exempto coquatur sub cinere, dabit oleum, pro usu præsenti. *Facies sit candida*, lacte caprino vel canino imbue panniculum, & involve faciem, per noctem, & hoc iteretur. Item lavetur decocto urticarum. *Oris fœtori*, aquæ pastinacæ unc. tres, pulverum de pulegio drachmam, misce, bibe per dies decem.

*Pro rubore faciei & nasi*, radices lapati acuti ablue, & siccatos ablatis interioribus duris pulverisa, misce cum axungia porcina vetere liquefacta, percola, ceram albam adde, fiat unguentum addito mercurio salivâ extincto ieiuni. Item coquatur granatum dulce cum corticibus suis, tundatur, & super nasum ponatur. Item, Radix sigilli Salomonis affricetur genis. Item santali rubri, aceti acerrimi, bis distillati, partes misce, & igni lento coque addito aluminis modico, inijce tantillum moschi hoc faciem præstabit rubicundam, splendidam efficit faciem, alumen tritum cum albumine recentis ovi, agitatum ad spissitudinem unguenti, unge manè & vesperi, aufert vitia. Vel panis medullam lacti aut sero caprino inijce, distilla, habebis aquam pro facie. *Nævos tollit avena* cum aceto emplastrata, *Faciem expolit farina lupinorum* cum felle capri, succo limonum, & alumine saccarino.

*Faciei tubercula* pellit aqua fragorum priùs putrefactorum distillata, immo & lepram cum aqua vitæ mixta *Rubicundam reddit*, in aqua vitæ per horam bulliant igne lento santali, his facies ungatur. *Contra pallorem* pulvis betonicæ bibatur cum vino albo calido. *Faciem & manus teneras reddit*, Radices & folia urticarum coque in aqua bene, & his lavare. *Albam sine rugis*, cepam liliorum, oleum amygdalarum amararum, ceram albam, misce, fiat unguentum. *Dealbat etiam a sole adustam faciem & manus*, si elueris succo limonum cum sale

 nec

nec absterseris, postea laveris aquâ purâ. Item pone in lixivio salem, succum limonum, aquam rosaceam, saponem album tenuissime concisum ut fiat massa, cum adde pulverem garyophillorum, expone soli, fiant globuli pro lotione. *Maculas aufers* ex ovo cocto duro, vitellum & corticem detrahe, imple myrrhâ tusâ, appende in cellario, stillabit oleum, illo unge

*Pustulæ in facie* ex hepatis accensione. Axungiæ porci mundam, sulfuris vini ana. part. unam, aquæ persicorum & silicis q. s. misce ad lentum ignem & unge faciem. *Faciei ruborem* tollunt bulbi liliorum cocti, & faciei manè ac serò illiti. *Oris fætor* ex gingivarum putredine emendatur decocto absynthij cum citri cortice in aceto aut vino, quod etiam favet ventriculo. *Faciei & corporis maculas tollit*, Cumini triti unc. una, sulfuris dr. duæ lib. 1. aquæ pluvialis, coque ad medias, percola, fac linimen.

*Oris fætorem*, e ventriculo provenientem levat panis calidus cum aqua bene solita mane sumptus. *Faciei maculas & rugas tollit*, radix cucumeris asinini trita, & cum aqua mixta, si eâ lavetur facies: postea frgidâ abluatur, quod per triduum faciendum est. Vel sanguine tauri illinatur, vel hepar ovis recens applicetur.

Vide Ruga.

*Faciei Varos tollit* (Varus est exiguus durusq; tumor ortus ex crasso succo) folium porri sativi tritum & impositum. Item farinam erui cum aqua omnes corporis maculas emundat. Item oleum amygdalinum cum melle impositum. Item adeps gallinaceus cum cera mixtus & cum cepa trita. Item farina avenæ cum aceto cocta. Item lacertæ sanguis ieiuno illitus. *Faciem reddit pulchram*, stercus bovis maiale combure & misce cum oleo; quo faciem mane & serò unge. Item duodecim pedes

vervecum.

vervecum bene coquunt, flores nenufaris, nasturtiū ana. manip. quatuor, aquam solatri, plantaginis ana. libram, medullæ panis libram unam ss. vini albi libras tres, albuminum ovorum, camphoræ ana. unciam, pulveris laterum libram distillant in lento calore B. M. prodit aqua pro dicto usu. *Maculas faciei tollit* serpentaria cocta in vino ad tertiæ partis consumptionem, coletur, lava.

## *Febris, Inflammatio, Morbus Gallicus, Sitis in febri, Petocii, Palatum, Phrenesis.*

Febrim omnem intermittentem feliciter curat. dr. una cranij humani occisi hominis, ante paroxismum ex vino propinata. Vel raphanum contere. & lini semen in pulverem reduc, adde album i na duorum ovorum, & omnia misce simul, & pulsibus manuum ac pedum admove. Aliqui anseris albi stercora in calida cerevisia propinant, & postea sudare volunt ægrum. Aliqui aquam e formicis distillatam contra omnem febrim bibunt. Illud, sva det, ut æger plantis pedum supponat herbam dictam Iberis, inambuletq, donec herba caluerit & ait. extracturam in se morbum: sed si quis sanum hunc a plantis reiectam calcaverit, eodem morbo inficiendum. Alij alabastri candidi triti quantum apex cultri capit in accessu paroxismi ex potu aliquo propinant.

*Febri diariæ*, pentaphilli unum folium, bis de die sumatur, *tertianæ* tria folia, *quartanæ* quatuor Fr. Rues de gemmis. Propinatur & pulvis tormētillæ.

*Febri cuiq.* datur verbena ante solis ortum effossa in antiqua cervisia cocta, hanc bibat æger per quatriduum. vel coquatur ciconia in cervisia vel vino-

no iusculum ante accessum febrilem bibat æger, vel pimpinella in antiqua cervisia coquatur, hæc verò in potum cedat, vel pyrum aut pomum evacua, & thure albo repletum claudatur linteo madido involve, ac sub cineribus assa, ac mane da edendum ægro, vel medium, hoc est, viridem corticem sambuci in aceto coque, & si febris sit frigida frigidū bibat, si calida calidum. In omni febri etiam prægnantium iuvat propinare guttas tres olei cinnamomi. *In febribus dolor capitis*, cortices citri cum aqua rosacea vel aceto, appliciti temporibus, & pulsibus arteriarum.

Vel herba febrifuga, quæ est cærulea, & prima fere post hyemem nascitur, ponatur in alembico tantum aquæ affundendo ut emineat, distilla rursus assume novam herbam & hanc aquam distillatam superfunde, & hoc ipsum fac tertiò, huius aquæ ante paroxismum datur uncia robustis. Alij urinam puerorum distillatam propinant. Febrilem ardorem evocant haleces plantis pedum applicati, vel piscis linus descissus similiter appositus: uel herbam potentillam contritam cum sale plantis pedum applica, vel hanc solam si est viridis, ad siccam acetī modicum adhibe, & repetatur applicatio, vel lappæ maioris rasuram per linteum exprime, & ægro propina, vel aquæ fontanæ lib. unam. mellis cochlear, pone in vase inter formicas, quæ ubi intraverint, vas claude, hoc totum distilla, bibat ager aquæ istius cochlear, sequetur vomitus, hoc valet *contra omnes febres* Initio verò febrium, Rad. tormentillæ dr. unam terantur, theriacæ bonæ dr. unam, Aquæ tormentillæ unc. ſs. Aceti vini dr. duas, misce bibat uno haustu, valet hoc etiam contra pestem, sudet horis tribus.

*Sitim* febrientium lenit crystallus diu in frigida agitata, & in os sumpta. Maioris ad hoc virtutis lapis albus qui in capite limacis reperitur, si teneatur

sub

ſub lingva, Lemnius. *Rigor tertianam*, frigus quotidianam horripilatio quartanam præcedit. Cum febris oritur ex putredine humorum, confert camomilla, viſcera confortat, lapidem frangit. Febrientibus nec imminente, nec præſente paroxiſmo cibus exhibetur. *In acutis febribus*, lardum, oleum, & omnia pinguia nocent: in pituitoſis fructus, & aqua hordei cocti. Paroxiſmi ſi horam ſuam anticipent, materia morbi ſuperabundat: ſi horam ſequuntur, diminuitur. Si eâdem horâ procedunt; longitudinem morbi indicant.

*Febri omni* ſuccum pimpinellæ, acetoſæ, criſpinorum, ſcordij, ana. lib. ſs. ſucci limonum lib. duas aquæ acetoſæ unam, Dyctami albi, tormentillæ, ana. unc. duas ſs. bolum, cornuum cervi præparatorum, ana. unc. unam, copticis cedri unc. ſs. theriacam, mithridatum, ana unc. unam, miſceantur, & diſtillentur per B, M. uncia una, sumatur per tres dies mané. *Sitis in febri*, ſalis petræ præparanti cum ſulfure drachmam ſolve in priſana, ſorbeat æger, provocabit ſudorem, liberabit a ſiti & febre ſi aliquis *inflammatus*, tribus diebus ante ortū ſalis bibat albumen ovi. *Febri maligna cum petociis*. Radices tormentillæ, ſantalos rubros, dyctamnum album, cornua cervi præparata, bolus armenus orientalis, ſantali albi ana. unc. ſs. margaritæ, ariſtolochia rotunda, cinamomum, gentiana, coralli albi & rubri, ana. dr. duæ, camphoræ dr. 4: fit pulvis, doſis drachma cum aqua florum cedri, tormentillæ, & ſcordij ana. uncia, ponantur in B, M. ſumantur aut cum aqua ruthæ caprariæ, aut ſcorzoneræ uncia una ſs. *Si quis inflammatus* per tres dies in aurora ebibat albumen ovi crudum.

*Febris cum frigore*. in acceſſu frigoris dimidium poculum ſucci abrotani bibat. Item hyſſopi parum & ſalviæ tere cum forti cremato, & cochlear da aliquoties, *Febri* ſubvenit portulacæ ſuccus potus,

ſanguinariæ

ſanguinariæ ſuccum potus horâ ante acceſſionem, ſaxifragia in vino coſta, pota. Cavendum macilentis ab acidis quia inducunt obſtructiones & maiorem maciem. Anthemidis flores abſq; folijs decerpti, tuſiq; in mortario & cum oleo redacti in paſtillos, ex eodem poſtea ſoluti, & ægro illiti a capite ad pedes, qui tegatur ut copioſê ſudet, ſanabitur. Cardui benedicti, vel decocto, vel ſtillatitiâ aquâ, vel pulveris drachma potum, ſanantur febres potiſſimum quæ acceſſiones frigidas habeat.

*In febribus calidis.* Coque paſſulas, priùs bene lotas, applica ad manuum arterias herbam petroſelini recentem cum aceto. Ad plantas pedum raphanum tritam cum aceto & ſale, aut panem ſiligineum aceto conſperſum & ſale. Prodeſt juſculum hordei cũ ſucco cucumerum & melonum. *Contra eaſdem febres,* vitellus ovi infunditur cremato, tum exuritur & ſic bibitur. *In tertiana,* tria folia plantaginis. *In quartana,* quatuor in cereviſia ante paroxiſmum, aliis temporibus cum vino bibuntur. Item, etiam *in deſperatis,* per triduum pedes uſq; ad talos; & manus uſq; ad ſcarpos foveantur pane recenti mixto aquâ cum argillâ. Vel artemiſiâ decoctum calidum bibe. *Sitim in febre extinguit* decoctum in aquâ radicum betonicæ, refrigeratum propinatum.

*Febris interna.* Farinam hordeaceam è pultibus factam, ſemen canabum tritum, radices petroſelini coctas in aqua, miſce & intra linteola ventriculo applica. retinendo uſq; ad exſiccationem, & hoc ipſum itera quam diu fuerit opus.

In febribus vinum non valet nisi in quartana et quotidiana aliquando, idq; lymphatum, in calidis febribus decoctum hordei factum ad tertiæ partis conſumptionem eſt utile. *In frigidis* tegatur æger, cùm ſupervenit calor, tegumentum tollatur ſed non omne, nec ſe aeri exponat, niſi poſt ſudorem. *Contra ſitim* aquam hordei bibat, conſervam roſarum & buglosſæ

ſumat

umat, vel diarhodon abbatis, cibo abstineat in paro
ismo, venter subducatur suppositorio. Vena hepati-
a secetur initio cùm futurus est calor: sed priùs suma
ur cassiæ fistulæ noviter extractæ uncia dissoluta in
ecocto endiviæ, eupatorii, cichoreæ, cuscutæ, fumi
erræ, prunorum tamarindorum ana additâ syrupi de
izantiis una ss. bibatur ante cibum horis tribus, &
ostea sumatur brodium hordei sine sale coctum, sac-
aro dulcoratum, lenit molliter constipationes. Ca-
eat æger ab aromatibus, ovis, piscibus, carnibus. Si
amen sit debilis, sumat jusculum carnium, pullos, vi-
um lymphatum, si id ualde appetierit. Cibus, pultes
ordeaceæ, avenaceæ, jusculum carnium, aqua endi-
iæ & cichoreæ crebrò bibatur. Confortant conser-
æ, rosatum, borraginis, manus Christi cum perlis,
ibes, Diarhodon abbatis. Ventrem lenit uncia di-
runis simplicis vel diacatholiconis dr. sex. Prodest a
uam rosarum olfacere, cordi, & pulsibus apponere,
ad vomitum incitatur, juvet illum decocto raphani,
t repleatur priùs venter, lingentur oculi.

*Febrium initio* clystere materia subducatur aliquot
oris ante paroxismum, hæc enim caput petit. In
sa febri à potu abstinendum, gargarismus ejus loco
at ex aqua aceto mixta. Purgatio juvat pridie paro-
smi, potissimùm ex rheubarbaro & cremore tartari.
enæ sectio prodest libero die facta morbi initio. Pro
rtiana & quotidiana laudatur pellicula interior ex
omacho gallinæ detractæ, siccata, pulverisata, in vi-
o data ægro. Valet etiam in Quartana. Febris quæ
um rigore venit, curatur primò vomitu, deinde sudo
e. In quotidiana ante paroxismum bibat succum a-
ii, aut synapi comedat semen, aut abrotanum tritum
um aqua bibat. Item, spiritûs vel olei vitrioli scru-
ulum, salem absynthii dr. ss. aquæ cichorii unc. du-
s, sumat ante paroxismum. Iuvat tincam piscem vi-
am per medium sectum applicare plantis *Inflamma-
oni* aquæ de spermate ranarum, etiam oculis & erisi-
elati applicatur.

*Febris*

*Febris amphimerina seu quotidiana* præmissis purgationibus, grana quinque piperis ruditer contusa sumat cum jusculo non salito pulli & pinguedine unc. 4 in aurora cum saccaro albo. Aliquando *in febri exulcerantur gingiva & palatum*. Gallas contusas septem, mellis, aquæ ana unc. tres, usque consumptionem aquæ bulliant, unge locum frequenter. Valet & contra *morbum gallicum*. Pro *quotidiana* manip. pentaphylli in tribus aquæ mensuris, coque, ut tertia pars maneat, percolat, bibat. *Pro frigida*, grana 11. piperis folia 24 verbenæ distillentur, bibat. *Infantium febri*, semen lini, farinam lupinorum, absynthium coque in vino albo, applica sæpius umbilico.

Vide Maligna, Tertiana, Quartana, Phrenesis, Febrim pellit applicatum digito annulari seu cordiali manus sinistræ allium, crocus & sal aceto tincta.

*Febres omnes* Ebuli vel ebione semen colligatur in Octobre, concidantur pelliculæ intra quas est semen, ponatur in sacculo lineo in fossa prope flumen, donec fluxerit ex sacculo pura aqua: tum ponatur in vase puro aquæ, & tam diu teneatur donec enatet & pars eius maneat infra aquam, hæc pars quæ enatat, facit vomitus, quæ mergitur, dorsum purgat: tum semen in umbra exsicca, fac pulverem, exhibe quantitate nucis unâ die, sequenti vaca. Infectis *lue venereâ* datur octies aut novies, alijs quater aut quinquies in jusculo, vel vino, sed pulvis nunquam detur in sua substantia, sed in nodulo ligatus infundatur.

Item aliquot guttas lactis masculum lactantis in vitello ovi exhibe. Item bis vel ter pulverem ex iecore ranæ det ante accessum.

*Febri continuæ* albumina ovorum recentium, cum fuligine, sale, acri aceto, alliga pulsibus. Item excava cepam, & comple Mythridatico, & fortiter alliga pulsui manus dextræ. *Si phrenesis invadat ex febri* capiti pulmonem vel iecur arietis recens applica

vel

vel columbum scissum per medium. *Febris interna* surfures triticeos, ova duo vel tria, aluminis modicũ, aquam rosaceam, misce, ventri appone.

*Maligna*, herba dicta Pol. Szaley trita cum aceto arterijs applicatur. *Febri*, ungitur corpus oleo cum succo apij. Vel lachrima cervi occisi miscetur cum vino & inungitur. *Quottidianæ*, iuvat granum tritici quod intra panem reperitur, & collo appendere. *Febri cuiq;* spiritûs vitrioli scrupulum, salis absynthij scrup. unum ss. Aquæ cichoreæ unciam, misce, sumatur unâ horâ ante paroxismum, & sudat in lecto. In febri quam vocant Itali, maldearia, vena nullo modo secetur, cor hyacinthi bolo sumpto atq; unctione muniatur, pulsibus verò arteriarum vesicatoria adhibeantur.

*Febri* Lactucæ succus ex rosaceo fronti & temporibus illitus. Melopeponum seminis cremor lacteus ex ptisana hordeacea refrigerat, & obstuctiones tollit. Potentilla pedum plantis manuumq; volis alligata calorem sedat. Pruna dari febrientibus prodest. Centaurea per urinam educit materiam febrilem. Ptisana cum semine melopeponum, cucumeris, cucurbitæ, & cremore papaverum. Salicis folia utiliter sparguntur circa lectos febricantium. Uvæ spinæ baccæ utiliter iusculis incoquantur. Lupuli florum & folliculorum decoctum in febribus diuturnis ab obstructione ortis iuvat. Cerasorum contectum vel decoctum in acutis febribus biliosis iuvat. Ius e vetere gallinaceo. Rhaponticum bibitur contra febrium circuitus, sagapenum iuvat in potu. Synapi inspersum potui polentæ valet ad febrium circuitus.

*Horrores febris* discutit abrotanũ illitum. Aquaticus potus ante accessum. Coris semen ex pipere illitum. Iridis radix ex aceto pota. Lasar cum vino, thure, & piper potum. Myrrha fabæ magnitudine cum pipere & aqua pota ante accessionem duabus horis. *Piper* vel potum, vel illitum, Pyrethri radix

pota. *Febres circumeuntes* continet illitum ante accessiones nitrum. stercus canis qui sola ossa comedit exhibetur ægros morbi initio. *Quotidiana.* Quinquefolium unum cum hydromelite vel vino, ac modico pipere potum, Eringij stillatitia aqua. *Febris ardens*, Cucurbitæ succus cum rosaceo fronti appositus. Cucumis recens in tenues particulas sectas *ariditatem linguæ* aufert. Contra dictas febres papaveris semen, cremor hordei decocto expressus, valet *ad sitim & somnum.*

*Febris phlegmaticæ* circuitus est supra 24. horas Tertianæ supra horas 28. Quartanæ supra 72 hoc est. Ab uno paroxismo phlegmaticæ quotidianæ ad alterum 24. horæ, tertianæ 48. quartanæ, 72. Tres febres phlegmaticas patitur cuius febris circuitus est horarum 8. hoc est sex horis affligens & quiescens duabus, nam octo horæ tertiam partem phlegmaticæ faciunt, afflictus autem 16. horis tres patitur tertianas, nam 16. horæ sunt tertia pars tertiana circuitûs. Qui 18 horis affligitur, quatuor quartanas patitur, nam 18. sunt quarta pars circuitûs quartanæ.

*Venam aperire in febris impetu* est hominem jugulare. Rist. Mittendus est sanguis cùm febris remittit. Cùm fluit sanguis crassus & niger, fluere permittatur, sed si bonus fluere incipiat, prohibeatur. Quartana nullum intermittit. Urina febrientium est varia, candida, tenuis, spissa, vel turbulenta, in tertianis crocea, vel rubicunda, in quartanis, fusca pallida. Febrientium ardores compescit succus urticæ arterijs illitus. Ptisana pro eorundem siti fit, hordeo ut aqua superemineat affunde, coque. coletur & rursus coquatur ac coletur, tertiò decies tantum aquæ affundatur. & coquatur donec exhalet dimidium.

*In febri continua bibatur* pimpinella in aqua calida resoluta. In quotidiana, medulla panis cum felle capræ

capræ æquo pondere cum ovo leniter aſſato & oleo laurino, imponatur ſtomacho.

Pro febri maligna, trifolium, cichoream, rutam caprariam, ana. manip. ſs. duas aut tres, radices borraginis, pugillum ſeminis cedri, bulliat totum in iuſculo carnium vervecis aut pulli, bibat ex hoc æger quinque aut ſex diebus.

Febris ardorem mitigat urtica contuſa manuum arterijs applicata.

*Febri frigida* ante acceſſum quantitate lavellanæ theriaca ex cremato ter propinatur, *Calida febri* ſuccurrit plantis pedum cum albumine ovi applicata herba potentilla, additumq́, ſuffumigium ex nigro vellere & abſynthio.

*Frigidam patienti* viro quidam porci ſtercus, mulieri verò ſuis, cum croco, pipere, melle propinant ex cervifia coctum. Exhibetur in febribus, cochlear aceti, duo naſturtij aquatici, cum ſale, aliquot guttis olei, vel ſuccus plãtaginis recentis cum modico ſed forti aceto, vel decoctum cardui benedicti ſumptum mane in lecto ut ſudor eliciatur, & hoc valet pro reliquijs febrium tertianarum expellendis. Aliqui contra febrim, ſaponem qui in Polonia vocatur Barenſis, bibunt. Alij in rudi cremato coctum abſynthium applicant arterijs.

*Febri malignæ* coque unam partem millij, in ſeptem partibus aquæ ad dimidias donec incipiat millium rumpi, percola & hoc potu utere.

*In febri acuta* dum urget *ſitis*, potus prohibetur, & ſolùm ſvadetur ut lingua ungatur lardo ne areſcat. Febrim relevat argentilla plantis appoſita. *Febrim quamcunq́* ℞ Serelis lybiſtici, piperis, ſeminis petroſelini, calaminthæ, pulegii, ana dr. unam ſaccarum q. ſ. Febrienti prodeſt ſtercus capræ aridum, tritum, cribratum, cochlearis menſurâ ex vino odorato cyathis quatuor ieiuno propina, Porta. *A febre præſervant* folia teneri ac recentis abſynthij e-

ſiccata bilem deorſum deturbando. Febris cùm eſt periculum, balſamum ſulfuris, cremorem tartari, aloën impone mulſo per hebdomadam, ſumitur minùs ſemilibra, & purgat leniter. Item in acceſſu febris nucem muſcatam bibe cum forti aceto.

Vide Sitis.

*Febrim ungaricam* ſanant, cancris ſex aut ſeptem fluvialibus in mortario tuſis vivis, ſi ex illis fuerit ſuccus expreſſus cui frigida affundatur, permittaturque totus liquor ſubſidere, liquorem clarum hunc æger ſæpiùs bibat. Hic morbus urit cum nigredine linguæ, ſit in eo frequens uſus ſalis prunellæ.

*Febrim pellit* quidem ſed facit veſicationes & carnem exedit herba ranunculus, pulſibus arteriarum applicata, idem præſtat ſed cum terminibus venarum apposita plantis pedum herba Leviſticum. Hoc bene ſuccedit lumbricos terreſtres exſicca & contere, exhibe cum urticis tritis unum cochlear in potu aliquo, idq; in acceſſu febris, Item bibatur ſuccus ulmi. *Febri cum frigore* incipienti occurres, ſi ſucci cardui benedicti cochlear unum & dimidium ſumpſeris. Idem præſtabit infuſum huius herbæ in vino Rhenano. Item ſumatur dimidia libra ſpiritûs vini e Rhenano extracti, ſed priùs in ſpiritu madeat ſtercus ſuillum per horam, tum fortis fiat expreſſio, & æger ſudet.

*In febre intermittente* duo mala aurea prunis admoveantur donec molleſcant, tum ponantur in vini albi optimi cotyla per horas 24. & vas claudatur deinde vinum coletur & præbeatur ægro dum ab horrore invaditur, & nullus detur alius potus, tegaturq; bene donec paroxiſmus durabit, copioſius profluet ſudor & materia febrilis per urinam effluet, non opus erit hoc remedium tertiò repeti. *Febrium ardorem* temperat ſuccus bibitus cucurbitæ coctæ in furno abſq; aqua. In febri non prodeſt, ſed etiam

ut

te Ephemeris Germ. affirmat, obest tincam plantis
pedum applicare. Idem est illis quæ manuum car-
pis adhibentur. Vesicatoria tamen in malignis fe-
bribus sunt utilia. chamædrys & centaurium,
minus nonnisi robustis convenit.

## *Flatus, Ventositates, Ructus.*

Flatus tollentur, aquam distillatam florum chamæmeli unc. quatuor. unc. 1. saccari, bibe vel corallorum rubrorum, dr. 1 cum aqua appropriata, vel ol. amygdalarum dulcium recent. pellit ex ventre allium cum pane modico sumptum. *Flatus ventris & matricis*, pulverem baccarum lauri, saccari ana. drachmam, bibe ieiunus in vino albo. *Flatus stomachi*, baccæ rosarum coquantur perfecte, & in torculari exprimantur, addatur quarta pars mellis, dosis drachma. Flatus discutit absynthi, Altea, decocta, Amygdalæ amaræ si lambantur cum melle Anisum, semen apij hortensis, Castoreum ex aceto potum, Cumini sativi semen cum oleo, aut hordeacea farinâ illitum, Hordeacea farina cum lini semine & ruta. Iuniperi baccæ potæ, Nitrum cum aqua calida vel vino infusum. Ruta cum oleo decocta & infusa, Suillus talus combustus & in vino potus, Urticæ folia cocta cum conchis; Amaracus Anisi semen, Avena calefacta & in sacculis apposita Aurantiorum cortex saccaro conditus. castorei drachma bibita. Cinamomi aqua. Iuniperi baccæ. Millium cum sale. Mumia cum decocto cumini. Lavendula, Rutha. Oleum iuglandis. Sampsuchum. Coriandri semen.

*Ructus* cient, Mastiche, Raphanus. *Flatus* statim solvunt pulveris gentianæ dr. tres ex vino optimo sumptæ. *Flatus* in ventre dissipat caruum comestum. *Ructus* Ambari gr. 4. cum vini optimi unc. dua-

 bus.

bus bibat quotidie per annum ieiunus. *Flatus excitant* ova formicarum saccaro condita, item semina raparum. *Tollit* potenter modicum castorei solutum in oleo nardinæ.

*Flatibus in ventre inferiori* clyster ex solo aëre.

*Flatus stomachi*, Nucis moscatæ unc. cubebarum unc. ss. cinamomi unc. ss. anethi unc. septem garyophillorum unc, ss, baccas lauri sex, pulverisa, & frequenter utere. Item mastica frequenter Angelicæ radices, & sume pulveres calamandrinæ in vino albo. Item urticam stultam coque in oleo, comede.

Fluxus alvi, vide Dyssenteria, Puerorum morbi.

Fucus faciei, vide Facies.

Fætor oris, vide Facies.

Fistula vide Gangræna, Vulnera.

Fluor albus. vide Menstrua.

Fæcunditas, vide Mulierum morbi Partus Sterilitas.

Ficus, vide Sedes.

Facies iuvenilis, vide Senium.

Fames, vide Stomachus.

Furunculus, vide Tumor.

Fissuræ, vide Vulnus.

## *Frigus.*

Si quem læsit frigus illi calore statim interdicatur detur verò in potu vinum meracum, nec nimis vetus nec nimis acerbum. Vel cum vino veteri odorato bibat piper & myrrham, vel succum cyrenaici ex vino, vel pyrethrum aut castoreum cum aceto aut cum eodem castoreum, vel decoctum gentianæ vel vinum in quo bulliet zingiber & calamus aromaticus, præ cæteris verò sumat crematum cum aromatibus, corpus felle suillo ungat, aut cinere ustæ pellis leporinæ;

Si

Si frigus quodpiam membrum penetravit, fiat unguentum ex pisis cum oleo & cera. *Frigus ne noceat* urticæ antiquæ in oleo bulliant collectæ ante solis ortum, fiat unguentum. *Læsis membris frigore* semen canabum coquatur optimè in cervisia tenui, spuma colligatur, & membra si ardent post frigus hâc spuma inungantur.

*Frigus non ita vexabit* si grana aliquot piperis, vel garyophillos, uel cinnamomum in ore tenueris, artus verò bene affrictos in calore hoc unguento imbu eris, Pyrethri, piperis, ana. dr. duas, euphorbii unam, Moschi, ambræ, ana. gr. tria, ceræ q. s. misce. Manus & faciem frigida abluere deinde agitari utile, chirotecas & soccos cremato imbuere, aromata calida potui miscere. Ex urtica & oleo factum linimen a quovis frigore tuetur, & sanat vitia a gelu contracta a læsione servat unctio adipis vulpini.

Si *frigore emortuum fuerit membrum*, cave calorē gelidâ ablue. *ad dolores e frigore contractos* adhibe, euphorbium cum oleo & cera liquata. Item linteola duo, unum flore lactis alterum sero butyri imbue, & applica. tum lardum porci maris, granis avenæ bene confige, & accende, pinguedinem in aquam cadere permitte, & collige, adde florem lactis & vitellos ovorum, fiet unguentum, quo ter in diem partem læsam unge, si adhæreat nimis corpori linteum unctioni impositum, butyro unge. Vel corticem tiliæ cum aqua applica. Vel vulnerariam medicinam bibe, quam ponimus sub titulo Vulnera. A frigore præservant iuglandes cum allio tusæ, ex iure carnium sumptæ, Item succus urticæ cum butyro inunctus. Prima pudenda congelant: Siler montanum cum bono vino sumptum, *præservat a frigore* Vel coque semina urticarum in bono vino, in eo calidissimo, pedes priùs bene siccatos, pone, quod repetendum singulis quindecim diebus. Item semen urticæ a medio Augusto ad medium Sept. col-

lectum, pone in oleo veteri, deinde lento igne distilla. si eo manut & p des unxeris, aiunt, te in illis non passurum frigus. *Si frigus nocuit*, eundo cubitum absq; cæna bibat succum caulium viridium.

*Si non possit calefieri in lecto*, Allium, piper, misce cum aqua & sume cubitum eundo. *Si manus propter frigus tumuerunt* Fel porci masculi misce cū eiusdem axungia non salit. & trica manus.

*Vt calefacias* rutam & mel misce, & bis de die ungere. Item bene coque calcem vivam in vino, lavare. Folia olivæ cocta idem præstant, itemq, betonica. Item coquatur rana in oleo, & abiectis carnibus, fiat unctio. Vel cum oleo coque semen urticæ & illine. Vel unge cervi medullâ. Vel ruthā sume cum melle. Vel ursi felle cum aquâ tepida. Vel loco salis cinerem ostreorum adhibe in cibo Vel os sæpiùs prolue synapi cum mulso vel in nasum instilla oleum calidum & allium comede. *Si frigus læsit*, combustam platani pilam insperge. Item axungiâ perunge. Item avenam bene coctam applica, aut cervi cerebrum aut canino adipe unge, & mumiâ insperge, aut rapas contusas applica.

*Frigus ne noceat*, urticas antiquas optimè coque in oleo, quo corpus unge, urticæ verò ante solis ortum colligantur, vel ungere adipe vulpis, vel bulliat oleum cum euphorbio, myrtha, cumino, urticis abrotano, fiat unctio. Item nasturtium perfora in longum, impone olei rosati unc. tres, terebinthinæ unam, coque ad decessum dimidii, fiet unguentum pro manibus. *Pedes læsi frigore* in lacte calido detineātur cui mentha admixta, idq; per mensem fiat quotidie, post hoc verò balneum, hoc lacte tinctis linteis involvantur.

Vide Manus. Pedes.

*Contra frigus defendit* unctio ex folijs urticæ, sale, oleo

oleo, si ex his ungatur spina dorsi, pulsus, plantæ pedum.

Furfures capitis, Vide, Caput, Facies.
Flavedo faciei, Vide Facies.

## *Gangræna, Cancer, Crista, Fistula Herpes, Lupus.*

Contra gangrænam ℞ Aquæ rosarum, aluminis viridis æris, ana: q. s. misce, hoc quotidie locus eluatur. Vel ( quod etiam valet contra *fistulas* ) Rosmarini flores pone in vitro & claude, atq; in arena per mensem sepeli, donec solvantur in liquorem, qui soli in vitro per dies quatuor exponatur ut crassescat, hoc balsamum, præterea, cor, cerebrum, & corpus totum roborat. Vel cerifolium teratur cum melle & applicetur bis vel ter in diem. Vel stercus capræ cum melle illinatur.

*Fistulæ* applicatur sulfur, calx, sapo, mixta. *Fistulæ & cancro.* Serpillum tritum cum sale apponatur, vel stercus hominis ustum cum pipere, vel tria capita herbæ Filius ante patrem, vel radicem, folia semina, synapis, & summitates lapathi acuti, folia tormentillæ, radicem altheæ maioris, pimpinellam folia caulis rubræ, ana æqualiter, tanaceti q. s. coque in vino & cola: addatur mel q. s. ac per argenteum calamum fistulæ immittatur, & foveatur superpositis semper folijs caulium rubrarum. Item succus pimpinellæ immittatur, & ipsa herba sup rligetur. Vel semina millij, stercus gallinæ, ana æqu. comburantur in olla bene obturata, & pulvis fistulæ inspergatur. In *Gangræna* quod membrum est mortuum, est nigrum, caret sensu, statim rescindere oportet, oritur hoc malum ex magnitudine inflammationis. Vide sub titulo *Vulnera.*

*Gangrænæ & fistulis,* Picem Hispanicam nigram

terebinthinam, ceram novam, ana unciam, Galbani unc. ſs. olei unc. duas, miſce, percola, exprimendo fortiter, fiat unguentum. Vel ſtercus humanum combure ebulliat, in aqua puteali, filtretur & pulvis qui remanebit, ſiccetur in umbra, hic inſpergatur. Vel tartarum ter acetum fortiſſimum imbibat, ſiccetur in umbra & vulneri inſpergatur, deinde folium caulis, aut plantaginis imponatur.

*Gangræna ne ſe dilatet,* Tutiam præparatam, ſuccum ſolatri, oleum roſatum, ana. unc. unam ſs. camphoræ unc. ſs. miſce, fiat unguentum, Item *certò ſanat* lignum corvi ſuper chalybem ure, aquam emittet, quâ ter vel quater unge locum.

Iuvant braſſicæ folia cocta addito melle. Erui farina cum mele. Lixivium ex ficus cinere. Lollium mollitum cum raphano & ſale. Raphani ſemen cum aceto. Urticæ folia illita, Uvæ paſſæ ſine nucleis tritæ, & cum ruta appoſitæ. Heliotropium. *Ulcus putreſcens,* Acetum, Acida muria. Aerugo. Æs uſtum. Lolium cum raphano & ſale. Plantaginis folia, Raphani cortex cum melle, urina vetus. *Fiſtulæ* Adeps ſuillus verus cum cinere aut calce. Ellebori nigri radix impoſita & poſt triduum extracta. Plantaginis foliorum ſuccus infuſus. Unguentũ amaracinum. *Cancer* Cancrorum fluvialium cinis cum decocto melle. Urticæ folia, Heliotropium. Item lanam albam quæ ex pannis detondetur combure, & ſubige aquâ roſacea, aut plantaginis. & locum circumunge, exſiccabitur.

*Gangræna, fiſtula, cancer, ficus, criſtæ, & ſimilia.* Dum libra aquæ incipit ebullire infunde ſublimati unciam, coque donec ſolvatur, tum remove ab igne ubi refrixit, adde aquæ vitæ, aquæ roſarum, ana unciam, olei ſulfuris drachmam, hac mixtura locus imbuatur, & inſpergatur pulvis litargirij aurei, aloës, ſapaticæ, ana. æqu. dum fuerit, dum malum eſt conſumptum, adhibeantur emplaſtra incarnativa. *Cancros*

*cros, fiſtulas, ſcabiem* intra ſex dies ſanat. ℞ Vini rubri menſuram, ſulfuris, aluminis rocca, ſalis ammoniaci, auripigmenti, ſalis gemmæ, ſalis communis, tartari, ſalnitri, feces olei veteris, ana. unc. duæ miſceantur omnia per dies 4. poſtea diſtillentur lento igne per alembicum, quæ effluet aqua ſerviet contra prædicta mala, tingendo.

*Cancer, fiſtula*, calcem vivam miſce cum melle deſicca in furno, pulveriſa inſperge. Item bufonem vivum deſicca in furno, fac pulverem, aſperge bene locum, poſtea munda abſtergendo uno goſſypio, alterum verò imbue vino malvatico & lava locum dum cruſtam faciet, ſanabitur intra dies XX. Item lacertæ viridis in olla nova uſtæ cinerem aſperge ſæpiùs. Item coquatur in vino rubro myrtha ad dimidias, hoc vino eluatur vulnus, tum Lytargirij cuiuſcunq; contuſi unc, tres pone in libra aceti per triduum quotidie miſcendo, tolle pelliculam quæ innatabit; effundatur litargyrium, aceti parum relinquetur, & cum eo reſidua fex inſtar terræ cinericlæ quæ reijciatur. In aceto effuſo, pone ſalis & ſulfuris, ana. unciam, diſtillentur aquæ diſtillatæ tantundem adde ex ſupradictis, imbue linteola, & applica. Eadem aqua citiſſimè ſanat ſcabiem.

*Fiſtulæ, cancer* ex ovis centum coctis vitellos ſume, adde pyrethrum, caſtoreum recens, ana. unciam, thuris boni, q ſ. diſtilla, rectifica. Item pulverem ſtercoris humani cum pipere applica. Item lacertas coque in aqua, in furno ſiccentur, fiat pulvis, aſperge fiſtulam. Sed ſi intus eſſet fiſtula, pulvis cum calet ſumendus eſſet.

*Pro gangræna* poma putrida ſine ulla aqua in olla coquantur & fiat unctio. *Herpetis* humorem extrahunt folia vitis & ipſæ uvæ contritæ, ſanat vero gummi prunorum in aceto diſſolutum. *Fiſtulam citò ſanat*, ℞ Mumiæ tritæ ſubtiliter unc. duas, ſucci radicum conſolidæ maioris drachma, duas, terebin

thinæ

hinæ venetæ drachmam unam & ſemis, ex his fiet emplaſtrum in mortario, & applicetur non mutando per ſex dies, poſt quos renovatur. *Gangrænæ* ſuccurrit àqua marina cum abſynthio cocta & applicata. Item ℞ lac cum ſuo flore coagulatum, & cum farina hordei fac emplaſtrum addito ovorum albumine, & alumine. Ne verò malum progrediatur, alligetur iuxta manipulus urticarum mortuarum & ex croco & albumine ovi fiat emplaſtrum per plures, demum ut educas malum appone commune attractivum

*Contra diſpoſitionem ad gangrænam*, blitta ſiccatur in umbra collecta circa feſtum S. Bartholomæi durat in tertium annum, eius pulvis ter in die ſumitur: & vulneri applicatur. Iam ergo pulveris huius quantum teſta nucis capit, adde ſaracenicæ, artemiſiæ, ana. manipulum unum incidantur tenuiſſimè, in menſura vini, id eſt, olla, tanto tempore bulliant quanto ſolet coqui ovum, coletur, bibatur; liberali hauſtu, manè, meridie, & ante cœnam, laveturq; vulnus, & id continuetur, extrahit infixam cancrum emendat ab initio, ſanat vulnera. Item mercurium ſublimatum, fuliginem, piper, ſalem, miſce, fiat pulvis qui mane & veſpere per dies aliquot inſpergatur. Si nimis uſſerit, ſuperponatur albumen ovi cum aqua roſacea in linteolo. *Contra fiſtulas*, Salem ammoniacum, viride æris, ana æqu. Solve in aceto & coque ad eiuſdem conſumptionem, & applica.

*Contra fiſtulas*, ſuccum radicis chelidoniæ, urinæ puerorum, calcis viuæ, ana. dr. tres, figulli dr. unam, miſce, coque omnia ad conſumptionem humorum, reſiduam maſſam pone in ſole ſiccetur, adde modicum terræ figillatæ, & utere.

*Gangræna* intra 24. horas ſiſtitur, dum adhuc incipit & facit circellos album & poſtem nigrum, circumdetur vite accenſâ. Vel calcem vivam cum oleo

leo

oleo rosato applica, sæpiùs mutando. Item etsi iam caro esset mortua, succi vitis albæ libras duas, mellis unam, bene commisce, & applica. *Lupo*, combure betam & pulverisa, deinde coque cum axungia porci masculi, tantundem adde cerussæ, tum rasuram, bis in diem renouando. *Gangræna*, adipem sine sale, lava ter aut quater, & misce cum lytargirio aureo, unge. *Gangrænæ veteri* succum quinquefolij appone. Item pulverem factum de stercore humano, combustum vitriolum, sal gemmæ, gossypium ustum, tere, misce,

Gingivæ, vide Dentes, Dentium dolor Labia.

## *Gonorrhæa.*

Hic morbus est continua involuntaria seminis excretio propter imbecillitatem vasorum. ℞ Olei, myrthini, masthini, ana. unci ss. mastiches pulverisatæ scrup. unum, boli armeni unc. unam fiat unguentum pro renibus. Item, bolum armenum, succum plantaginis, albumen ovi contusi, misce, tum linteolum in aceto forti madefac, deinde in prædicta materia & renibus applica. Item dimidium poculum succi raphani bibe. Ambubeiæ succus potus. Aquæ ferreæ, Caucalidis semen cum asplene, & viticis seminibus. Corallium potum. Dētis leonis herbæ succus. Lactucæ succus testiculis illitus, addito camphoræ momento. Succinum potū ex succo plantaginis, Millefolium tusum cum sua aqua vel caprino lacte potum: Sed efficaciùs corallos succino & eboris scobe additâ, potum. Nymphææ folia recentia renibus admota. Oleum hyosciami renibus & testibus inunctum. Ovum statim atq; natum calens absorbetur. Rosæ rubræ siccæ & tusæ sylvestres potæ ex vino austero. Lactucæ sativæ potum semen compescit somni ludibria. Nymphe-æ radix in potu, Corallium potum, Lactucæ succus

potus

potus. Syſimbici ſuccus teſtibus illitus. Item, macis cocta cum vino, & manè ac ſerò ſumpta. Item Herniaria, vel Bortricis, vel ſtercus falionis. Item datur caſtoreum cum ſucco agni caſti & aceto, illinaturq; pudendis.

Vide, Podagra.

## *Guttur, Struma, Vox, Uvula in Gutture hærentia. Bilis in gutture Raucedo.*

Cuiuſq; doloris in gutture remedium ſunt folia querna ſiccata & in pulverem redacta, cum pari mellis portione in ore detenta. Prodeſt fumum ambræ carbonibus impoſitæ ore excipere.

*Tumor gutturis ſiue ſquinantia*, Nux moſcata cōteratur, & alumen, coquatur ad diſſolutionem, deinde refrigerentur ut concreſcant, tum in pulverem redigantur, qui per cannam in guttur inſuffletur, in ore autem vinum aduſtum teneatur. *Si pilum quis deglutiuit*, juſculum ex rapis coctis bibat. Contra *ſquinantiam*, ſucci fragorum ſemiuntinam, roſarum & mellis tantundem, itemq; ſucci mori, albi græci dr. unam, affuſo vini aceto miſce, & intra atq; extra, iſtis lava guttur. Vel nucleos malorum cydoniorum coque in ferrea patella cum aqua, & gargarila. Vel aquâ violarum intra & extra laua guttur. *Gutturis apoſtema* rumpetur cum pulvere arundinis ſiccæ gargariſando.

*Bilem in guttur aſcendentem*, voratæ lauri aliquot baccæ deturbant. Vide Stomachus.

*Contra ſtrumam* alligatur radix aſphodeli lanâ involuta. *Vox recuperatur* ſucco braſſicæ cum modico ſale poto. *Uuulæ lapſæ*, ovum recens aſſatum ſcinde, eius dimidium vertici aut ſaturæ coronali impone. *Gutturi ſi aliquid hæſit* fiat gargariſmus olei cum aqua ſalſa, & propinetur ſuccus centum alli.

Vel

Vel bibatur acetum thymo, tum aquâ calidâ garga-
risetur. Vel frustum carnis duræ filo alligatum de-
glutiatur, & deinde per filum extrahatur.

*Raucus factus*, succum allij cum aceto mixtum
bibat. Vel decoctum pulegij in vino, aut aceto, lin-
gvam irroret. *Vocem claram efficiunt* pastilli ex fa-
rina cum synapi comesti.

*Strumas* Alteæ decoctum ex vino vel aqua impo-
situm, Capparis radix & folia trita, Fabarum corti
ces cum polenta, alumine, oleo vetere. Fimus ar-
mentariæ bovis cum aceto. Fimus columbi cum hor
deacea farina ex aceto illitus. Hordeacea farina cum
pice liquida, cera, & oleo, & impuberis pueri uri-
na. Lolium cum fimo columbino & lini semina in
vino decoctum. Lana in aceto decocta. Mustelæ
sanguis intinctus. Piper cum pice. Plantaginis folia
cum sale illita. Terra fornacum. Rosmarinum.
Umbilici Veneris succus illitus, Cancri fluviatiles,
usti, triti, illiti cum melle. Artemisiæ radix illita.
*Uvulæ lapsæ* pronus per alipuot horas iaceat, vel pul-
verem tosti anethi, vel cinerem cochleæ, vel cinere
brassicæ inspergat. *Strumæ* radices duas cyclamini
bene mundatas in frusta XI. concide, siccentur in
umbra, ex his quotidie unum pulverisetur, & in a-
quod cochlearibus vini optimi sumat ieiunus id fi-
at per dies 40 sanabitur. Isab. Cortesia. *Uvula* la-
psæ, iuglandem masticatam vertici capitis alliga. *A-
postema in gutture*, stercus catelli parvi, semen ra-
narum, pulverisa, & cum succo scabiosæ bibat. I-
tem pulverisa stercus asini, & in vino præbe. Item
pulverem siccæ arundinis misce cum aqua & garga-
risa. Item panem triticeum coque cum aqua, &
calido collum sæpius involve. *Gutturis dolori*, fiat
gargarismus ex decocto ficuum, vel ex aqua malvæ,
vel ex decocto radicis urticarum cum melle.

*Struma*, sive brontocella *præcavetur*, si in terris
quibus viget, caveantur aquæ. Contraria huic mor-
bo-

bo ſpongia marina, vel quæ paliuris innaſcitur, dum in cineres redigātur, qui in lagena albi vini ponantur, de quo a plenilunio incipiendo uſq; ad novilunium unciæ duæ vel tres quotidie ſumantur ut morbum contractum ſanent.

*Struma*, olei laurini lib. ſs. olibanum maſtichen, gummi arabicum, therebinthinæ claræ, ana. unc. 2. miſce, diſtilla per alembicum, rurſus fæces repone & diſtillatum refunde; ac diſtilla. aqua prodibit efficax in unctione. *Gutturis inflammationi, corruptis dentibus, gingivis*, Prodeſt ſuccus de moris ſemimaturis cum melle roſato.

*Loquelam reſtituit* pulegium cum aceto tepido in potu datum, & naribus applicatum, vel pultes liquidæ de farina ſiliginis cum aceto in quo rutha eſt cocta, bibantur. *Uvulæ lapſui*, ovum coctum per medium ſciſſum calidiſſimum vertici imponatur, poteſt & totum ovum. Vel ſalem calidiſſimum in panno fontanellæ colli applica. *Vox recuperatur* ſume radicem elenij, gummi arabicum, hyſſopum, alſornam, colocynthida, ficus paſſas, ablue omnia, & in aqua coque diu cum adipe, colentur, & aqua colata mane & ſerò bibatur. *In gutturis apoſtemata non incidit*, qui e vaſe vel cochleari hederaceo comedit. Item aqua ſtercoris humani ardens maximè his ulceribus adverſatur. *Pro ſtrumis* ſume ſpongias roſarum ſylueſtrium, ſpongiam marinam, ure in cinerem & tene ſub lingva per dies plures cum nucleo lapidis æthicis.

*Uvulæ lapſui* Rutam & coriandros contere, & coque in aqua menthæ, fiat gargariſmus. *Deſicabit gutturis humiditatem*, pulegium & ficus ſiccæ coquantur in aceto, & gargariſentur.

Vide aliqua ſub titulo Lingva.

*Gutturis exulceratio* levatur ptiſanâ hordeacea, vel triticea. Item myrtha linguæ ſubdita, item ovi albumine tepido. Item ſeminis eſu porri capitati

Item

Item synapi succo ex aqua & melle. Item tritici farina cum butyro & mentha decocta. Item oleo amygdalarum. Item aceti gargarismo. Item papaveris capita cum melle decocta. Item porrum ex melle coctum. *Spina* piscis dum *inhæsit* gutturi, quidam imponunt aliam vertici frontis, & sic prior eijcitur causa huius rei non est in promptu.

H

## *Hectica.*

Hecticæ signa hæc ponit Senert. 1. Calor sentificatur absq; dolore. 2. Calor hic est debilis. 3. Calor hic magis apparet in arterijs, unde si frigidâ manus ablueris, cæteræ quidem partes refrigescent, pulsus verò manebunt calidi ut priùs. 4. Unâ vel alterâ horâ post cibum calor augetur. In urina nulla apparet mutatio. *Vide Phtysis*

Hemicrania, Vide Caput.
Hypocondria, Vide Melancholia, Phrenesis.
Hepar, Vide Obstructiones pectus.
Humores crassi, Vide Pituita.
Hæmmorrhodides, Vide Sanguinis fluxus Vide Sedes.
Hyppocondriæ, Vide Splenetici.
Hydrophobia, Vide Venena.

## *Hydrops. Phtysis.*

Hydropico, anisi, cumini, aristolochiæ longæ, carui, nitri, pulegij fænigræci ana. dr. unam. interiorum ex ficubus grana 15 subige cum vino propina. Vel canis stercus ventri illine, aut in potu sume. Si vomitum illius, ventri supposueris, aqua per secesum effluet, Porta. Succurrit decoctum in cervisia nucum viridium pinearum in potu ordinario sumptum. Vel in eadem decoctum raphani,

similiter acceptum. Vel Vincetoxici libram in vino macera per noctem, coque horis tribus, mane bibe, & suda. Vel summitatum & florum pontici absynthij libram cum saccaro misce, ex hoc mane unc. ss. accipe. Vel succi recentium radicum iridis, corticis medij sambuci ana. cochlear ex aqua bibat. descendet ad pedes hydrops. tum post triduum, applica circa genua folia cardui maioris, seu bardanæ. Vel per 14 dies utatur labro cum cucurbitarum applicatione. Vel stramine avenaceo corpus circumpone in labro pleno aquâ calida. vel decoctum. Vel decoctum cucumeris asinini in vino, bibat. Vel coctum vinum cum synapi. Vel luto communi liniatur. Vel pulverem magnetis sumat in lacte. Vel cortices radicum ebuli lava bene, succum exprime, sumat de illo unc. 4. addita saccari uncia, & modico cinnamomi, sanabitur citò. Vel distilla oleum salis per retortam, & hoc oleo impastu flores sulfuris, ut fiant instar pultis, distilla per retortam, egredietur liquor instar lactis, qui maximè valet ad hydropem: sanat & venena, & pulmonem ulcera, virgæ, & cutis impetigines removet. Item apices hederæ reseca, succum ex illis exprime, bibe ieiunus cum saccaro dimidium poculum. Prodest aquævitæ cochlear cui rosmarinum infusum. Item allium cum herba centauri in vino coctum & potum. Item assarum pulverisatum in vino generoso sumptum.

Item Turbith albi gummosi, seminum Cartami ana. unciam. Diagrydij dr. duas, Trochisci agarici dr. sex Radicum plapæ unciam. Radicum ellebori nigri unc. ss. Elaterij dr. duas cinnamomi scrup. Specier. diamargar. frigid. Corticum cytri, Pulpæ cydoniorum, ana dr. ss. concidantur & infundantur in cremato, sumatur cochlear sine custodia. Prodest ex cornu unicornij ante cibum dare, in potu quantitate grani, hordei, postea sudet æger

& hoc repetatur. Item scobem ferri unciæ pondere coque in aceto ad consumptionem aceti lib. duarum, ferrum fit ignitum, reducatur in pulveres & tantundem illi de pulvere fructuum isgi addatur, aut etiam plus, sumatur de his per plures dies manè uncia. Item radicum spatulæ fætidæ crudæ unciam, edat mundatam, & dimidiam scutelam iusculi statim superbibat, purgabitur sursum & deorsum. Idem facit scrupulus laureolæ, vel gratiolæ.

Item Coquatur camomilla, e decocto duo cochlearia dulcorata sumantur. Item gratiolæ in iulepi rosarum pallidarum uncia, grana 20 ieiuno stomacho bis in hebdomada exhibeantur, sed si herba nimis per superiora vel inferiora purgaverit, dosis minuatur: vel e contra augeatur. Item decoctum sambuci cum vino bibat, & se in calida arena volutet, applicet nephetam & comedat. Vel purgetur elleboro, aut semine genistæ cum aqua mulsa. Aut vinum scyllinum bibat, aut acetum cum sale frixo aut oleo fricet membra, aut fraxini semen cum vino bibat, aut cum vino calido radicem salicis illinat. Item unciam mechoacæ tritam uino ad trium digitorum eminentiam affuso impone per 24. horas, percola, bibe, & hoc ter aut quater fiat. Item uas imple succo plantaginis & linteo involve, desuper pone cineres, & supra illos carbones, fiat bullitio ut medietas decedat ex residuo dentur ægro in aurora unc. 4.

Item radicum ebuli manipulum quæ sint longæ unum palmum, tollatur medulla, ponantur in quarta mensuræ vini albi, poculum manè sumat quotidie. donec sanetur. Item rapam concide subtiliter, adde camphoram quantitate dimidiæ nucis, coque ut ad duos digitos decedat, bibat quantum & quando volet, post dies novem experietur iuvamen. Vide Præservantia a peste. Vide Urina.

Item *hydropicis* exhibetur dimidia nux vomica

*Hydropem inveteratum* educunt capitella absynthij, de his sumatur libra una cum tribus libris saccari, & fiat frequens usus per modica. Item pro non inveterato. ℞ Senæ orientalis Plectæ dr. duas. Rhebarbar. dr. unam, infundantur in decocti hepatici dilutiorij unc. quatuor: in colatura solvatur mannæ uncia, & iterum coletur tum addantur syrupi rhamni cathartici drachmæ tres, crystalli mineralis subtiliter triti grana XXX. tartari vitriolati grana XX. hoc totum. Est una dosis, sed die quavis tertia repetatur.

*Hydropi succurrit* potus urinæ hircinæ. Item ℞. Absynthij, Centaureæ minoris, Cardui benedicti Fumariæ, Soldanellæ aa. M. ss. Reubarbari electi, Fol. Senæ mundatorum aa. dr. quatuor, Agarici recent. trochisci dr. duas ss. Seminum Petroselini, Fæniaa. dr. unam. Incidantur, fiat infusio in vino, de quo sumatur quotidie unus caliculus, purgabit & aquam educet.

*Hydropi* valdè succurrit. ℞. succum ex radicibus liliorum alborum, mel purgatum, ana uncias duas aquæ camædrij unc. tres, calefiant, & infirmo dētur in aurora, qui caveat somnum. post horas tres detur iusculum ex vercere cum saccaro rubro, continuetur id per plures dies, interim abstineat a vino & cibo nimio. Item limaturæ ferri unc. duæ bulliant cum optimo aceto ad eiusdem evaporationem & ut limatura igniri videatur, quæ ubi refrixit redigatur in pulverem, ex quo sumat partem cum fructuum fagi pulpa, dosis uncia, continuetur. Item succi ex radicibus liliorum alborum cochlearia duo cum pari mellis parte, & 4. unc. vini malvatici mixta, continuatur potio. Ad evacuationem aquæ laudantur pilulæ mefzeron, vel solo, vel cum pilulis de Rheubarbaro. Item raphanus concidatur, & ponatur per diem ac noctem in cervisia, quæ sola bibatur. Item allium & centaurea ponatus in potu.

In

*In hydrope* dissipari debet ventositas & conforta-ri hepar, pro quo valet decoctum anisi in vino, vel decoctum absynthij cum melle, vel decoctum cardui benedicti vel cichoreæ, sed præstat rheubarbarum in potu. Pro præsentaneo repetatur, ostrea stagnorum seu conchas assare cum sale & carnem earum comedere. Item excrementorum vaccæ manipulos duos, sulfuris vivi, seminis carui, ana, manipulum, fiat emplastrum, & imponatur ventri calidum, aquam per urinam expellit. *Hydrops in parte inferiore thoracis* seu Anasarca, Frusta cucurbitæ oleo infusa pone in fictili vitreato in furno post exemptum panem, prodibit oleum quo corpus ungatur inflatum mane & serò, & desuper lintea calida apponantur. Item cortices fraxini, absynthium, tamariscum, appium alexandrinum, petroselinum, pimpinellam, uvas passas ana manip. pone in olla nova in mensuris quinque vini veteris albi coque ad consumptionem quintæ partis & dimidiæ, sumatur quotidie per XV. dies poculum calidum, est efficax.

*Hydropi & phtysi* Herbam, stellam sylvestrem cum salvia pone in vitro alternatim cum imacibus occisis, distilla aquam, poculum ex eo quotidie sumatur. *Hydropi*, ex apicibus teneris hederarum tusis exprime succum, dimidium poculi cum dimidia uncia saccari bibat sæpiùs. Item radices ireos cœlæstinæ munda & tere, succi unc. 4. cum tribus unc. seri caprini calidum per dies novem bibat. Item seminis genistæ drachmam contusam pone in vini poculo malvatico aut alio bono per noctem, deinde sereno soli exponatur per dies quatuor, dosis mane drachma, repetatur. Item manipulum radicum ebuli in vini albi quarta parte mensuræ, maneat per noctem, sumatur quotidie poculum, donec æger convalescat. Item spiritum salis cum sale in aqua gratiolæ, vel petroselini sume. Item radicum Asari unc duas, petroselini radicum & seminis, plura

coquātur in vino ad consumptionem dimidij, & ieiuno stomacho sumantur unc. sex, accedat debita victûs ratio, potus alteretur absynthio. Item absynthium tritum cum ficubus & farina lolij. Item aceti ferventis vapor. Item allium cum oleo. Item anisum potum. Item aquæ marinæ bullientis vapor Item arena littoralis fervefacta & apposita. Item cochleæ crudæ appositæ aquam exsugunt. Item cicer cum rosmarino educit aquam per urinam. Item elleborum nigrum cum hordeacea farina appositum. Item iecur erinacei sole excoctum. Item ficus cum vino & absynthio decoctæ & cum hordeacea farina illitæ. Item hyssopus cum ficu & nitro illita. Pastinacæ semen potum. Raphani cortex illitus. Ruta cum ficubus illita, in vino cocta. Sambuci radix in aqua cocta & comesta. Initio morbi sampsuchi decoctum prodest. Urina caprina Prodest etiam initio urinæ propriæ potus. Item aquæ salsæ bibitæ vel in balneis adhibitæ. Lixivium ex vino albo, & iuniperi cinere paratum, pellit per urinam, dosis quatuor unciæ. Persici flores recentes in acetarijs. Pulegij decoctum. Synapi cum pueri urina illitum.

Hydropicis bono eventu dantur cuticulæ de pedibus anserum detractæ, & ex vino propinantur. Vel æger bibat per dies XXX aquam radicum ebuli unc. duas, sambuci unc. 4. misceantur. Vel urinam pueri sani, incorrupti, sanguinei unc. quinq; cum saccari albi unc. ß. misceat, & per dies item XXX bibat. Vel lapis serpentinus ventriculo alligetur, evomit hunc lapidem serpens aquaticus per aliquot dies e cauda appensus. Vel detur sæpiùs clister ex decoctione cardui benedicti in urina. Item semen minoris urticæ, sulfur, oleum antiquum, arvina, coquantur in vino, & venter ungatur. Item succus radicis ireos crudus cum ovo sorbili mensurâ cochlearis sumatur. Item comesta herba solatrum cocta in

in vino, & succus eius semel de die potatus. Item pulvis magnetis cum aqua sumptus. Vel cineres ligni & extremitates frōdium iuniperi, artemisiæ rubræ, genistæ, fabarum adhuc in paleis, absynthij ana unc. 1. cum vino albo forti q. s. percolatur, sumitur a ieiuno ab unc. 2. ad tres. Vel Radices Ireos per noctem in bono vino madeant, sumatur hoc vinum, purgabit: hæc purgatio repetenda.

Hydropi qui ex nimio labore accidit, petroselini radices purga & contere, farinam hordei, albumina ovorum, olei cochlear, in tigillo calefac, & in panno lineo applica stomacho. Omni verò hydropi interno, aquam losenchorum, hoc est florum qui in pratis crescunt extra cerulei, intus flavi, distillatam cum aqua simplici minimùm duodecies, præbe modicum in cochleari. Vel sanguinem humanum parùm relinque in vase, ut se phlegma ab illo separet, quod abijce, & sanguini affunde spiritum salis non putrescet, hoc sanguine utere

## *Hernia, sive Ruptura intestinalis & aliter.*

Hernioso reducantur intestina & alligentur, tum radicem lolij ex antiqua cervisia coctam bibat. Herniæ puerorum, tere cochlear, thus, ovi albumen fac emplastrum, parti affectæ apponatur, & puer se contineat in lecto. Mathiol. Prodest ex sola therebinthina emplastrum. Item consolida maior, & in potu, in emplastro exhibita. Item exuviæ anguillæ salitæ, & aquâ calidâ edulcoratæ, detentæ in lixivio donec crassescant, tum collentur & ad dissolutionem coquantur, effundanturq; super lapidem. Cùm voles uti, liquefacias hoc gluten & adde illi parùm stanni usti, atq; calidum pone super alutam loco applica, est efficax. Elevatis pedibus æger iace-

at, tum folia cicutæ torrefacta, trita, emplastra, sanant intra 15 dies. Vel gluten ex corijs apponatur. Vel herba dicta sigillum S. Mariæ. Vel betonica recens trita emplastretur. Vel calx viva, fuligo album en ovi, calefacta in vase vitreo. Vel succi de vesicis ulmi sume vitrum, sit per duos menses in sole, cum pulvere mastiches, myrrhæ, thuris, aloës, unge locum & pulveres similes insperge, tum guttas duas supradicti liquoris, deinde gossypium, tum linteolum, deniq; ligetur. Vel flores caducos nucũ sicca in umbra, fac pulverem, & in ferculis adhibe. Purgat idem pulvis e toto corpore humores, dosis drachma una cum iulepo rosarum, si est materia calida; si frigida cum decoctione herbarum calidarũ. Vel cumini lib. ß. rutæ, corticum sambuci, ana lib. ß. pone in oleo, & coque ut decedat ad unum digitum, fac emplastrum, peruncto loco eodem oleo liga bene, sanat intra dies paucos, etiam inveteratas rupturas. Item rubum cum spinis coque in oleo ad consumptionem medietatis, unge locum, & fortiter alliga.

*Ad sanandam herniam* recentem accipiantur aliquot folia chartæ puræ & per triduum madeant, in aqua fluviatili, ex ea conficiatur pila & impressis intestinis inguini applicetur, atq; bene alligetur, intra paucos dies sanare dicitur. Item olei de spica nardi unc. unam, olei mastiches unc. duas, olei myrthi unc. duas, misce, unge. Item pellem anguillæ coque in vino tantùm ne diffluat tum adde illi lapidem plũbinum, fac emplastrum. Item pellem anguillæ salitæ lava aquâ calidâ ut abeat salsedo, tũ coque in lixivio claro ut solvatur fiatq; gluten clarum, quod fiet per inclinationem, feces quæ erunt in fundo abijce, si hoc clarum esset nimis liquidum coquatur tum effunde in lapidem, & siccetur. Quãdo voles uti, coque de novo, & parùm adde calcis stanni, eritq; gluten fortissimum, applica calidum

stpra

supra corium impositis priùs intestinis, tum liga. Item picem græcam, unc. unam, picem navalem unc. duas, asphati, unam. Vel loco eius, mumiæ, ana. unc. unam, gummi arabici, terebinthinæ, sanguinis hominis rufi, sandaracæ, boli armeni, sanguinis draconis, nucem cupressi, gluten piscium. Gluten solvatur aquâ, tum misceatur cum pice ad lentum ignem. tum cætera addantur pulverisata, inijciantur dr. duæ olei iuniperi, ne prædicta comburantur, tum totum in aquam effunditur. Ut sursum ascendant intestina, olei myrrhæ facti in ovo tosto, accipe q. s. unge ad digitos 4. locum, & ponatur palmi latitudine supra umbilicum ex folio caulis supra ignem mortificato & super se intrabunt intestina sine dolore. Item lapidem æthitem applica, & ipso mane in quiete, sanabere. Item urticam habentem radices albas munda, tusa m applica. tum granula nigra quæ intra triticum reperiuntur contere & terebinthinâ misce additâ spumâ quæ est circa fæniculum, fac emplastrum.

*Hernia etiam inveterata.* Artemisiam, Gramen, ut vocant aureum, betonicam, marrubium, Mokryca Ruthen, Chamomillam hortensem odoratam, Serpillum, Origanum, Satureiam agrestem, Konopki Polon. Nichibacz Ruthen. Hypericon, Cotula fætida. Solent colligi tertia Iulij, deinde miscentur, & tenuiter conciduntur, ac ponuntur in sacculo, in quo telis traiectis firmantur, ponitur sacculus in olla vitreata, aceti mensurâ dimidiâ affusa, & olla clauditur ne perspiret, coquitur supra carbones ad quartæ partis consumptionem. Æger priùs balneo usus iaceat supinus, sacculus loco affecto quàm calidissimus applicatur, & subinde eodem aceto calido irroratur, fit hoc ampliùs quám per horam post ultimum Lunæ quadrantem tertia aut sexta die, & bis vel ter cum eodem sacculo calefacto utatur, affundendo novum acetum. Si uno mense non est obtenta sani-

tas, repetitur curatio menſe ſecundo Item galbanum in panno laneo applicatur umbilico. Dominic. Lantuſen. Item farinam lini, fabarum, radicum conſolidæ maioris aceto ſubige optimo, applica per menſem quotidie. Item, liquoris de xylohebeno unc. XI. liquoris ſulfuris unam, adde thuris, macis, ana- unciam, terebinthinæ dr duas, axungiæ de cervo q. ſ. terantur, miſceantur, ter in die applicentur per quatuor hebdomadas, æger ſupinus decumbat: Item applica muſcum qui ſupra lapides creſcit. Vel radices conſolidæ maioris. Item pentaphylon bibatur, item graſſola, pilecrolla, folia caudæ equinæ & ſuccus, ac radices: radix valerianæ herbæ dictæ vel ſeparatim vel ſimul, in puluerem reductæ ſumuntur mane, & emplaſtrantur.

*Pro omni hernia* Flores ſambuci triti coquantur in lacte caprino ad conſiſtentiam emplaſtri, applicetur calidum, poſt duos dies mutetur, & hoc repetatur aliquoties. Item picem navalem, corallos rubeos ana. dr. tres, litargirij aurei, thuris albi, maſtichen, opoponacem, bolum armenum, pulveriſa, reſinam pini, picem græcam, gummi ceraſorum, ana. dr. duas, viſcum, myrrham ſanguinem draconis, ana. dr. 4. camphoram, ammoniacum ana. dr. ſs. fit cerotum pro hernia inteſtinali. *Herniæ non inteſtinali* oleum iuniperi, cartami ana. uncia miſce, imbue ſpongiam, applica & poſt binos dies muta. *Herniæ inteſtinali* Picem navalem, Græcam, ceram novam, gypſum, ana. unc. unam ſs. Salem ammoniacum, lytargyrium, maſtichen, terebinthinam, ana. unciam, bolum armenum, myrrham, thus, ana. unc. duas. Ariſtologiæ longæ & rotundæ, conſolidæ maioris, centaureæ maioris, ſanguinis humani ana. unc. tres, coque pellem leporis cum pilis ad diſſolutionem, in hoc decocto pone ceram, picem græcam coque, adde poſt terebinthinam, & litargyrium continuo miſcendo, poſtea maſtichen,

thus,

thus, & myrrham & remove ab igne, cum adde sanguinem humanum & utramq, aristologiam, consolidam, centauream, & coque, fiet emplastrū efficax. Item folia persici, cerasi, verbenæ; laneolæ longæ, aut plantaginis longæ, ana. æqu. siccentur in umbra, fiat pulvis, sumatur in vino vel jusculo, per dies octo, vel potius in aqua consolidæ, interea proximè positum emplastrum retineatur. Item sanat perfectè, consolidæ maioris manip. tres, picis græcæ & communis ana. unc. tres, ceræ virginis unam, calcis vivæ duas, misce omnia, fac emplastrum, quod gestetur diebus XV. Item herbam sigillum S. Mariæ tusam applica efficax. Item consolidæ maioris manip. tres, picis græcæ & navalis, ana unc. tres ceræ flavæ unam, calcis vivæ duas, misce, fiat emplastrum, portetur per dies XV.

Item, succum nasturtij, cicutæ, malvavisci gallani ana. unc. tres, horum omniū radices coque sub cinere, & postea contere, adde farinam fabæ, salem ana. unc. tres, sanguinis draconis unciam, fac emplastrum, applica, intra dies XX. sanabitur. Item frondium hypoglossi da. unam ß. fiat pulvis quem sumat quotidie in decocto consolidæ maioris, primis diebus extrahit foras intestina, postea sanat malum, sed antequam sanetur, opus est uti cingulo, est efficax. Item mellis quatuor coque donec indurescat, misce cum piperis longi uncia, cimini unc. tribus, rutæ bene contusæ unc. ß. fiat emplastrum est efficax. Item radices malvavisci triquentinæ seu tragachantæ coque cum melle despumando, postquā spumare desiit, fac emplastrum. applica decidet postquam sanaverit. *Herniam carnosam* pellit cinis vitium cum vino vel aceto.

Vide Puerorum morbi.

*Hernia ut reducatur*, emolliendi est balneo, vel potu decocti malvarum, violariæ, mercurialis, aut

emplastro ex semine lini, radicibus & semine bismalvæ cum oleo liliorum. Vel oleo olivarum recenti *Herniam sanat* ℞ Picis nigræ unc. unam & semis. liquefac, adde putaminum ovorum pulverem, radicis satyrionis ana. unc. semis ubi ab igne removeris, statim affunde pulverem sanguinis draconis unc. ß. fiat emplastrum applicandum reductis priùs & alligatis intestinis, quod die octavo renovetur, & per dies 40 continuetur. *Intestinorum descensum arcet* sumptus pulvis radicum bryoniæ cum vino albo, & pars prodiens sive in hernia sive per annum oleo ovorum ungatur ac ligetur.

*Herniæ intestinali*, prosunt folia balsaminæ pota e vino. Item electuarium consolid. maioris sæpiùs sumat. Item pelles anguillæ salitæ lava aquâ calidâ ut sal eluatur, deinde in lixivio claro coque ad densitatem, percola feces abjice, & si est materia tenuis rursum coque, tum affunde supra lapidem politum ut siccetur, cùm uti voles coque in aqua additâ calce stanni, & calidum applica, & siccari permitte. Calx stanni fit ex una parte stanni, duabus plumbini igne reverberationis continuò miscendo.

Intestina cùm exciderunt ut faciliùs reducantur, pelliculâ quæ Arietis viscerâ involvit unctâ butyro & amygdalarum oleo inducatur loco, emollit enim viscera ut faciliùs possint retrudi. Item erinaceum ablatâ pelle, coque ad separationem ossium, reduc in massam, adde farinam, & per linteum percola, ut defluat pingvedo, quâ collectâ locus affectus bene ungatur, ligetur, decumbat æger quietè per quatriduum, sed priùs corpus modicè purgandum. *Herniæ inveteratæ* Collige in Iulio hederam campestrem hoc est, rubram artemisiam, sume folia & corticem & adjecto furfure triticeo coque, & quàm calidissimè applica, ægro interea per aliquot dies quiescente. Item Herniæ non adeò veteri, galbanum in linteo extende, & ventrem ab umbilico deorsum involve.

Item

Item farinam ſeminis lini & fabarum, radices conſolidæ maioris cum aceto optimo applica loco, repetatur quotidie per menſem, cavendo a cibis flatulentis. Item ollam novam reple corticibus ovorum, in furno urantur in pulverem, tum pone in ſacculo, & in rubro vino coque per horam dimidiam, atq; loco applica, tertia die renovando. *Herniæ aquoſæ* pulvis ſulfuris cum melle applicetur. Quod etiam valet contra inflammationem pudendorum.

*Ante curationem* herniæ corpus leniter purgandum, tum hoc cerotum applica. Sanguinis draconis unciam, boli armeni, thuris, maſtiches, conſolidæ, unciam cupreſſi, terebinthinæ, gummi arabici, ana unc. ſs picis navalis unc. 4. In illa hernia in qua *non ad ipſum ſerotum inteſtina deciderunt*, reſinam pini, gummi elemi, gummi hederæ, myrrham, elemi pinguem, ana. unc. ſs. maſtichem albam, thus album, ana. dr. tres micis dr. duas, ſanguinis draconis puri, boli armeni orientalis, ana. dr. unam ſs. radicum conſolidæ maioris, elemi, ana. dr. duas roſarum rubrarum, agrimoniæ, ana. dr. unam, nucum cupreſſi, balauſtiorum, granatorum, ana: ſcrup. duo, garyophillorum, cinnamomi, nucis moſcatæ, ana. ſcrup. unum, muſci, ambræ, ana, grana ſex olei abiegni, ceræ albæ, ana. q. ſ. incorpora, fac cerotum, eſt efficax, ponantur omnia in olla vitrea. ta per horas 24. ſit bene clauſa, in furno, poſtea refrigeretur, & materia ponatur in vitro, erit viridis frigida imponitur podagræ, dolores aufert.

*Herniam & oſſa rupta, ulcera, vulnera, nervos lauatos ſanat.* Maſtichen, thus, aloén, bolum orientalem, ſanguinem draconis, ana. dr. ſs. ſarcocollã, terram ſigillatam, ana. dr. duas, pulveriſa, miſce, adde olei abezzi unc. 4. ceræ novæ flavæ, picis navalis, incidatur cera cum abezzo, & lento igni ſolvatur, & pulveres ſenſim immittantur, quo facto totum in aquam effundatur. *Herniæ* picem græcam, reſinam pini, radicum conſolidæ, conſere, & miſce,

fiat

fiat emplaſtrum, & maneat donec per ſe ipſum recedat. Item flores & folia roſmarini, myrrhi ana unc. tres reſinæ, emplaſtri de betonica ana unc. duas terebinthinæ, q. ſ. fiat emplaſtrum. Item picem græcam & navalem, ana. unc. quinque, ceram rubram unc. quinque, lytargyrium, ſalem ammoniacum, galbanum, maſtichen, terebinthinam, con. ſolidam utramq; vinum, gypſum, myrrham, thus, aloén. ariſtologiam rotundam, & longam, bolum armenum, pilos leporis, ſubige melle, fiat emplaſtrum eſt efficax. Item folia cicutæ applica mutando manè & ſerò. olei ſanguinis draconis, ana. unciam, maſtiches drachmam, ſanguinis humani drachmā olei bezzi unciam, pone in olla nova, coque donec omnia ſolvantur, applica, & relinque donec decidant per ſe. Item petroſellum ſylveſtre coque in vino & calidiſſimum applica. Item Herba Trinitas dicta, habet tria folia ſignata albo, eius folia ſiccentur & terantur, quotidie manè ſumatur unum dimidium cochlear in iuſculo aut vino, certò ſanat. Item galbanum in emplaſtro extende; applica calidum, & quieſce per tres aut quatuor dies. Item glutinis piſcium unc. duas, picis græcæ unam, navalis dimidiam, ſalis ammoniac dimidiam, infunde in aceto cui tantundem additum olei maſtichini, maneant per horas 24. tum ſolvantur ac colentur, ſpiſſabitur colatura, tum adde, maſtiches, mummiæ, ſanguinis draconis, farinæ fæni græci ana. unc. unam ſs. ceræ novæ parum miſce, fiat cerotum. Item quotidie ſumēdo cochlear ex moardica, vel bonifetra, vel lignum pagana cum iuſculo carnis, initiò videbuntur inteſtina velle exire, poſtea ſanitas erit, ſed opus bene ligare.

*Herniæ aquoſa*, in butyro ſalito rancido tinge linteolum, & inverte teſticulum, fronde caulis, & liga maneat ita per noctem, & ſi maduerit linteolum, abijce butyrum ne pellem detrahat & lac recens appone;

one. *Herniæ cuicunq;* pulicaria ex aceto illita me-
etur infantibus. Garyophillata tam intùs sumpta
uàm extra illita. Humor de folliculis ulmi illitus
: ipsi folliculi applicati puerorum rupturis. Herni
la, sive polygonum in potionibus sumptum. Vo-
atur Hernia & Enterocele, & ramex intestinorum.

## *Icterus Bilis effusio.*

Ictericis stercora anserum in vino infusa manè co-
piosè propinantur. Vel radix rosmarini trita cum
ipere, datur ex vino Aliqui contra hoc malum
ropriam bibunt urinam. Vel decoctum fragariæ
erbæ cum sua radice per aliquot dies manè id est,
nte cibum.

Icterus de cute pellitur, si ægri urinam calefeceris
umq; pannis circumposueris ut vapore urinæ circũ-
etur: sed de corpore expellendus usu balsami sul-
uris. Ictero præsentaneum afferit Lemnius Rosma-
inum. Alij sulfuris modicum in ovo sorbili sumunt.
Dissecant etiam linum piscem siccum & supra ven-
riculum per noctem relinquunt. Vel radicem an-
husæ aridam contere & duabus illius cochlearibus
quæ mensuram affunde, de hac bibat æger. Vel su-
e ramorum rubi manip. (id est, quantum manu
api potest) unum, aquæ partem quartam mensuræ
oque in olla nova ad dimidias, percola; bibat per
ies aliquot ieiunus. Propinantur & in potu pedicu
. Prodest inspicere picem quâ axes curruum un-
untur. Icterum & febres in fortioribus tollit, fo-
a tabacæ in quarta parte mensuræ cervisiæ coque
xime, & iusculum expressum propina, sursum &
eorsum purgabunt, Prodest decoctum radicis ery-
rodani rubeæ.

Ictericum perfectè sanat, si per dies aliquot de-
octum fragariæ herbæ, & eius radicum hauserit
Vel crocum in aqua solutum bibat. Vel succum so-

latri

latri per triduum hauriat. Vel ciceres nigros edat. Vel succum plantaginis sumat. *Si bilis diffusa* salviam sylvestrem misce farinæ, fac panes, comede. Vel frondes fragorum in aqua coque, & bibe ter aut quater.

*Ictero* radices liliorum flavorum, scolopeddriæ, gliciriza, semen cardomomi, ana. æqu. scindantur grosso modo, coquantur in aqua, percolentur, & cum saccaro bibantur. Prodest decoctum acetosæ in vino. Item per dies decem bibatur urina pueri qui minor est decenni cum unc. ss. saccari. Item decoctum radicum asparagi, vel radicum chelidoniæ in vino. Item bibat ex vino cuminum, aut betas comedat cum croci modico; vel aquæ fragorum distillatæ sumat de die tria cochlearia. Item decoctū hyssopi; cum saccaro, aut lupuli, aut eiusdem syrupum. Sed præstat decoctum radicum vincetoxici ex vino. Item stercus anseris in vere collectum dr. 2. est efficax. Item radices chelidoniæ vino albo infunde, percola, bibe. Item duodecem pediculos in ferro calido exsicca, tere, sumat ieiunus in ovo vespere in vino duabus horis post cænam, intra triduum perfectè sanabitur. Item aquas endiviæ, buglossæ, borraginis, lupulorum, cicoriæ, petroselini, parietariæ, ana. unc. quinq; rhebarbari subtiliter concisi dr. 4. agarici quinq; maneant in dictis aquis tepidis per diem, postea fortiter exprimantur dosis quotidie dimidium poculum: Item decoctum totius plantæ fragorum in vino mane sumatur. Item folia rosmarini cum pipere & vino albo. Item musci querni pulmonarij manipulus coquatur in libra cervisiæ secundariæ in olla bene clausa, ut dimidia pars exhalet. ex hoc decocto bibat æger tredecem cochlearia mane & vespere.

*IGerum sanat*, si ex decocto absynthij melle condito per dies decem sumantur quotidie unc. quinque. Item acetosa sæpiùs sumpta. Item decoctū absynthij

absynthij quotidie] sumptum copiosè. Aloës drachma cum aqua. Asparagi sativi radix cum ficubus & cicere cocta, sumpta. Betonica, Cornu cervi cinis lotus & potus. Chelidonij maioris radix cum anisо & vino pota. Cicer cum rosmarino per urinam sanat. Fimus caprarum potus, Hiacynthi semen cum vino hausttum. Pæoniæ radix pota. Polij bulliti ius potum. Rosmarini semen cum vino & pipere potum. Sulfur inspersum fronti, aut in sorbili ovo sumptum. Castoris dentes anteriores in potu positi. Chelidonia maior, plantis pedum suppositū. Cuminum á balneo datur, aut lapis in bubulo felle repertus. Decoctum florum lavendulæ cum cinamomo fæniculi & asparagi radicibus. *Rapæ* seminis drachma quotidie. Pulegij decoctum, Herbæ totius dentis leonis decoctio. Item lumbricos terrestres siccatos pulverisa, bibat ex his modicum cochlear in vino albo. Vel ( quod non dandum gravidis ) corticem spinæ albæ collige ante ortum solis, & duas aut tres petroselini radices, hoc totum in vino albo tere, atq, exprime, bibat ex ipsa expressione dimidium quotidie poculum. Item rubiam sumat cum mulso. Item allium tritum cum vino calido. tem suffitus fiat lana ac sulfure. Item fragorum herbam, radices endiviæ & urticarum absynthium in bono vino, ac bibe. Item pilosellæ manipulus bulliat in duabus scutellis aquæ, cum olei unc. duabus coquantur ad dimidij consumptionem, bibat ex hoc per dies XV. mane, quodsi accensionem senserit, addat aliquid ex malva. Item in ovo sorbili aliquantum sulfuris sumat.

Incubus, Vide Vertigo. Epilepsia.

## *Ignis sacer, Erisipelas, Inflammationes.*

Sacero igni poma concisa applica donec totum ignem extrahant, deinde locum sana. Vel feces

vini, aut aceti oleo mixti appone. Item igni ſacro, combuſtioni, congelationi membrorum, collige ferramenta plurima prope ferrugine conſumpta infunde olei tantùm ut tegantur, deinde aquam fortem copioſam; fiet ebullitio, quâ peractâ effunde oleum totum in aquam frigidam, miſce ut bene lavetur, & ut aqua fortis tota eluatur, hæc ablutio iteranda cum nova aqua, quod ſaltem decies repetendum. Hoc oleo membrum læſum eſt ungendum. Sed evacuentur prius aduſti humores, & ova cruda illinantur cum folijs bletæ. Vel fimus columbinus cum oleo in linteo apponatur. Sal cum oleo tritũ illitu ignem extinguit. Item beta decocta. Braſſicæ folia. Coriandrum cum pane vel polenta. Cupreſſi folia, Crocus, Fimus caprinus in aceto coctus, Lactuca ſativa, Lens cum pumici putamine, adiectis roſis decocta. Lilij ſemen & folia cum vino. Malvæ folia decocta tritaq; ex oleo. Calices papaveris virdes terantur, formentur paſtili, & cum polenta triti apponantur. *Plantaginis* foliorum ſuccus cum cimolia aut ceruſſa. Roſæ ſuccus cum aceto roſaceo, vel ceruſſa Sal cum aceto vel hyſſopo, urinæ ſedimentum. Burſa paſtoris trita. Item ne procedat ignis ſacer, linteolo in oleo antimonij tincto circumligetur, ipſi loco affecto ſtercora humana imponantur. Item ſevum liquidum illine, vel cygni ova cruda cum fece vini vel cum aceto lumbricos, vel rutam cum oleo, ovis beta, vel chelidoniam cum ovi albumine, aqua & vino bibat. Itẽ amylumcum oleo & ovi albumine inunge, & deſuper betæ folium applica.

*Inflammationes*, Acetum in ſuccida lana appoſitum Adeps ſuillus cum cinere vel calce. Braſſicæ ſativæ folia trita Glans trita. Hordeacea farina cocta in aqua mulſa & vino. Lauri folia virentia cum polenta & pane. Lini ſemen cum melle & oleo plantaginis folia. Portulaca, Pulegium cum polenta, Tritici panis

nis

is crudus, vel coctus cum aqua mulsa. Bursa pasto-
is trita & illita. Cucumeres triti, Fungi in trunco
mo sambuci enati aquâ rosaceâ macerati. Malvæ
olia cum fulignis frondibus trita, apposita, sunt effi-
acia, Rosæ folia. *Ad omnem plagam quæ procedit
x inflammatione, ut est erisipelas, lepra, ignis S. Laza
i.* Ol. amygdalalr. dulcium recentissimum cum mo-
ico urinæ pone sub cinere calido, cum incipiet ebul-
ire, ad singulas olei uncias adde drachmam ceræ al-
æ minutim concisæ, ut solvatur, effunde in aquam
rigidam, & lava optimè, coletur, aqua, & hoc repe-
atur sexies, tum ponatur in vase vitreo, & ad sin-
gulas libras adde unc. ß. vel ampliùs tutiæ præpar.
optimè tritæ, & respectu tritæ dimidium camphoræ
ritæ, ( teritur in mortario intùs perfuso aquâ, ut sit
semper madidum ) incorporetur ad ignem. *Ad ru-
ptum erisipelas scabiem pingvem, læsiones tibiarum &
vulnera, vesicas & callos pedum.* Olei antiquissimi lo-
i novies, pro libra olei unciam ceræ flavæ adde, ad
gnem incorpora, refigerentur, aquam effunde si quæ
fuerit. Pone in patella, & ad singulas libras cerussæ
cribratæ unc. 4. unguenti lytargirii unc. 4. incorpo-
rentur ad ignem, fiat emplastrum, in linteolo, vel
caulis folio,

Ischuria Vide Urina.
Indigestio, Vide Stomachus.
Iuventus, Vide Senium.
Ischias, Vide Podagra.
Iliaca Vide Coliaca.
Inflãmatio vide febris vide Ignis Sacer, Vulnus
Impetigines, Vide Lentigines.
Ingenium, Vide Memoria.
Intestina, Vide Pectus, Stomachus.

L

## Labia, Oris Vlcera, Scissuræ. Oris fæ-
## tor, Gingivæ, Sudor olidus Pruritus maxillæ.

Labia si rumpantur, hyosciami semina ardentibus prunis injice, & vaporem illorum per infundibulum fissuris immitte quàm calētissimum, sedatur statim tumor, labia sanantur, nec ampliùs finduntur Vel herbæ scrofulariæ folium superponatur, intra aliquot horas sanat. Vel unguento rosato, aut quod vocant pomatum, unge. Vel mastichen tere cum vino & illine, vel ostrea trita insperge.

*Oris ulcera, labiorum scissuras, mala gingivarum* curat radix pentaphylli cocta illita cum oleo dulcium amygdalarum, cera & mastiche. Th. Thomnius. Labiorum fissuras interna ovi pellicula conglutinat. Item mastiche cum albuminea ovi mollificata.

*Oris fætorem* extingvit cinnamomi, cyperi, corticū, citri, spicæ, squinanti, mastiches, ligni aloës, mabis ana. scrup. duos, trocisci gullæ moscatæ, dr. ß. moschi grana tria, seminis levistici, apij, ana scrup. semis, misce, fiant pilulæ cum aqua rosacea in ore tenendæ. Item flores rosmarini cocti in vino albo & in ore detenti. Item folia & radices plantaginis masticet. Item absynthij decoctum novem diebus mane sumptum. Oris labiorum, gingivarum, lingvæ palati, vulnera decocto pentaphylli sanantur. Oris & corporis fætorem tollit usus catapotiorum, serpilli, cyperi, myrrhæ, ana, æqu. teruntur, cum resina conficiuntur catapotia, & ex vino exhibentur. *Sed si ex cerebro est vitium*, nares expurgentur. *Si ex dente*, eruatur. *Si ex tabe*, immedicabile est. Iuvat os proluere apij folijs virentibus cum vino, quibus etiam male *olens sudor emundatur*. Exteriùs myrrha, iridis radix, ac rosa illinuntur ante balneum: post illud verò moschus, ambra, zibethum, multum etiam iuvat exercitium corporis. *Bonum chalitum facit*, myrrha, aloë, trita, addito belzoino, & cinamomo.

Vide Lingva,

*Gingivas inflatas* unge melle, sale, rutâ mixtis.

Labi-

*Labiorum crepatura*, dragaganthi tempera cum aqua rosarum, unge ter aut quater labia. Item adeps anserinus & gallinaceus. Item fagi folia exsiccata. Item terebinthina. *Oris halitum emendat* anisum, malum cytrium, mastiche manducata, angelicæ radix mansa, garyophilli mansi, cinamomi aqua. item myrrha masticata fætorem oris pellit. Allij fætorem retundit rutha mansa. Item iuglandes recentes allio mixtæ. Item radix angelicæ.

*Oris ulcera sanat* Alòés cum melle& vino. Item alumen cum melle, pro infantibus valet butyrum cum melle. Item gallæ tritæ, item papyrus usta. Item foliorum plantaginis succus. Item aqua ex betulæ trunco, item corallium.

*Oris nomas*, id est, *ulcera putrescentia.* pro infantibus valet fel testudinis. Item verbenacæ supinæ decoctum in vino, & gargarisatum.

*Gingivas roborat*, alòé cum melle & vino. Item collutio lactis asinini. Item mastiche mansa. Item myrrha colluta cum vino. Item pulegij arefacti cinis. Item rubigo ferri. Itèm pruni folia cum uino decocta. Item e medio rosarum flos arefactus inspergatur. Item later cum polenta crematus. Item lapis alabastrites. Item rosarum aridarum in vino decoctio.

*Pruritum* aufert butyrum cum melle. *Inflammationes* gingivarum sedat aqua aluminosa colluta.

*Labiorum & manuum crepaturæ* Rapa grandis excavetur, & repleatur oleo rosato aut communi mixto modico ceræ albæ, assetur sub cineribus, teratur fiet unguentum. *Gingivarum accensio* scarlatæ affrictu sanatur. Vel decocto rosæ Italicæ ex aceto os prolue. *Gingivæ putres* folia vitri misce cum melle unge, etiam lingvam putridam sanat.

*Fissuras labiorum* adeps gallinæ vel anseris sanat. Item pulverem ungulæ capræ aut bovis combustæ cum melle applica, similiter cinerem foliorum porri cum melle.

*Maxillæ ſi inflatur*, medullam panis coque in vino intra ollam clauſam, & applica. *Carnem gingivis reſtituit*, lignum ſanctum raſum poſitum in vino & modice coctum, calidum in ore detentum, poſtea firmat dentes. *Labia ſi rumpantur*, flores geniſtæ coque in aqua, ablue. *Cùm fætor oris procedit ex materia putrida in ventriculo* Poſt comeſtionem acrium, acetoſorum ſemper procuret vomitum, poſt hoc, & purgationem, ſumat hanc confectionem. ℞ extremitatū myrthi humidæ, cinamomi, emblicorum, cyperi, ſpicæ, corticum cytri, foliorum ſquinanthi, maſtiches, ana. partem unam, gallæ moſcatæ, garyophillorum, nucis moſcatæ, cubebarum, cardamomi, zingiberis, ana. partem ſs. confice cum melle paſſularum, quod ſit ad pondus omnium cum vino antiquo odorifero cum paſſulis enucleatis, formentur pilulæ inſtar nucis moſcatæ, ſumantur mane & ſerò. Colluatur etiam os vino antiquo infuſo in radices ireos orientalis ſiccæ, retinendo in ore, aut cum vini infuſione in ſerpillum, aut aceto decoctionis abſynthij cum vino forti & myrrha, fricando cum ſquinantho aut cum hordeo aſſato permiſto cum ſale & melle, aut cum radicibus helenii & iridis combuſtis melle miſtis, aut cum myrrha, ſpica, & melle. Teneantur etiam in ore, galangæ ireos, folia lauri, nucis mocatæ, flores labruſcæ, ſerpilli, radix cyperi, cinamomum, garyophilli. Item folia lauri ſicca, piper & ſemen cardamomi, confice cum melle, & ſume ieiunus cochlear. Aut radicum cardui cum vino albo flores labruſcæ bibiti. Iuvat frequens comeſtio apij, Item ſpicæ, roſarum, cyperi folia, cortices cytri, garyophilli, cardamomi, ligni aloës, maſtichess, ſalis contuſi, ana. æqu. fac cum melle trochiſcos, quos exſicca in furno non multùm calido, & utere. *Si gingivæ abraſæ*, Thuris albi, maſtiches, farinæ ſorborum, ana. unc. ſs. ſanguinis draconis drachmam, miſce. *Si fæteat os propter dentes corruptos*, apices

mentaſtri

mentaſtri, cum rore maiali in ore detineantur.

## *Lac, mamillæ.*

Lac muliebre ſiſtes fabæ & fæni græci farinam, miſce cum oleo & aqua, fac emplaſtrum. *Mammæ inflatæ* ungantur ſtercore ſuillo cum aqua trito. Ut lac redeat, piper longum cum ſemine aneti bibat in iuſculo cicerum cum fæniculo. *Lac verò copioſum erit*, coquatur raphanus cum furfure triticeo in uino, coletur, bibatur. Item ſtercus vaccæ lactantis vitulum ſicca, & in pulverem reductum propina. Vide plura ſub titulo Mulierum morbi.

Livor, Vide Tumor.

## *Lapſus, Læſio ob onus portatum, Concuſſio.*

Si quis lapſu læſus, coquat herbam dictam virga aurea, addito modico boli armeni orientalis, & ſalis ac bibat.

*Si quis læſus fuerit propter onus grave geſtatum*, ovum recens crudum bene miſceatur cum vitello & optimo aceto, bibaturq;. *Si ex lapſu* commota ſint viſcera, albumen ovi, olei, ana. æqu. cum triplo cremati agitentur, & quamprimùm bibantur. Vel ſaltem cervisia ſumatur cum ſale. Vel recens ovum quamprimùm ieiunus cum ſale bibat. Vel craſſæ farinæ cochlear ex aqua frigida ſumat. *Loco concuſſo* ſalem, crematum, ſmegma Barenſe fortiſſimè affricant. *Contuſa* non fracta, mel frigidum unctione ſanat. Cum ex lapſu interiora læduntur, utendum ambra hoc eſt, ſpermate cetorum quantitate avellanæ mane & veſpere in cervisia calida.

*Lapſui ex alto*, aut venæ ruptæ in pectore, aut ſi intùs concrevit ſanguis. Semen hederæ tere optimè cum vino albo, & permitte ſtare per horam, tum percola, bibat modicè, citò ſanabitur. Alij cum bono effectu mappam bene infectam quâ menſa tegitur coquunt in vino, & illâ involvunt ægrum.

Vide lingva.

Si ex lapſu vel onere geſtato concreuit ſanguis in pectore ℞ vitellum ovorum, olei oliu. aceti ana. bibat. Evomet concretum ſanguinem.

## *Lentigines*, *impetigines*. *Myrmecia*, *Pruritus*. *Serpigines*, *Lepra*, *Varri*, *Elephantiaſis*.

Lentigines tolluntur oleo papiraceo. Vel duo ova effunde, ac agita, affunde ſucci limonum tantūdem, & tantillum mercurii ſublimati, incola totum, ac utere

*Impetigines* hoc modo levant. In phiala rubri vini auſteri coquunt drachmam mercurii ſublimati, hoc mane & ſerò locum abluunt, & permittunt ſiccari per ſe, id ter aut quater repetunt: aboletur impetigo, nec ampliùs redit.

Pro *lentiginibus* ſume ova recentia 15. & acri aceto impone, his adde unciam ſynapi, & in vitreo vaſe diſtilla, erit aqua pro abluendis lentiginibus. Prodeſt etiam ungere ſanguine albæ gallinæ. *Pruritum corporis*, *lentigines & impetigines* tollit. Cæræ lib. octo, farinæ fæniculi græci unc. unam, aluminis ſciſſilis unc. octo & dr. unam, reſinæ, colophoniæ ana, lib. octo, Tartari lib. unam dr. unam olei unc. tres contuſis tundendis fiat unguentum. *Myrmaciâ* ſtatim liberat, folia ficûs combure, & cum lacte eiuſdem arboris illine.

*Serpiginibus*, radices rumicis lotas concide, & in aceto

aceto albo per duas dies pone, ijs sic madidis aliquoties de die frica locum. Item chelidoniam inter lapides tritam applica. *Lentigines* pellit succus & oleum, lavando mane cum aqua calida. Item farinâ lupinorum mixta cum felle capræ unge, statim decedent. Item allium cum melle. Item brassicæ semen item cinamomum cum melle, item cassia cum melle, item leporis sanguis, item tritici farina cum aceto mulso. Item múſtellarum fel cum melle & vitis albæ radice. *Varros* tollit, id est tumores exiguos, cepæ succus cum sale. item lacertæ caput intritum, item myrrh cum cassia & melle, item porri capitati folia. Item pulegium cum aceto, *Impetiginem* salivâ matutinâ ungat, vel folia platan mane comedat.

*Lepræ* apponitur allium cum melle. Alumen cum brassicæ folijs. Cochleæ totæ ustæ ac cum melle fricæ. Elleborus. Fel murium cum nitro & terra cimolia. Fraxini corticum cinis cum aqua. Hordeacea farina cum aceto decocta. Iuniperi corticum cinis cum aqua. Lilij radix cum melle, Nasturtij semen appositum. Sal ex oleo acetoq; infrictus ad ignem. Synapi cum aceto. Sulfur cum resyna, Urina canina cum nitro veratrum nigrum.

*Elephantiasis.* Erinaceus terrestris assatus in potu sumptus. Item eiusdem iecur sale arefactum, Fel hirci illinitur. Lactis serum. Plantaginis folia. Tamaricis radicum decoctum cum uvis passis potatur Turpetum valde utiliter datur, sed caveant à pricium esu & Australi vento. *Lentiginibus* erucam illine cum aceto, aut mel cum bulbo, aut sanguinē leporis, vel florem salicis cum eiusdem succo, vel adipem cygni cum vino. Item cyclaminis, mellis ana æqu. bulliant lento igne. *Impetiginibus* cepam caninam quæ nascitur sub terra exprime, succo unge mane & serò. *Lentigines*, pulverem borraginis mel album, adipem gallinæ, misce, faciem unge, & repete

 pete

pete. Sed citiùs erit, ſi aquâ ſoluto ſale ammoniaco unxeris, manſeritq; per diem & noctem, unctio repeti poterit,

## *Lingva, Vox, Labra, Lapſus*

Si quis ex lapſu obmutuit, dyctamnus detur in potu, vel bibat pulegium in aceto coctum calidum, quod etiam naribus applicetur, vel galganum in aceto coctum, & percolatum naribus infundatur aut ſuccus cynogloſſæ.

*Areſactio lingvæ* dicta brumella ℞ duos nucleos cydonij aut corticem medium tiliæ, pone in aqua, cui adde cochlear aceti roſacei, hoc in ore detine. Vel ſyrupum acetoſum ſimplicem cum aqua ex cremore ptiſanæ præparata, gargariſetur os. Vel aquæ fontanæ, aut roſaceæ lib. quatuor, ſacchari lib. quinque, coquuntur in vaſe fictili vitreato ſupra carbones ad dimidias, adde aceti albi clari lib. duas, vel ut ſit fortius, lib. quatuor, coque ad ſyrupi conſiſtentiam, ſerva in vitro. Iuvat contra febres ortas ex cholera etiam peſtilentes, & urinas movet. Vel lardum purum porci caſtrati longitudine dimidii digiti latitudine duorum, faucibus inſere ut linguam tegat & ſenſim ita attrahatur lingua ut ſenſim totũ colliqueſcat, tum ſequetur largus vomitus etiam ſanguinis aduſti, imò cutim evomet, ſi hoc ſecundo fecerit ſed cautè vomendum ne ſuffoceris. Vel ſpuma equi fatigati fauces ungantur.

*Lingva ſi inſletur* imponatur illi ſaphirus. *Si ulceretur*, ſuccum foliorum vitis & mel iniunge, idem valet ad gingivas *Scabriciem* lingvæ tollit mentha affrictu. Item ſaccarum candidum. Item Rhois, ſemen. Item cydoniorum maiorum ſemina cum aqua decocta. *Tonſillarum tumores & inflammationes*, ſal cum melle toſtus. Item ſynapi ſuccus ex aqua &

melle

melle gargariſatus; Item ficuum decoctum. Item hirundinum cinis, Item vitriola. Item pruni folia decocta. Item lac bubulum gargariſatum, Item ſacra herba imò cocta & ſimiliter cocta verbenaca ſupina.

*Uvulæ tumor* lavatur aſperſione aluminis, item fabæ tomento cum roſa, thure & ovi albo. Item ſal cum melle toſtus, & alia quæ tonſillas iuvant.

*Uvulæ lapſum* attollit acetum gargariſatum. Item lauri bacca, hyſopus, & mel, vertici impoſita.

*Fluxionibus uvulæ* proſunt gallæ tritæ, Item pruni folia in vino cocta. *Faucium aſperitatem* lenit Amylum, item uva paſſa, item malvæ foliorum & radicum decoctum gargariſatum ſpinacex cocta, Item lac decoctū & candentibus calculis marinis adustum, atq; potatum. Item lac bubulum gargariſatum, Item mel collutum, item aquæ aluminoſæ. Item pruni ſylveſtris baccarum decoctum. Item trifolij aceroſi decoctum. *Concuſſo ex lapſu* quinque baccas ovillas terant, & ex calida cerviſia bibat. *Linguæ impeditæ* Radicem centaureæ maioris, imperatoriæ, dyctami albi ana. æqu: miſce, fiat pulvis, doſis drachma ex vino albo ante cibum, & diu continuetur.

*Ranæ ſub lingua* artemiſiam cum ſale tritam fortiter affrica. *Uvulæ delapſæ* zingiber cum ſale bis aut ter inſperge. *Labiorum dolor & fiſſuræ*, unge melle, antiquâ pice tritâ ſuperſperge, aut pulegio tuſo cum aceto unge cubitum eundo. Item mel medullam ex oſſe carnis porcinæ ſiccæ miſce, & tepidum applica. *Uvulæ delapſæ* piper longum, cinnamomum, roſas ana. dr. ſt. pulveriſentur, & uvulæ applicentur.

Lumbi, Vide ſedes ſtomachus.
Lien, Vide Splenetici.
Lumbrici, Vide Stomachus Vermes.

Luxatum ut cures membrum, duo ova contũde. piperis apppone duas drachmas, applica. Luxatio est cùm os de suo loco excidit. Si non sequitur dolor & inflammatio, præstat sic relinquere. Luxatio antiqua vix curatur & non sine dolore summo: Iuvat recens brassica cocta apposita. Item mel despumatum, pulverem baccarum lauri misce, calidũ applica cum modico rasuræ lintei. *Ad membra contracta* uerbenam, tabacum, rosmarinum, salviam, tere, in vino coque, & vaporem excipe, atq; ipsas herbas applica. *Luxatio* cinis vinum cum aceto illinitur. Oleum myrthi. Heliotropij maioris folia, trita applicantur, Lilij & narcissi radix cum melle, apponitur. Iuglandes cum melle illinuntur. Pulicaria herba tusa apponitur. Sal cum farina & melle, Sampsuchum, Urticæ folia. Plantaginis folia tusa cum modico sale apposita Primula veris. Mel decoctum & impositum in lana, spumis abiectis, carnem glutinat *Rupta* Abrotani semen tritum, & ex aqua fervefacta potum. Alteæ radicis decoctæ succus in vino potus Cardamomum ex aqua sumptum. Iuniperi baccæ potæ. Lasar cum lixivio bibitum. Rosmarini semen potum, Serpillum potum. *Luxatio* mulieris crines ustos, vel pomum cum sevo alliga, Item duo ova contundantur, addantur duæ dr. piperis, fiat emplastrum. *Membrum loco motum reducit* Unguentum diacolon frigidum, aut calidum, Apostolicum, oxycroceum.

Lateris dolor, Vide Plagæ.
Læsio ex onere, Vide Lapsus, Plagæ.
Lepra, Vide lentigines, Scabies.
Lapsus, Vide Gangræna, Pedes, Ulcus.
Lien, Vide Splen, Obstructiones.
Lethargus, Vide Paralysis, Somnus.

Lumbrici, Vide Puerorum morbi:
Lumbi, Vide Sedes.

## Malignæ febris pestilentialis. M

In febri maligna contusi aranei cum melle arteriis
applicantur, sed priùs unguendum est corpus ali-
io pingui vg. lardo. *A febre maligna & pestilen-*
*tiali præservant* calegæ herbæ folia semel de die in-
ire carnium sumpta, idem asserit Galen, de scordi-
. *Malignam ex pestilente sanat* Radicis angelicæ,
molij gentianæ, tormentillæ, zedoariæ, boleti cervi-
, ana. unciam, santalorum citrinorum, alborum,
brorum, ana. unc: ß. theriacæ Andromachi, Mi-
ridati, ana unc. unam ß. camphoræ scrupulum,
lverisa, & infunde in vini malvatici & aquæ vitæ
ctæ ex vino ana. unc. novem, dirigere in calido per
es octo, agitando vas quotidie, distilla in vitris B.
. igne lentissimo. Usus huius aquæ unciam, scor-
ij, cardui benedicti, acetosæ, rosarum ana. unc ß.
uæ zedoariæ dr. duas. misce, fiat potio, si opus po-
ridie iteretur, sed minori dosi. Pueris sufficitt di-
idia dosis. Pro præservatione sumitur a ieiuno di-
idium cochlear vel per se, vel cum pane, aut simi-
gine.

*Præservant a maligna aut pestilente febri* Bolus ar-
menus. Lapis Bezoar. Cornu unicornis. Cornu cer-
ustum. Corallia rubra. Pulvis dyctami Cretici,
osis uniuscuiusq; seorsim drachma ex vino. Item
ithridaticum, Theriaca, Conserva cytri, acetosæ,
rraginis. Item conservæ acetosæ & conservæ cy-
ri ana unciam, Dyctami Cretici albi, boli armeni,
doariæ ana. scrupulum, dosis semiuncia in brodio
lli, vel aqua acetosæ. *Febri omni* succurrit clyster
tabaco. Vesicationes adhibeantur, ope canthari-
um, sed illæ sunt venenatæ, meliùs & pari effectu ad
overe ventosam sæpiùs eidem loco, quæ videbuntur

ex

ex morbo dicto Maldearia. Laudant aliqui in *maligna* pulveres ex Bezoar, & alios cordiales acceptos in pulpa citrina. Item aquam fragorum bis diſtillatam, ſed & iſta potio efficax eſt veſpere exhibita. Magiſterlj coralli rubri gr. XII margarit. gr. octo. Glac. paradiſi ſcrup. Aquæ acetoſellæ, Rubi Idæi ana unc. 4. frag. unam cardui, Mercur. veronicæ, ana unc. ſs. ſyrupi acetoſitatis cytri unc. duas, fiat potio, refrigerat & roborat, detur veſpere ante ſomnum. Quodſi deſint Magiſteria margarit. & corall, aquas refrigerantes exhibe cum ſyrupo rubi Idæi. Alijs pro magno ſecreto eſt Lapidis prunellæ lib. ſs. cinnamomi, zingiberis, ana unc. ſs. pulveriſentur, & mane ac veſperi detur drachma. Poteſt etiam ex hoc lapide contuſo poni aliquid in potu. Item aquam borraginis, acetoſæ, vel acetoſellæ, miſce cum violarum ſyrupo. Item aqua borraginis infundatur horis duabus ſupra paſſulas, & propinetur. Item aqua borraginis, acetoſæ, endiviæ, menthæ, cum ſyrupo, vel Rubi Idæi, vel ſucco berberes, aut ſimilium. Item urinæ pueri ſani, limones cum cortice ſciſſos in orbiculos, ſimiliter pomacitrina, Acetoſæ, pimpinellæ, naſturtij, ana, manipulum, terræ ſigillatæ tres quatuorve partes ſignatas ſeu rotulas, medullam panis imbutam aquâ roſarum, pone omnia in vitro bene clauſo, ut urina digitis 4. emineat, diſtilla per B. M. doſis mane unc. ſs. Deinde tegatur & & bene ſudet, poſtea ſumatr cochlear acredinis citri, hoc fit ter vel quater.

*Febri malignæ continuæ* ſuccurrit initio purgatio, poſt eam venæ vel hæmorrhoidum apertio, deinde ſudorifera ex Bezoar & ſimilibus, cavendum verò a conſtipatione, & ſomno, ſudor provocetur ſudoriferis. Prodeſt adhiberi ex quatuor frigidis ſeminibus potio, vel ex aquis refrigerantibus & corroborantibus. Unicè cavendum a vino, cerviſia tenuiſſima ſit intra cibum: neq; cibi alij dandi quamdiu mor-

bus

ous durat quam ursibranca, cum ovo; pultes, pru-
na, uvæ passæ, a carnibus abstinendum. Non come-
dat nisi quando calor intensus remittit, tum etiam
potest sumi iusculum ex vitulina vel pullo, in quo
fuit decoctio herbarum, lactucæ endiviæ, borraginis
malvæ, bete modicæ, cichoreæ. Nec bibat extra
prandium & cænam. In cervisia ponatur aliquid
ex lapide prunellæ, qui refrigerat, & per urinam pellit
nocivos humores. Post diem morbi tertium nulla
detur ampliùs purgatio, nec vena secetur: sed corro-
borantibus & confortantibus utendum. Quodsi ac-
cedant sudores, vel fluxus sanguinis ex naribus, dum
non sint nimij, prosunt. Clysteres frequentandi
sunt, & si constipatio sit aliqua, sumendi alternis
diebus, & omni modo cavendum, nec in aliqua re
committatur excessus. Contra sitim quæ adhiberi
possunt, sub titulo, Sitis ponimus. Iuvabit succus
citrinus abśq; saccaro expressus lambendo sumptus.

## *Manus, Digiti, Vngves, Alæ, Frigus, Perniones.*

Manus reddūutr teneræ, si cremor ex seminibus li-
monum expressus duarum sit unciarum, adda-
tur olei tartari uncia una, tantundem olei amygda-
larum, misceantur omnia, cum itur cubitum manus
aquâ fontanâ eluantur, siccentur & dicto liquore
imbuantur, & mox chirothecis muniantur. Vel ex-
cava limonem, atq; saccaro imple candido & butyro
cum claude, & stuppa madidâ canabinâ involve, &
sub calidis cineribus coque dum mollescant, hoc un-
ge manus eundo cubitum, ac impone chirothecas.
*Manus ne frigore scindantur*, mane & vespere
propriâ eluantur urinâ & ab alia cave lotione, hoc
ipsum sanat scissuras & semper abstergendæ ne a-
liquid in ijs humoris maneat.

Ad

*Ad digitorum redubias* sume lumbricum terrestrē, & illum vivum digito circumda donec moriatur, sedatur illô dolor, pus exficcatur, & sanitas adest

*Manus ne frigore rumpantur* habendæ sunt mundissimæ dum hyems imminet, ac sæpiús de die lavandæ.

*Manus frigore læsæ* sanantur, excava rapam & imple oleo atq; claude, stuppâ involve madidâ, & per horam dimidiam sub cineribus calidis retine, habebis unguentum, rapa per linteum expressa. *Increscit aliquando caro digitis.* hanc tollit herba dactylon cum axungia. *Axillas* seu alas, a sudore purgabis, lithargyrii pulvere frequenter affricando, quod etiam bonum illis dabit odorem. Riff scripsit: Pollex ligatus proximo digito inguinum tumores sedat, in manu verò dextra medii duo digiti lino colligati destillationes & lippitudines arcent. *Alarum fætorem*, & gonorrhæam virulentam: illi decoctum radicis cingræ epotum, huic impositum. *Manuum scissuras* mastiche, cera nova, & oleo linito. *Ungues restaurat deperditos* semen agrimoniæ tritum applicatum. *Si ungues lædantur*, oleum est præsenti remedio.

*Ungues si acu pungantur* oleo ungendi. *Perniones* intra diem sanantur lumbrico circumdati. Item ficus crematas cum cera applica. *Ungues malos deiicere* sevum capri, colophoniam ana. æqu. misce, fiat unguentum. *Si digitus intumuit ut non possit annulus detrahi* Farinam fabarum, acetum, salem bene misce, applica digito.

*Manus si rumpantur*, succo urticarum, oleo & sale ungantur; vel sulfure cum vino calido ablue. Item caules & cepam tere, succo linteola imbue, & sæpiùs mutando applica.

*Panariticum, redubiæ, paronichia* sunt abscessus qui ad latera unguium nascuntur, gallarum pulvis cum melle prohibet hoc malum. Sanat verò; aloës, balau-

lauftiorum, gallarum, olibani, ana: æqu. cum melle applicatum. Si dolor, intensus perseveret, & non appareat signum exitûs, finde digitum lateraliter ab ungue ad os, statim cessabit dolor, alioquin corrumpetur os & perdetur iunctura a principio intingatur frequenter in aceto, & adhibeantur maturantia. Item lardum & folia pimpinellæ applica. Item pimpinella tusa cum butyro aut cum terebinthina, imponatur, statim sanat. *Manuum poris*, saluia cocta lava. *Rimis* oleum vitelli ovorum in sartagine diuturna frixione elicitum, oleum e tritici granis. Vernix ficca addito rosaceo. *Ungues* emollit viscus cum auripigmento mistus, cum calce, & vini fece. Uva passa illita mobiles ungues extrahit. *Ungues scabros* corrigit alumen aspersum aqua, & chelidoniũ minus. Fex vini cremata cum resina. Lini semencum nasturtio & melle. Sulfur cum resina therebinthina. *Paronichiæ* Brioniæ radix in oleo coctaad dissolutionem. Eboris scobs, Thus, cum melle. Rubigo ferri. Thuris manna. *Ungues ut recedant*, sevum caprinum cum pice misce.

## *Melancholia, Timor, Hyppocondria.*

MElancholiam qui curat, evitare debet aerem siccum & calidum. Rosas, & violas, & res boni odoris, crocum, naribus admoveat. Cibis calidis utant ova sorbilia, carnes vervecinæ, pullorum &c. Vinum bonum moderatè sumat. Cerevisiam cum lupullo bibat. Pane vescatur recenti unius diei vel duorũ ex bono frumento. Caveat a bubula & ferina, caseo leguminibus, caulibus, vino crasso & turbido, non merus vinum bibat, sed clarum & rubrum. devitet salsa & acria, & in quibus valet acetositas. Utatur ræ alijs herbis borragine, vigilias superfluas caveat, item laborem nimium, præcipuè in sole calido, exercitium moderatum ante prandium facias

Melancholiam pellit decoctum verbenæ ex vino albo, itemq, eius esu in cibis.

Melancholiam dissipat crocus in potu sumptus, item diuturna pedum detentio in aqua calida. Item Inulæ succus cum vino epotus. Prodest & Hiacynthus lapis gestatus. Sed hæc omnia cùm sint violenta non leve afferunt damnum. Card. de Prrd.

Valet contra melancholiam, ciceris grana aliquot crescenti Lunæ exponere, tum per horas tres in aqua detinere, coquere, edere. *Qui timent* absynthij pulverem bibant in vino. *Melanlboliam augent*, per fica, pyra, poma, lac, caseus, caro salita, caro cervi, leporis, capræ. *Vanos timores* discutit crematum in quo positum senæ modicum, vel fumi terræ, vel medullæ ebuli, *Hilaris erit* qui vinum in quo cocta est verbena biberit. Item flores rosmarini comedat mane cum melle & pane siliginis

*Contra melancholiam* buglossam infunde vino, soli expone, utere, purgat per urinam bilem atram. Iuvat contra phrenesim. Item folia verbenæ siccata puluerila & brachio dextro alliga.

Vide Phrenesis.

*Melancholiam dissipat* Lactis serum, Item ocymi semen potum. Item aquævitæ factæ e vino sumendum cochlear quotidie. Item Asplani totius herbæ decoctum bibitur. Item borraginis & buglossi decoctum ex vino & aqua propinatur. Item mala cytria. Item malvæ succi unc. sex. Item Massa pil. de succino Crat. Lúcis maialis ana: scrup: ss: Resinæ scammoneæ gr: octo: Succini albi præpar: gr: sex olei fæniculi, fiant pilulæ numero XvIII dividantur in duas doses. Item Cortices radicum ellebori nigri unc: ss: seminis anisi, fæniculi, carui, ana: dr: duas, ponantur, in loco calido, tum per B: M: distillentur, sumat ieiunus unc: duas cum modico syrupi de corticibus cytri.

*Hippocondria* est fere idem quod melancholia, excitat

citat triſtitiam: Bibat aquam in aqua lapis Bezoar coctus, & ipſum in ore teneat, ac digito cordiali, ut cannem tangat, ex eodem grana ſex ſumat quotidie in juſculo, eundem ſupra cor geſtet.

*Melancholia levatur*, folia verbenæ bulliant in vino, quod bibatur, & pulvis eiuſdem foliorum in iuſculis ſumatur. Item fumus granorum iuniperi ore, & naribus excipiatur. Item cochleariæ in umbra ſiccatæ unc: 4: Hederæ terreſtris, Naſturtii, ana unciam, conſervæ cochleariæ unc: duas, miſce cum ſpiritus cochleariæ, unc: ſex & aquæ Mariſconii unc octo, extrahatur tinctura viridiſſima, quæ poſtea per chartam filtretur, doſis cochlear bis vel ter in die. Valet etiam contra ſcorbotum & obſtructiones venarum. Item ſpecierum diambræ dr: duas, ambræ gryſeæ ſcrup: ſs: gr: XV: moſchi ſcrup: ſs: olei cinamomi gutt: quinq; extracti croci gr: octo, elixier Matthioli unc. duas. Norimbergenſis unam. Spiritus roſarum, aquæ cinnamomi cordialis cum vino diſtillatæ ana. unc. ſs: dr: duas, ſtent infuſæ in vitro benè clauſo per aliquot dies, filtrentur, aquâ roſarum & ſaccaro edulcorentur, doſis gutt. 4. in vino.

## *Memoria, Ingenium.*

PRo memoria ſvadent balneum capitis ſingulis menſibus, duo cochlearia vini, olei unum, aquæ rutæ quatuor; quatuor aquæ ex hyemalibus floſculis. Vel vini, olei, ana cochlearia duo, aquæ pulegij vel rutæ 4. fiat ſimilis ablutio. Vel prius lixivio caput bene elue, tum ſume aquæ roſarum cochl. 4. aquæ ſalviæ duo, ſucci ex pulegio 4. miſce, caput unge. Vel ſingulis menſibus unge tempora ſelle perdicis. Iuvat memoriam poſt cœnam ore clauſo maſticare grana aliquot coriandri in aceto macerati in quo ſampſuchus decoctus fuit, quæ deinde ſaccaro ſunt obducta tenuiter. Iuvat item poſt cibum ſumere

mere diacydonium seu confectionem ex cotoneis. Memoriæ defectus, si ob nimium humorem cerebri, hunc tollit & ingenium acuit herba, Rosmarinus, Maiorana; Lavendula, Melissa a cæna comestæ. Na sturtium etiam facit solertes, contra hos humores etiam hic pulvis crassus masticatur, ℞ cubebarum, mastiches, thuris, ana. dr. duas, radicis pyrethri dr. unam, garyophillorum scrup. duos, misce fiat pulvis crassus. Temperatus autem pulvis erit, si acceperis cubebarum, anisi, thuris, macis, nucis mo. scatæ, ligni aloës, ana. æqu, sumendi verò in potu sequentes, florum lavendulæ dr. duas, cubebarum, thuris macis, nucis moscatæ, ligni aloës, ana, unc. unam. Minor autem pulvis erit, florum lavendulæ, cubebarum ana. dr. unam, seminis coriandri anisi, fæniculi, ana. dr. duas, ambræ grana quinq; saccari triplum, fiat pulvis, qui ut ahuc sit mitior, omitti gummata possunt, ex his mane sumatur dr. una; sed priùs corpus purgandum pilulis lochiæ cum ambræ aliquot guttulis & succini albi. Multùm ad memoriam prodesse docet Simon Sethi Iudæus, si tempora felle perdicis ungantur.

Memoriam iuvat, mastichen mane cum zingibere masticare, purgat enim caput a phlegmate. Thus albissimum tritum, in aqua pura sumptum Luna crescente, mane meridie, & in solis occasu, iuvat exsiccat enim ventriculum. Nasturtij esus excitat segnes, item comesta melisophyllon ingenium acuit. Gallinæ cerebrum auget & reparat ingenium, edendo. Semen ormini tritum in cibo vel potu magnam in hoc vim habet. Prodest eundo cubitum deglutire granum thuris, sed purgato priùs corpore, sumatur bis aut ter in septimana. Probatissimum pro ingenio & memoria est. Ursi pinguedinem quam habet in humero dextro repone in vesica eiusdem ursi cum eius urina, & sic relinqe diebus octo, tum accipe succum ormini seu scarleæ domesticæ, eufragiæ,

giæ, verbenæ, buglossi, valerianæ, alòés, ana. æqui misce cum dicta pinguedine supra ignem spatulâ lignea agitando ut fiat unguèntum, ex eo quãtitate fabæ accipe, & cùm quid memoriæ[mandare volueris unge frontem & tempora fricando aliquantisper.

Multùm valet, ad memoriam. ℞ zingiberis, galangæ, mastiches, cumin, ana, dr, sex. nucis moscatæ, calami aromatici, asari cubebarum, ligni alòés, maceris, seminis apii, ameos, ana. dr. duas thuris albi, garyophillorum, cardamomi, zedoariæ, pyrethri, castorei, piperis longi & nigri, costi, cyperi, ana, dr, tres menthæ siccæ unc. ss. terantur simul, & cum penediarum, ac mellis despumati q. s. misceantur, utendum per intervalla tempore frigido. Prodest & letargicis, vel oleum ex granis cotoneorum inungatur. Vel fiat lixivium ex cinere rutæ cum aqua rosarum, caput lavetur. Qui memoriam amiserunt vescantur cerebro porci cum nuce myristica ex cinnamomo.

*Memoriam iuvat* pulvis siccatorum pedum colũbinorum, dosis unc. duæ. Recuperãtur, zingiber & semen rutæ coquantur in vino ad tertiæ partis consumptionem, bibatur manè multis diebus. Item pone synapi in sacculo lineo, & appende intra ollam aceti, ne contingat acetum, coque acetum ut synapi humescat, tum illud contere & exprime succum quo unge tempora cum aliquid discere. Recordaberis per unum diem. Item melissa comesta, quæ etiam acuit ingeniũm. Item esitatum gallinæ cerebrum. Item medullæ ossium partes duas, ceræ albæ unam, misce & igni solve, tum impone valerianam & eufragiam recentem aut siccam, coque, unge. Item florum rosmarini unc. tres, cum libra mellis despumati serva, & per partes ieiunus comede. Item oleo rosmarini unge occiput. Item mellis chebulorum libram, piperis longi unc. tres ss. olibani masculi unciam. pulverisa misce. Iuvat sumptũ zingiber conditũ. Item comestio synapis. Item

Item ungere occiput ſynapi cum caſtoreo. Item thu ris maſculi dr. XXX, piperis dr. fiat pulvis ſumendus quotidie per dies 40 doſis drachma. iuvat a. corus conditus. Item olei ſambucini unciam, olei de been unc. duas, euforbij drachmam, caſtorei dr. ſs. ceræ q. ſ. fiat calidum unguentum pro parte poſteriore capitis. Iuvat memoriam ſumere fructus ſtipticos poſt menſam, ne vapores petant caput, exerceri modicè ante cibum, ſuperfluitates non retinere. Itidem repetere quæ memoriæ cõmiſimus. eſſe hilares, poſt cibum aut ſtare aut leniter inambulare, ut cibus ad fundum ſtomachi deſcendat: aſſatæ avellanæ paucæ poſt cibos ſumptæ, prohibent vaporum accenſum: galanga naribus indita cerebrum frigidum roborat; Maſtiches cum zinzibere manè maſticata purgat a pituita caput: præmiſſâ purgatione thus albiſſimum creſcente Lunâ cum frigida, manè, in meridie, ſerò bibatur ſiccat humiditates cerebri.

*Pro memoria* hoc ſummè laudatur, corda hirundinum adhuc palpitantium, ſeptem turturum undecem, Menthæ ſiccæ, pulegij verbenæ, eufragiæ, coriandri præparati, gallitrichi. ana. unciam, florum roſmarini unc. ſs. Calami aromatici, cinamomi, ana. unc. duas. Garyophill. unc. unam ſs. moſchi & nucis moſcatæ ana. gr. ſex. Mellis anacardini, ſtirahis calumitæ, ana. unc. ſs. pulveriſentur ſubtiliter, & cum aqua fænieuli redigantur in paſtillos. Uſus purgetur primò corpus, per dies L. nihil præter paſſulas cum amygdalis paucis, pauco pane in cæna ſumendum. Prandium verò aſſis teneris avibus conſtabit, in potu erit vinum unius anni, modicè dilutum. Singulis autem noctibus ante ſomnum paſtillus unus dextræ nari inſeretur, ut eam claudat, retineatur hic puſtillus non diutius quam uiginti verſus Virgilij poſſent recitari. Poſt aliquot dies nari ſiniſtræ puſtillus imponatur tinctus aqua roſacea, interea

interea caveat ebrietatem, venerem ventriculi cruditatem, maxime verò ſacietatem ex fructibus recentibus oleribus, carnibus ſalitis, & omnibus flatulentis, in fine menſæ coriandri ſemen præparatum aſſumatur, ſed bene ſit præparatum. proderit ſubinde paſtillum unum ore detinere & deglutire, vel etiam ſupra prunas proijcere, & fumum naribus retinere. Item paſtillos aliquot aqua lavendulæ vel roſacea, vel aniſi diſſolvere, frontemq́, tempora, nares, & occiput, manè & veſpere madefacere, & naribus aquam eandem in linteolo imponere. Item radices petroſelinì coque in vino, & bibe.

*Memoria.* Cor hirundinis, flores roſmarini, flores borraginis & buglosſæ, ana. dr. duæ, cinamomum nucem moſcatam, macis, garyophill. piperis longi, ana. unc. ſs. muſci, gr. duo, ſaccari roſati uncia, terantur omnia ſubtiliter, miſceantur cum uncia ſyrupi roſati; ſumatur quotidie per duos menſes quantitate avellanæ manè. Item aquam ſambuci mane bibat per dies XV. Item ſynapi pone in ſacculo lineo, appende ſupra acetum ne illud contingat, deſuper ignem pone, ut vapore aceti tumeſcat ſynapi tum illud exprime, dabitur oleum quo ungantur tempora dū voles, nam facies recordari. Memoriam facit magnam, ſed interim cavendum a fructibus, leguminibus, calore magno aut frigore capitis, manuum pedū, pro quo ℞ Vini malvatici unc. unam ſs. clau. de bene, deinde cinamomi, ſalviæ, ana. dr. duas, macis, rutæ, ana. dr ſex ſtoracis liquidæ & maioranæ ana. dr. 4. belzoini, zibethi, meliſſæ, piperis, ana. dr. 4 foliorum florum roſmarini, betonicæ, ana. dr. duas, pulveriſentur ſubtilirer, infundantur in dicto vino per 24. horas, poſtea in alembico vitreo diſtillentur igne lento, in aquam quæ prodijt repone, feces & rurſus diſtilla, affuſo novo malvarico calido ut ſit plenum alembicum, diſtillatum in vitro bene clauſo ſerva. Ex hac aqua ſume uncias tres,

pulſus unge & caput eundo cubitum. Adde huic aquæ unc. ſs: garyophill.) pulveris, & claude cera bene. *Si* palmo infundatur & fricetur facit hilarem, & adhuc magis, ſi inſeptimana cochlear mane ſemel ſumatur.

*Pro memoria* Pulverem fac de radicibus rutæ, buglosſæ, valerianæ, carlinæ, ana unc. 4. ſuccum eufragiæ, & gallitrici, lingvæ avis, bene cola, ana unc. duas, miſce cum dicto pulvere, adde urſi adipem q. ſ. fiat unguensum quo calido unge tempora, frontem diebus frigidis, interim abſtine a fructibus; lacticiniis. Item zingiberis, piperis longi, galangæ, garyophillorum, cubebarum ana. unciam, nucis moſcatæ unc. unam ſemis, pulveriſa, pone in ſacculo lineo, coque in vini optimi menſura & dimidia lento igne in olla vitreata bene clauſa ne exhalet, de hoc vino ſumat ieiunus hauſtum & caput ad ignem fricet pectine ut fuligines avolent, & poſtea aquâ ruthæ lauet circa tempora, occiput verò inungat hoc unguento: ℞ florum caulium, liliorum convallium, liliorum alborum, meliſſæ cum floribus, mēthæ criſpæ, ana. manipulum, contuſis adde olei unc. duas ſs. butyri maialis uon ſaliti unc. 4. vini diſtillati fortiſſimi cochlearia tria, aquæ roſarum 4. buglosſi, rutæ, chelidonij, ſalviæ, ana. cochl. duo, miſce, bulliant ſine fumo & flamma, exponantur per dies aliquot ſoli in vitro ut acquirant colorem cereum. ſervari poteſt per duos annos, herbæ colligendæ in ſolſtitio æſtivo, & mox diſtillandæ. Ante unctionem præmittenda triduana purgatio, poſt unctionem maneat in calore & quiete. Et hæc fiant a principio per dies 4, poſtea ſingulis annis ſemel tantùm per biduum creſcente Lunâ, tertio anno ſemel tantum fit unctio. Cibi ſint faciles, potus moderatus. Aliud unguentum, Radic. bugloſſæ, valerianæ, ana unc. tres, radic. rutæ unc. duas, pulveriſentur. tum ℞ ſuccum eufragiæ, armini verbenæ, ana. unc. 4. cola-

per pannum, miſce cum pulveribus, adde medullæ dacadi unciam, ſemin. fraxini triti dr. 4. pinguenis urſi q. ſ. miſce, inungantur tempora, frons, cciput ter in anno, vel ampliùs.

*Memoriæ duo in genere obſunt*, Vel humiditas cebri, & tunc nihil memoria conſervat. In particuri nocent, ebrietas maxime vini, quia nimis cererum humectat, nocturna capitis infrigidatio, humeatio pedum in frigore, calor nimius, cibi fumoſi, quæ nimis humida, ut iuſcula, ſumpta veſpere, ſus veneris. præcipuè ſtomacho nimis repleto autmente, ſomnus calceatis pedibus, tum enim vapos per illos exituri. in corpus redeunt: unde etiam æſtuat, potus poſt comeſtionem, præcipue poſt cœam, ſomnus nimius, vel ſtatim a cibo, & capite imis operto, duabus enim horis ſomnus cibum ſeui debet, crudæ herbæ comeſtæ; nuces, caſtaneæ, riſtitia & metus. Aceti mulſici uſus ita Ioan. Herd. d Hieron. Maraffiſto. Item nocent cepæ, caules, napi. allium, fructus copioſi, cibi ſaliti, fumati.

*Proſunt memoriæ* grana tria vel quatuor thuris maſculi in vino macerata, & ſumpta mane ac ſerò. *Noet* etiam memoriæ magna cerebri refrigeratio, nam refrigeretur morbo vel medicinis, fit oblivio. Inde lædunt memoriam quæ cerebrum refrigerant, ualis eſt pituita, in locis frigidis morari, vini potntis uſus qui calorem conſumit, uſus venereorum, omnus ſtatim poſt cibum. Marſil. lib. 1. de tunda Studioſ. Valetud. Cap. 7. quinq; hoſtes memoriæ nominat. pituitam, atram bilem, venerem tietatem, ſomnum manè in multam diem noent item medicamenta refrigerantia, ſive applica, ſive intùs ſumpta, ſanguinis multa profuſio, laſus, morbus diuturnus, diſtractio mentis circa vaa. *Memoriam ob morbum amiſſam reſtituit* pulvils fiat ex cinere vitis albæ, madefiat urinâ infantis, quam calidiſſimus occipiti imponatur.

*Velociter discere & diu meminisse* Radicum linguæ bovinæ, valerianæ, ana unc. 4. radicum rutæ unc. duas, fiat pulvis, tum succum euphragiæ, orsmini, verbenæ, ana unc. 4. calatos per pannum, misce simul succus, pulveres seorsim, tum sume medullæ anacardorum unciam tere, item seminis fraxini, contere, & omnia permisce, liquefac ursi adipe, & in illum pulveres miscendo inijce; cùm voles uti, unge tempora & frontem partemq; versùs nucham ter aut quater in anno. Memoriam reducit amissam esus cerebri suilli cum cinnamom. & nuce myristica. Vel contere libram thuris albi, distilla, cùm voles quid discere, guttulam pone in os, & hoc sæpiùs itera. Iuvat & ipsum granum thuris mane & serò tenere, & stillabit aqua impediens memoriā

*Memoriam iuvat,* nucis moscatæ, garyophillorum galangæ, cardamomi, granorum paradisi, cubebarum, macis, zingiberis, cinnamomi, ana. unc, unam trita omnia ponantur in aquavitæ per 24. horas, deinde lento igne distillentur, sumitur ex ista aqua gutta una in cyatho vini eundo cubitum, facit etiā lingvam expeditam. Si unxeris quater in hebdomada tempora, promittunt per sex menses memoriam indefectibilem. Item florum rosmarini, borraginis, radicum buglossæ pulverem, adhibe in cibis. Item semen urticarum collectum a medio Augst. ad medium Sept. pone in oleo veteri, distilla igne lento, tum unge omni triduo loca memoriæ. Item cor hirundinis, flores rosmarini, buglossi, ana. unc. duas, cinnamomi, nucis moscatæ, garyophillorum, piperis longi, ana unc. ſs. moschi boni gr. duo, sacchari violati & rosati, ana. unc. unam, misce cum syrupo rosato, quotidie per mensem sumat quantitate avellanæ. Firmat memoriam Radix apij Alexandri in acetarijs sumpta. Item gentiana cocta in vino.

Electuarium pro memoria. Zingiber, galangæ, mastiches, cumini, origani, ana. dr sex, nucis mo-

scatæ

catæ, cubebarum, ligni alóës, macis, seminum a...
ij, ameos ana. dr. duas. tauris garyophillorum,
ardamomi, Zedoariæ, Castorei, pyrethri, piperis lō-
i, & nigri, cyperi, menthæ siccæ, ana. dr. quin-
ue cum melle.

Provenit & defectus memoriæ ex intemperie ce-
ebri, quæ si á natura provenit, corrigi non potest,
lias tali pileolo corrigitur. Seminis nigellæ Roma-
æ, melissæ, fœniculi, florum lavendulæ, foliorum
osmarini, salviæ minoris ana unc. unam, cubeba-
um, macis, nucis moscatæ, garyophillorum, carda-
nomi, ana. dr. 1. ambræ gr. quinq, fiat pulvis crasf
us pileolo insuendus. qui ut sit mitior, possunt o-
nitti aromata. Vel florum lavendulæ siccorum unc.
inam, spicæ unc. ss. incidantur, & contundantur
mnia cum saccari unc. ss. addantur cinnamomi
r. sex, garyophillorum dr. tres macis dr. duæ semis.

Iuvat memoriam thus albissimum redactum in
pollinem, hyeme cum vino, æstate cum aqua de-
coctionis passularum, Lunâ crescente sumptum, so
le oriente & occidente, & in meridie.

*Rhasis*, Memoriæ & ingenio prodest eundo cubi-
um aliquot grana mastiches deglutire.

Raro memoria simul est cum ingenio, quia diver-
um requirunt cerebri temperamentum, Gratarol.
Nocet memoriæ frigus & humiditas; pedes infrigi-
are, quia frigus ad cerebrum vadit; calceatis pedi-
us dormire, quia vapores pedum ad caput redeunt,
cetum & capitis infrigidatio. Signum memoriæ est
caput retrò protuberet, cavendum ne post cibos ca-
ut incalescat, quare in fine mensæ fructus stiptici
dendi, aut coriandrum.

## *Menstrua, Secundinæ, Albus fluor Vteri fluxus.*

Menstrua ut fluant, aquæ pimpinellæ unc. 4. cro-
ci gr. duo saccari dr. duas misce, bibat. Vel
apponatur

apponatur ori matricis mercurialis. *Sistentur* verò succi millefolij unc. duas, saccari albissimi dr. una misce. manè bibat. Vel grana pæoniæ ex vino au stero bibat. *Menses aperit* saccarum buglossatum. *Probibet* veró aqua papaveris rubri dr. una ss. bib ta. Menstruorum *nimium fluxum compescit* fumi seminis synapi infernè receptus. *Provocat* suppositi bombax intincta therebinthina. Vel oleum lilioru in cibo sumptum, aut iniectum. Fomentum ex dec cto melissæ *supposita menstrua provocat.* Vel supp nitur in linteolo raro allium tritum cum oleo, a ipsum allium decorticatum. Salvia, vel aristoloch & bibita. *Solvit menstrua & secundinas educit, sist* menses suppositorium de fimo caprino cum succ sanguinariæ. Quot grana coriandri ederit, tot dieb retinebit.

*Menstrua movet*, Artemisiæ aqua, sal, oleum, s rupus, pessarium. Item Centaureum minus, Ce cum melle coctæ, esitatæ. Item cepæ cum adip coctæ & suppositæ. Item Maiorana in pesso. Sup alia stercus anserinum præsertim viride in potu sum ptum dr. una. Item aqua allij distilata. Item ol sabinæ. Item aqua asari, raphani, artemisiæ rubr Item mercurialis cocta in aqua & applicata, Item limaces & Nicotianam in vino bono distilla. ex is aqua sumatur cochlear. Item urtica trita cum m rha & admota. Item succus foliorum urticæ cum modico vino haustus. Item calendulæ flores rece tes in vino macerati & poti: sed multo efficaciùs h bæ succus. Item tres vel quatuor summitates sam buci teneri coquantur in aqua ad consumptionem dimidiæ, ex ea poculum manè & serò bibat cum granis croci.

*Menses retinet* Acaciæ succus potus, vel inditus, a cutæ spinæ baccæ in potu vel cibo. Iuglandium nu clei usti & ex vino triti, & admoti. Myricæ arbor cinis impositus. Sempervivi succus in vellera impos

tus

s. Solani hortenfis fuccus in vellere fubditus; A-
aranthi purpurei flos potus Chelidonij maioris
erba mammis impofita. Corallium, Iuniperi refina
ufta. Leporinum ftercus impofitum, Millefolij her
recens trita & indita, Achilleæ decocto infideant-
ervini cornu cinis lotus potus. Fex vini imò ven-
impofita. Fimus caprarum lanis impofitus. Gal-
rum decocto infideant, Lapathi radices tritæ & ad-
otæ: Lentifci decoctum fotu fanat. Leporis coagu-
m ex vino potum, Lycium appofitum. Myricæ
ictuum efûs. Caricæ & foliorum decoctum infeffi-
ibus. Acetofæ femen potum in vino. Myrthi fe-
en in defeffionibus. Nuclei, mali punici acidi, a-
â pluviâ macerati ad diffolutionem, & infeffiones.
paueris nigri femen cum vino potum. Corticis
edii decoctum querni, vel iuglandis membranæ
iectæ. Rubigo ferri admota. Thuris cortex in-
ffo. Uvarum vinaceorumq; reconditorum decoctũ
ufum. Aquæ aluminofæ Garyophillorum potus,
andes tritæ & potui datæ in plantaginis fucco. Ro-
Salviæ aridæ fuffitus.

*Albos fluxus continet.* Anifum potum. Rhois fe-
en, Amaranthi purpureus flos potus. Aquæ ferreæ
ellanarum putamen rufum interius, potum. Ca-
nearum interior membrana, dr. duæ, cum alte-
tanto ramentorum eboris. Corallium, aut cry-
llus ex vino auftero pota. Dactili referti eboris fco
margaritis, corallio rubro, quotidiè tres aut qua-
or fumptæ. Lactucæ feminis cremor, ebur & a-
a in qua extinctus chalybs. Malorum acidorum-
iculorum uncia, cum thuris drachma pota in ro-
ea aqua.

*Menftrua movet* matricaria, fabina, ana. uncia-,
oci dr. duæ, thuris fcrupulus, fanguis draconis
cus dr. tres, pulverifentur, dofis, dr. fs. cum vi-
. *In menftruis roborant* tutia Alexandrina, dia-
inaceum, anacardina regia diapopira. *Menfes mo-*

*vent*

*vent* frigiditate impeditos, trifera magna, trifolion diartemisia, dentrionpipereon, diaciminum diaspermiton. Item cocto aniso in vino, addatur trifera magna, bibat. *Sistit* cingulum ex herba Pastoris in qua sunt veluti corcula. Idem facit herba siccata auricula muris. *Provocat* si in lecti ingressu pilulas quinq; ex galbano sumpserit.

Vide mulierum morbi, Partus.

Item *provocat menstrua* urens urtica contusa cum myrrha & umbilico apposita. *Uteri fluxum sistit*, vertices recentes virides concide quam tenuissimè, & coque in oleo iuglandium aspergendo farina triticea hanc massam calidissimam inter duo lintea extende, & applica partibus quæ sunt infra ventrem mane & vespere renovando usq; dum sistat fluor. *Menstrua provocat* pulegium in albo vino coctum.

*Albos fluxus sistit* ovum modò natum adhuc calens devoratum, Quercûs aqua stillatitia. Rosarum flosculi medii Trifolii pratensis potatum decoctum.

*Fluxus rubeos detinet* Iunci semen tostum, ex vino diluto potum. Limonis semen tritum ex vino potum. *Menses ciet* vinum in quo maduit in nodulo semen fæniculi, flores rosmarini, radix violæ macis. ana. æqu. bibatur cum tempus est menstruorum. Item radices liliorum alborum scissæ in minutissimas partes, postea bullitio. Item cicer rubrum lotum bene in aqua calida, capilli veneris, petroselini radices, omnia simul in aqua calida iaceant per noctem, mane coquantur ad ciceris perfectam cocturam, ex his per triduum mane sumatur scutella addito oleo & sale, & croco hoc fiat singulis mensibus dum est tempus menstruorum: Item decoct. baccarum iuniperi in vino ad consumptionem dimidii coctum, sumitur ex eo calido] per triduum vitrum parvum, postea deambulandum aut sudandum, Item per quatriduum drachma nigellæ in iusculo.

*Menstrua sistit* Rheubarbari, myrobalanorum Indicorum

corum, ana drachmam, pulverisentur, & cum sac-
aro, & decocto rosarum & myrtho, fiant rotulæ,
em stercus leporis in fesso. Item pulveres corticũ
steriorum avellanarum in iusculo. Item, pulvis
ornu cervi præpar. per quatriduum mane sumptus.
te m pelliculæ myrobal. citrin. dr. duæ, chebuli dr.
na ss turbith drachma diagrydii gr. unum ss. sica-
arum in rosis & myrt. solutum, libra. fiat confe-
tio, mane sumenda. Item pulveres menthæ, mil-
folii, hysopi, ana, uncia, flores granatorum, nuces
upressi, drachma, terræ sigillatæ dr. duæ, fiat pul-
is subtilis, sumatur in aqua plantaginis, & post illũ
ssum ovum.

*Provocat* trochisci de myrrha drachma sumpti in
ino tepido.

*Menses sistit*, corallia rubra exure ad nigredinem,
rachma sumatur in vino rubro. Item cortices gra-
ati adustos sumat in aqua. *Movet* pessarium ex ra-
ice malvavisci uncta oleo liliorum & castorei, in-
persa euforbio, retenta diutius.

*Menses albos* Flores papaveris sylvestris sicca in
mbra, pulverisa, & in iusculo per triduum mane
ume. *Menstrua movet* Abrotani semen tritum &
ullitum in aqua, & potum. Absynthium potum,
ut cum melle appositum. Acetosæ radices cum vino
otæ. Allium suffitum vel coctum inditum. Amyg-
alæ amaræ suppositæ. Artemisia bullita indesessione,
uccus cum myrrha inditus. Succus brassicæ cum li-
ii farina subditus. Castorei drachmæ duæ cum pu-
egio potæ. Cepæ succus in vellere appositus. Cicer
um myrtha impositum. Cochleæ ustæ & admotæ.
Dauci semen potum. Elleborus impositus, Maiora-
næ folia arida in pesso subdita, Fæniculi semen po-
um, Lactucæ sylvestris succus impositus. Lilii ra-
dix assata & ex rosaceo trita ac imposita. Maiora-
næ folia arida in pasto subiecta. Raphanus. Rosma-
rini radices cum vino potæ, Rutha in potu vel cibo

Salviæ

Salviæ decoctum. Serpillum potum. Urticæ folia cum myrtha trita & imposita. Dyctamini albi radix supposita vel suffita. Iuniperi foliorum & baccarum decoctum potum. Synapis semen. *Menses albos* Ebur bene tritum drachma sumatur mane in emulsione seminis lactucæ.

*Menses movet.* Nucis moscatæ dr. duas, macis dr unam ß. tartari dr, tres ß. pulveris croci scrupulum, pulverisentur & in decocto petroselini, vel ciceris rubri unc. duarum, propinatur dr. una ß. dicti pulveris. Item pessus ex radice iuglandis teneræ bene apparata.

Mamillæ. Vide Labia, Mulierum morbi.

Myrmecia, Vide Lentigines.

## Morsus varii.

*Vide sub titulo Venena, Venenati morsus*

Morsus hominis sanatur Erui farina vino subactâ. Vel nuce iuglandis cum cepa sale & melle. *Bestiarum*, Alteæ folia cum olei modico apponuntur. Porri capitati succus ex melle bibitur, sal ex melle illinitur. Vitiæ farina vino subacta est optima. *Canum*, Arida muria fotu, Amygdalæ amaræ cum melle. Cepa cum aceto, ruta, & melle. Cinis vitis ex aceto illitus. Cucumeris folia cum vino illita. Garum omne. Iuglandes cum cepa, sale melle. Mentha cum sale, Nitrum cum asinino, vel suillo adipe. Plantaginis folia cum sale, Sambuci folia tenera cum polenta illita. Triticum mansum & impositum, urticæ folia cum sale trita. *Equorum*, Faseoli masticati & appositi. *Avium* Iecur apri arefiat & potetur. *Canis rabidi* sal cum melle illitum atq; etiam bibitum.

Morsui *canis vel serpentis* piper integrum combustum cum sarmentis quernis, vulneri inspergantur.

Item

Item ebibat ſtatim ſucci fraxini cum vino albo poculum, & folia ex quibus extractus eſt ſuccus applicet vulneri. Item vulneri anum gallinæ vivæ applica, exſuget venenum. *Canis rabidus ſi momordit*, ſtatim bibendus rutæ ſuccus, & ſtatim eadem ruta tuſa vulneri applicanda. *Morſui venenati* frondes fraxini quaſſatas applica ſæpe mutando. *Morſui ſerpentis*, pulegium cum bono vino admove. *Morſui venenato* ſtatim ſtercus humanum calidum cum aqua bibunt, ſic & uomitum concitant & alvum. Aqua huius ſtercoris per alembicum diſtillata vim alexipharmaci obtinet. *Viperino morſui* Urinam pueri impuberis, unc. duas, recentem cum ſaccaro per octiduum quidam bibunt.

*Hominis aut ſimiæ morſui*, betonicam cum vino auſtero, aut coctum & tritum raphani corticem.

*Morſui venenato* ſuccurrit terra S. Pauli, ſeu melitenſis, applicatur & ipſi oculi terræ tangant vulnus. Sumitur etiam in potu. *Morſus veſparum & apum*, unge ſucco porrorum aut malvæ, vel hordei farinam coque cum melle aqua & modico aceto.

*Canis rabidi morſui*, Cancri fluviatiles vivi in patella ærea comburantur dum ſol eſt in Leone Lunâ XVIII, fiat pulvis, addatur pars una thuris, quinque gentianæ, decem dicti pulveris, doſis cochlear cum aqua per dies 40, continuos. Caveat ab aromatibus per menſem, non in ſpeculo ſe aut aqua contempletur, non tangat ſanguinariam aut ſorbum, ſtatim poſt morſum duas aut tres cucurbitas circa vulnus applicet, ſive alia remedia, ſanabitur. Item cepam ſub cinere coque, adde ſalem, parùm farinæ hordeaceæ, mel roſatum, miſce, applica, ſanat etiam cuiuſcunq́, canis morſum, bis mutetur de die, lenit dolorem. *Morſus ſerpentis*, tormentillæ pulverem bibat cum aqua, & vulnus defodiat ſub terra per tres vel quatuor horas Bodin. ait ſanari morſum ſerpentis inuncto oleo in quo erucæ ſunt mor-

tur. *Morsui canis rabidi* applicanda ſunt folia angelicæ cum folijs rutæ ac melle.

*Serpentis aut viperæ morſui.* caput eorundem abſciſſum apponatur, bibatur caulis cum ſalvia in vino vel cortex raphani coctus alligetur, vel cupreſſi folia vel thytimali, aut bibatur decoctum radicis cardui, aut coagulum cervi cum vino, aut radix ferculæ cum vino, aut betonica, aut iuſculum veteris gallinæ bibatur. *Aſpidis morſui* urina propria bibitur, aut acetum. Non nocet illi aſpis, ait Serenus, qui ſecum defert iecur vulturis, vel unctus eſt erucis cum aceto, vel in pelle canina iacet. *Scorpionis morſui* idem ſcorpius interitur aut fovetur vulnus calidâ aquâ marinâ aut multi vini potus. *Morſus parvorum venenatorum.* Crocus caprinus cum agarico comedatur & acetum in faſcia applicetur, aut vivum ſulfur cum tartaro, vel galli cerebrum cum modico pipere applicetur. *Muris cæci*, terram e veſtigijs rotarum applica. *Morſui canis*, Cepam contunde, ſalis drachmam adde olei unc. ſs. mellis roſati unc. ſs. fiat emplaſtrum. Item appone plantaginem contuſam, Item flores urticarum pulveriſatos miſce cum ſale. Item folia urticæ cum ſale. *Morſui venenato.* Stergallinæ applica, & ſæpè muta. Item pellem ſerpenti detractam, bene contunde cum pinguedine porci, ac ſuperpone. Item poſt morſum emittat urinam, & quæ prima exit abijciatur, ſecundò fluens bibatur prima enim eſt venenata ſecunda pellit venenum. *Morſui canis rabidi* Cor eiuſdem combuſtum bibatur Item bene cepam contunde, adde drachmam ſalis, olei, unc. ſs. fiat emplaſtrum. Iuvat & pulvis florum urticæ, cum ſale applicatus, iuvat & plantaginis Item ſtatim bibat rutæ ſuccum, atq, ipſam rutam vulneri applicet. *Morſus apum* evades ſi malvâ crudâ oleo mixtâ te unxeris. *Muſcas pellit* decoctum ſambuci ſparſum per domum.

Mulie-

## *Mulierum morbi, varii. Matrix Fæcunditas, Prægnantes, Secundinæ, Mamillæ, Lac, Menstrua.*

MAmillarum durities androsæni folia imponantur, vel semen tritum lini cum lacte caprino coctum applicetur. Ulcera mamillarum bufonem occisum & cancros vivos æquali pondere in olla pone relicto exiguo respirio ure supra carbones lentè, hunc cinerem insperge. *Nauseæ prægnantium* Aquæ cinnamomi unc. tres, olei vitrioli præparati guttas 4. Syrupi de menta unc. unam, olei cinnamomi guttas duas, misce, propina.

*Fæcunditatem adducit*, verris testes in umbra siccentur, eorum pulvis in galli veteris iusculo a ieiuno quotidiè sumatur. Democrit. *Secundinas educit* florum calendulæ suffitus. *Exitui matricis* occurrit suffumigium ex pelle anguillæ.

*Mammillarum omni malo succurrit* Spongia in vino decoctinis pentaphylli tincta, admota, vel mentha emplastrata, vel farina fabæ cum vitello ovorum & adipe, vel thus cnm cymolia & adipe. *Mamillarum tumori*, maluas tritas cum oleo calidas appone, vel pulverem marathri cum adipe & mentha, vel fimum capri cum aceto & farina hordei. *Si in mammis sit fistula aut cancer* stercus caprinum cum melle, vel stercus hominis combustum.

*Matricis durities* fomentatur radice ebuli, vel in aqua sedendum decocti seminis lini ex storace, calamita fit pessis. *Matricis suffocationem levant* folia urticæ trita suppositaq; vel semen eiusdem. *Ut matrix ad suum locum redeat* olfaciat frustum panni quo multi triti cimices. Item radicem geranij bibat in albo vino.

*Si matrix extra corpus prodiit*, fomentetur ramis. *Lac minuit* ruta sicca, garyophillata, lactuca.

*Tumori uberum* post ablactationem pannus laneus aquâ salitâ plenus applicatur. *Si inflāmentur.* Farinæ fabaceæ, mel, adde aceti modicum, coque ad spissitudinem, applica. *Si durescunt*, pisa & lentes coque, & admove, vel mellilotì folia applica.

*Uterum procidentem suffire* prodest bitumine. *elabatur etiam* statim si oleum succini applicetur ventriculo in gossypio. Ruta etiam cum melle tusa applicatur umbilico. *Auget lac*, lumbricos dr. unam in vino, vel iusculo, vel sero lactis. unc. quinq, ante cibum. *Menses sistit* suffumigium seminis synapi. Vel lanam succidam plantaginis succo imbutam sumat in pessario, celeriter iuvat. Matricis suffocationem tollit, semel in hebdomada sub lecti ingressum bryoniæ decoctum in vino albo unciam bibat. *Secundinas educit* pulvis testiculorum equi, quantum tribus digitis capi potest, in iusculo bis aut ter datus

*Menses albos sistit* cortices avellanarum virides in pulveres redacti, in vino albo sumuntur dr. duæ,

*Ubera si propter copiam lactis vel aliam causam doleant*, Marrubium album cum vetere axungia contusum, fiat emplastrum calidum, Item fabas sine sale coctas tritas cum albumine ovi applica. Stercus capræ cum melle sanat in uberibus rupturas venarum. *Si propter lac inflentur*, unge fece aceti ex vino facti *Matricis morbi*, Semen urticæ masculæ quæ facit globulos instar pisorum, collige in Iunio vel Iulio, tere in bono vino, propina quantum bis potest capere apex cultri, duabus horis ante cibum sumatur. *Ut fœtum retineat*, vescatur salviâ. *Constipationem iuvat.* Ex maiorana minuta habente folia fit oleum per distillationem, illi additur coagulum leporinum, & aliquantulum moschi. *Si lac amisit*, cineres ungularum vaccæ bibet, vel decoctum ex cucurbita recenti sumat. *Mamillæ dum laxantur*, semen scoroneorum tusum cum vino applicent. & in eodem madefacto linteo lavent.

Menstrua

*Menstrua alba sistit* aqua stillatitia cyperij Attici si eius decocto insideatur.

*Uteri dolores*, Oleum amygdalinum calidum bibitum. Rosarum aridarum coctarum expressus liquor infusus. Urinæ sedimentum cum cyprino fervefactū & inditum. Aquæ sulfurosæ. Castoreum potum ubi periculum, ne contracturâ ac tremore efficiatur. Chelidonij majoris herba cum radice cocta & umbilico imposita. Oleum laurinum. Oleum e scorpionibus. Parietaria additur in clystere. *Uteri perfrictiones* cyperi radix fotu, Cari semen. Gattaria, Dyctami albi radix, Lavendula, Nardus Italica *Uteri collectiones*, Sonchi succus in vellere appositus. Unguentum Susinum. *Uteri inflammationes* Altæa cocta in vino, vel aqua mulsa adiecto suillo adipe vel anserino, therebinthina ut malagmatis lentor fiat, in pessis subdita. Artemisia fervefacta in sessu. Butyrum Iunci odorati decoctum. Lini seminis decoctum, Oleum amygdalinum, Partenij decoctum in sessu.

*Uteri erosiones*, lavat, Amarusca infusa, Fænum græcum viride cum aceto. Lac bubulum, caprinum ovillum, cum hordeacea ptisana immissum. Lini se mins decoctum, Malvæ decoctum clystere infusum. Portulacæ succus immissus. Unguentum e croco cera medulia, & duplo olei vel butyri unguentum mellinum. Malicorium cum spongia & aloë tritum addito aluminis osti momento.

*Uteri strangulationes* & dislocationes, aquæ melissæ unc. tres, cum theriaca propinentur postquam emollita alvus per suppositoria. *Uteri suffocationes* cornu cervi adustum in calida cervisia vel vino potū

*Pruritus*, lavetur decocto salviæ & matricariæ. *Matricis malis* prodest unctio olei spicanardi, de quo etiam sumas in cremato optimo. *Lac habebit copiosum* si utatur crebro fæniculi recentis vel betarum succo *Natura si pruriat* lavetur sæpe decocto in vino salviæ & matricariæ.

*Lac ut retineat,* Mentham contusam appone per dies 18, quotidie mutando, & cum iusculo quotidie bibat drachmam seminis anethi. *Matricis morbis,* vel matricariam, vel hysopum, vel cymodrion, vel origanum, vel pulegium, gentianam, coque cum melle, bibat ieiuna, calefaciunt & aperiunt. *Mamillis* post partum excrescentibus applicatur cum aqua pluviali murium stercus. *Si lacte ubera manant,* fece aceti ungantur. Ut stringãtur, hederâ cinguntur, vel anseris succo cum lacte tepido, aut ovo perdicis, aut papavere cum pluvia cocto. *Si doleant,* navium ramenta, prassion, hyosciamum, calami radices, lapathum, mixta applicantur. *Matricis doloribus* succurrit amaraci manipulus in sinu gestatus. Item garyophilli recentes contusi & applicati. *Matricem lapsam* attollit suffitus pellis serpentinæ sale conspersæ. *Matricis suffocationi.* seminis agni casti drachmam, mellis rosati unciam, bibat in aqua calida.

Item, galbani albi, assæ fætidæ, ana. scrupulum unum ss. diagridii grana tria, fiant pilulæ cum aqua betonicæ, num. sex, capiat tres in aurora, vel duabus horis post cænam. Item herbam personatum pone sub plantis. *Si Matrix exÿt,* dictâ herba caput ungatur. *Si ascendit,* coquatur matricaria cum aceto, vapor naso excipiatur. Vel artemisiam, altheam, folia lauri, pulegium, mentham campestrem, origanum, sabinam, centauream, maioranam; flores chamæmeli, fænum græcum, ana. æqu. contunde, pone in nodo, coque in aqua, in qua balneet. Vel decoctum brioniæ bibat vel corpori applicet artemisiam. *Lac redeat,* caulem, aquam fermentum quantitate nucis, crocum modicum, coque comedat per triduum eundo cubitum. *Malis mulierum* succurrunt folia persici collecta in Octobri, in pulverem. Aqua ex ijs distillata valet contra pestem. In unguentis posita sanat vulnera antiqua.

*Matricem prociduam,* elevat suffumigium veterum calceorum

calceorum. *Mamillarum duritiei & crepaturæ*, Farinam seminum lini unc. tres, axungiæ porci duas, coque in vino per medium aqua mixto, misce, applica calide, *Tumori mamillarum* succū betæ, oleum ceram novam, coque lente, fiet unguentum. *Mamillarum lac concretum* solvit Malvaviscum coctum, tere, cum porci axungia, semine lini, fæno græco, fiat emplastrum. *Affectæ matrici* galbam unciam ex vino in lecti ingressu bibat. *Si matrix cecidit*, olfaciat garyophillos, vel bibat absynthij decoctum. *Si exiit matrix* in lacte caprino colato foveatur, & aspergatur cinere cornu cervini, & pice græca ustâ additâ parte mastiches tertiâ. *Matrix fit idonea conceptui*, mentastrum sylvestre coque, vaporem excipiat, & hoc saltem decies. *Lac redibit* pulverem ungulæ vaccinæ combustæ bibat. *Matricis malis medetur* artemisia ventriculo applicata, adiuvat & partum posita sub umbilico, sed partu edito debet tolli statim.

*Matricis suffocatio.* Faciat pilulas ex adipe porci masculi, unam imponat umbilico, alteram in pesso. Vel suffiatur caulibus allij, thure, pinguedine humanâ per quadrantem horæ. Item secundinam ex porcellis siccam suffumiga. Item pulverem piperis & salis ana æqu. misce, & insuffla naribus. Item garyophillos tritos in vino optimo ante cibum propina per triduum. *Lac perdet* Si applicet mamillis radicem coctæ chelidoniæ tusam, vel rutham, salviam, mentham, absynthium, fæniculum, eodem modo adhibeat. Vel furfures coctos & mixtos cum oleo chamomillæ. *Suffocationi matricis* cùm est mulier gravida tutissimum est remedium, agere cum suo viro. Non gravidis verò suffiantur ab infra res odoratæ, desuper autem fætidæ: contrario verò agendum modo si uterus cecidit, tum etiam fiat emplastrum ex urtica recenti tusa, infra ventrem.

*Lac perditum restituit* emplastrum menthæ per dies aliquot gestatum. *Cancer mãmarum* sanatur applica-

ro politrico: *Non extrescunt* tinctæ sanguine porcelli vel succo cicutæ. *Matricis dolor*, suffumigium fiat ex assa fætida. Vel Zedoariæ unc. ß. nucis moscatæ dr. duas garyophilli drachmam, moschi granum unum ß. coquantur simul igne lento, fiat unctio ventris, sed ne ad ventriculum pertingat, tegatur ille panno rubro. *Si matrix ascendit* secundinarum suis pulverem in vino bibat. Vel sumat garyophillos in vino malvatico. *Si suffocata*, Florum iuglandis drachmam, fiat pulvis, bibatur cum iusculo, aut vino albo, aut baccarum lauri decocto.

*Menstrua movet* drachma trohisc. de myrrha in vino tepido. *Mammarum fissuris*, Oleum dulcium amygdalarum, aut violarum cum cera alba, thure masculo, ana. æqu. fiat unguentum. Vel cuminum tritum misce, cum melle & applica.

*Lac siccant* cucurbitæ recentes uberibus applicatæ. *Lac generari prohibet* unctio mamillæ unguento populeonis, aut succo menthæ tingendo linteolum & applicando. Item cataplasma ex radice caulium, farina fabarum, lentisco, croco, sale, nuce cupressi, aut applicentur prædicta cum aqua frigida. *Lac attrabit* raphanus cum furfuribus in vino colata, & propinata. *Matricis dolor* Philonium Romanum, triferam magnam, mithridatum, ana. dr ß. cum vino. Item decoctionem parietariæ, matricariæ; semen fœniculi, ana. æqu. coque in vino, & propina. *Lac generant* Anethi aridi comæ seminisq; decoctũ. Item anisum potum. Item bryoniæ decoctum cum tritico. Item fœniculum. Item malvæ sativæ iusculum. Item ptisana cum fœniculi semine. Item brassica cocta cum pipere. *Coagulationem lactis prohibent* grana ceræ decem millij magnitudine hausta. Mentha recens attrita. *Uteri affectus*, Adeps anserinus, gallinaceus, suillus, Aruga ex melle apposita. Amomum in pessis aut desessione. Anethi decoctũ ad desessiones. Calamus aromaticus decoctus, Cro-

us, Ficus cum fæno græco & ptisana ad fotum. Iridis radicis decoctum appositum. Lauri decoctum. Oleum mastichinum. Sambuci radix cocta & imposita. Amaracus, Artemisiæ recentia folia cum oleo irrino, myrrha, ex ficubus trita. Cardui benedicti decoctum ex vino sumptum. Matta decocta, sive Atriplex super ventrem posita. *Uteri conversio*, Oleum amygdalinum, Pulegij decoctum. Unguentũ sampsuhinum. *Procidentia* Acaciæ succus potus, & indirus, Acetum in spongia vel lana impositum, Bitumen suffitum, vel impositum. Fimus bovis masculi suffitus, Gallarum decoctum insessione, Leniscus. Urticæ folia recentia contacta.

*Uteri strangulatio.* Acetum scyllinum, Agarici drachma, Bitumen olfactu, suffitu, aut impositum, Odorati Cineres, Iuniperi baccæ potæ, Oleum amygdalinum. Plantaginis foliorum succus in vellere subiectus, Synapi tritum & naribus admotum, unguentum sampsuchum, Ungues odorati suffiti; Urinæ humanæ suffimentum cum cyprino fervefactum & initum, Castoreũ & massa fætida pari pondere in pilulas formata. Conchulæ Indicæ suffitus, Imperatoriæ radix e uino, vetera coria prunis imposita sunt efficacia. Zibetum cavernulæ umbilici impositum, aut oleum succini in gossypio. *Nimia apertio* Moly radix cum irrino unguento trita & subiecta, Aqua sive succus e viridibus pinorum nucibus. Auriculæ urſi folia recentia cum radice trita & supposita *Prælusio uteri*, Altea cocta in vino, vel aqua mulsa adiecto suillo adipe aut anserino, terebinthinâve & supposita. Artemisia cocta & subiecta. Cinnamomum infra suffitum, Sambucus, Myrrha, porri capitati, comæ in aceto coctæ & subiectæ. Urticæ semen ex passo potum. Butyrum, Crocus, Narcissus, Sampsuchus. *Uteri inflatio*, Pulegij decoctũ indesessione. Ruta cum oleo cocta & infusa. Imperatoriæ radix. *Uteri tumor* Fæni græci decoctum. Unguen-

tum amaracinum, Aquæ sulfurosæ, Lupuli flores incessionibus additi. *Uteri durities*, Acori decocto insidenti, Butyrum, Sambucus, Fæni græci cremor cum adipe anserino illitus. Iridis decoctum in potu. Lilij radix assa & ex rosaceo trita & illita. Malvæ decoctum, Myrrha. Pix liquida cum cera, Partenij decoctum insessu. Porri capitati coma in aceto. Pulegij decoctum, Sambuci radicis decoctum, Lupulus coctus. Oleum lini. *Uterum prolapsum*, restituunt odore suo cimices.

Maxillæ, Vide Labia Mania Vide Phrenesis.
Matrix, Vide Mulierum morbi.

N

## *Nasus*.

NArium ozenis seminis erucæ, myrrhæ, nitri, sidiorum ana. dr. duæ, croci, costi, ana. dr. una trita, naribus insufflantur. *Narium obstructiones* aufert, vapor ex decoctione seminis urticæ vel abrotani, naribus exceptus. Contra *ruborem nasi* remedia vide sub titulo *Facies* Item, phaseolos pone in aceto per dies octo, exsicca, fac pulverem, subige albumine ovi & unge. *Si nasus obturatus*, suffumigetur rosmarino, iuvat sulfuris aut garyophillorum suffitus. *Si fœteat*, coque in albo vino maioranam, culamentam, garyophillos, zingiber, nucem moscatam, naso instilla, vel acetum scylliticum hoc modo adhibe. *Phlegma* e naso educit medulla sambuci naribus imposita.

*Nasi oppillatio*, succi radicum betæ, Maioranæ, ana unciam, olei amygdalarum amararum drachmam, misce, naso attrahe ieiunus per dies quinque & vespere fac idem, ut per nasum in os descendat.

Eundo verò cubitum unge nasum unguento marciatæ, intra dies octo vel decem sanaberis. Valet etiam cùm nasus est adstrictus.

Nephritia, Vide Colica.

NErvos contractos prodest ungere pingvedine anguillæ. *Vena cùm intra corpus rupta est*, spermatis ceti, mumiæ, ana. dr. duæ, sumatur ex aceto calido.

*Nervos conglutinant* lumbrici triti applicati. *Vena si intra corpus rupta est* bibatur aliquid seminis nasturtij *Nervos contractos*, & dolores frigidos in iuncturis, & hydropem curat. Radices ebuli contuntunde, succm sume, & pone intra vacuitates magnarum arundinum, claude massà panis fermentati, & coque intra panes, postquam cocti panes, invenies succum instar visci concretum, iam verò locum ablue salviâ, rosmarino, ruthâ, rosis siccis, & myrtho, coctis in vino albo, tum prædicto succo unge. Item, coque hederam in aqua & calidam applica. Item, oleum lavrinum, rosatum, spicæ, abezzi, mastiches, resinæ pini, misce, cola, applica.

*Vena rupta in pectore*, Pulverem frondium vitis in vino bibat.

*Vena rupta in pectore*, stercus gliris pulverisatum quantum bis capi cultri apice potest, in dimidio poculo succi plantaginis manè & serò sumatur, addito saccari modico Item stercus glirium, aut murium tritum, quantum bis apex cultri capit, bibat in poculo succi plantaginis cvm saccaro manè & serò; brevi sanabitur. Item statim sanat pulvis foliorum vitis cum vino rubro. Item pulvis foliorum ficûs in umbra siccatorum quantum bis apex cultri capit, in ovo recenti per quatuor dies manè sumatur. *Nervi debilitati aut contracti* unge cum aqua, oleo, vino, in quibus coctæ sunt ranæ usq, ad separationem ab ossibus. *Rupti*, cinis ermentitius cum axungia vel oleo illinatur. *Contusi*, Dracunculi radix cum melle & fimo caprino illinatur. *Venæ obstructa*, Allium & oleum

oleum infusum, mel. oleum laurinum, cardiaca, Iridis radicum decoctum. Oleum amygdalarum amararum, Oleum synapi.

*Nervis contractis*, oleum rosatum, Ol. di Anversa, Ol. lauri. Ol. spicanardi, mastichis; resinam pini, ana. unciam; liquescant ad ignem simul bene miscẽdo, colentur per linteum, unctio fiat sanat & vulnera. Item olei veteris unc. sex hyssopi manip. duo bulliant simul, serventur in vino in quo priùs posita bona lumbricorum scutella mundatorum, tum per dies XV. soli exponantur, deinde croci quantum digitis quinque capi potest apponatur, hoc ipso imbuatur linteum, & bis de die novum apponatur.

*Vena pectoris si rumpatur.* Aquæ panis porcini unc. ss. aquæ portulacæ unc. duas misce, bibe per dies sex & ut magis vena consolidetur, saccarum violatum, rosatum, olei grante, penetti ana. unciam, corallorum omnis generis, carabe, bolum armenum, lapidem hæmathitem, ana dr. ss. cum syrupo grugiole & myrthi, misce, manè & vespere cochlear sume. Item ex corticibus ovorum recentium, pelliculis abiectis, ad ignem siccatorum, tritorum sume cochlear in carnis iusculo. *Si vena quæ patet est secta vel rupta*, parietariam contusam appone, aut folia verbenæ tusa cum adipe porci. *Nervos arefactos calefacit* Unguentum Aragonicum, Marciaton, Agrippæ, Dialteæ. *Nervorum dolores.* Absynthium, ruta lumbrici terrestres loti in vino odorato, coquantur in oleo ad dissolutionem, fiat unguntum nervis læsis applicatur cinis cum oleo vel adipe porci. *Vena secta* nucem commarsam applica. Vide Vulnus.

*Nervis quomodocunq; læsis sectis &c* In ollam novam infunde lib. tres olei, terebinthinæ unc. tres, pulverem thuris duas, accipe grandem serpentem, amputa caudam & caput, abijce, reliquum concide, impone dictæ ollæ, coque ad dissolutionem, cavendo a vapore qui est venenatus, percola ubi refrixit

non

non tange ossa quia sunt venenata, expone sub dio
sereno per tres dies & noctes, postea locum unge
ad solem vel ignem semel in die, postea leporis pel-
lem calidam applica, brevi sanaberis:

*Nervi frigore si obstupuerunt*, stercus bovis coque
in vino, munge in lecti ingressu tepidé, & repetatur.

*Nervi ex quacunque causa contracti*. Pinguedinem
quæ est circa renes equi, libram, solve ad solem,
adde libram unam ss. succi radicum ebuli tenera-
rum, impone in vitrum robustum, & claude, postea
circumpone massa panis absque fecibus ipsum opercu-
lum, crassa minimum uno digito, ponatur in furno
cum pane, idque ter, quod remanebit, si est nimis sic-
cum pone in aqua, fiet unguentum. *Nervi vulne-
rati*, Cochlearum carnes cum myrrha & vino illi-
nat. Vel radicem lilij cum melle tritam, vel nar-
cissi. Item lumbricos imponat, vel unguentum a-
marathinum, vel balsamum factitium. Item lum-
brici priùs vino albo eluti, postea in vitro clausi, &
in aqua calida cocti donec in oleum solvantur, &
vel per se, vel cum balsamo facti bis illiti, *Nervi
contracti*, Pulvers salviæ pone in aqua, hac deinde lo-
cum fove.

*Nervorum dolori*, Olei libram, ranas 4. ex fluvio,
florum camomilli unc. duas, ranæ in oleo suffocen-
tur, deinde lento igne ad solutionem coquantur clau-
so vase, colaturæ addatur momentum terebinthinæ,
& fiat unguentum. *Nervis contractis*, Radicum e-
buli libram, pinguedinis equi unc. sex, olei unc. 4.
misce, & in lagena vitrea clausa pone intra panis si-
liginei massam ac in furnum mitte, maneat sic per no-
ctem, erit oleum pro unctione. *Nervorum dolor &
contracturæ*, vulturis adipem cum ruta & cera, vel
myricas cum aqua calida maris sumat, vel betas cum
melle, vel panem cum vino & cupressio, interim co-
medantur columbi. *Nervis contractis* ceram recen-
tem, picem navalem, medullam ex ossibus vaccæ, gy-

mi amygdalorum unciam, olei rosati dr. tres, unge. Item lumbrici terrestres bulliant in oleo, fiat unctio. Idem valet si nervi distracti, sed modicum addatur mellis.

Nauseæ, vide Appetitus Vomitus.
Noli me tangere, vide Podagra, Ulcus.
Nervi contracti, vide Scabies.
Nodi, vide Verrucæ.

O

## *Obstructiones Oppilationes, Lien, hepar.*

Contra Obstructiones lienis ac hepatis propriam urinam bibunt. In obstructionibus epilepticis, retentione mensium, & alijs ex melancholijs humore excitatis, extractum ellebori nigri remedio est. Fit verò: Hellebori nigri radices purgantur a sordibus, terantur crassè in mortario, infundantur in albo vino, in vase fictili coquantur donec fiant molles, tum prælo exprimantur, & quod expressum est coquatur ad spissitudinem picis hic succus cum modico cinnamomo & pulvere anisi miscetur dosis scrup. ss. ad summum, datur cum saccaro In forma pilularum.

*Obstructiones hepatis, lienis renum*, Vitrioli ad rubedinem calcinati lib. duas, filicum fluuialium calcinatorum lib. ss. tres tartari ad albedinem calcinati lib. ss. misce pulueres, & pone in loco humido per dies 14. resolutos distilla per alembicum, cohibe ter postea misce omnia & distilla igne gradato, per horas XII. primò phlegma, postea spiritum acetosum ex capite mortuo extrahe sal. & cum spiritu acetoso distilla, cochlear unum alternis auroris brevi, curat hydropicos, menses suppressos, obstructiones viscerum Item, Citrach, Aloës hepaticæ, Polypodij querni recentis, Capillorum veneris, ana. æqu. cinnamomi unciam. bulliant in succo endiviæ, addatur saccarum fiat syrupus dosis unciæ 4. sex horis ante cibum. Item

em Ivæ arteticæ manip. duos, ſalviæ, maioranæ, ana-
nos, polij montani, origani, calamenti, pulegij, hyſ-
opi, betonicæ, thymi, ana. manipulum, radicum a-
onis, brioniæ, dyctami ana, unc. ſs. Radicum fæ-
iculi, petroſelini aſparagi, ana. unciam. *Rad.* ci-
horij unc. duas, ſtæchados unciam unam ſs. mel-
s q. ſ. coquantur in aqua communi, vel potius
ichorij diſtillata colentur, exprimantur, & cum mel-
e fiat ſyrupus. Valet etiam contra catharrum.

Item *contra obſtructiones* zingiber, cinnamomum,
ucem moſcatam, crocum, garyophillos, cuminum
na. dr. una ſs. limaturæ chalybis uncia, mellis
eſpumati lib. una ſs. miſce, ſume quantitate nucis
nanè & ſerò dimidiæ nucis eundo cubitum, eſt effi-
ax. ſed antequam iſto utaris, ſume per quinq, dies
quam naſturtij, & poſtea ſemel pilulas ſtomachales
nterim album vinum bibe. abſtine carnibus craſſis
t caſeo. Item obſtructio pituitoſas nitrùm, & co-
gulationes ſanguinis pellit per alvum, & diapho-
eſim fortiſſimè reſolvit, ſed corpus valde infrigidat.

## *Oculorum Palpebræ.*

HUmorem aqueum in oculo dicitur reproducere
ſuccus maioris chelidoniæ exceptus linteolo, &
pplicatus oculo, ſed artificioſè præpaparari debet.

*Palpebrarũ lemis* ℞ florum ſambuci, verbaſci, ver-
benæ, euphragiæ, ana. æqu. fiat ſacculus qui aqua
oſarum madidus oculis apponatur. Vel Euphra-
giæ, Rutæ, Pentaphilli, verbenæ, chelidoniæ, ana
partes duas, florum fabarum partes tres, affunde
quæ verbaſci q. ſ. diſtillentur aqua mane & ſerò o-
ulis inſtilletur.

*Oculos debiles viſumq; habens debilem*, caveat intu-
ri rem nimis fixe, & res magnæ lucis, & legere cha-
acteres minutos vitet ſomnum poſt repletionem ci-
bi & potûs, imò expectet dum cibus à ſtomacho re
cedat.

sedat, vitet res salsas & acutas, frequens phlebotomia nocet oculis quia cum spiritu & sanguis & calor naturalis debilitatur, per consequens virtus visiva in sua radice hebescit, caveat ab omnibus vaporosis; ut sunt cepæ; porri; synapi, mustum, fabæ, pisa lentes, legumina. Item lactucæ, eius enim frequens esus debilitat visum, nam ingrossat spiritus, assiduus aceti usus obtenebrat: raphanus etiam nocet, sed folia ipsius acuunt visum. Iuvat frequenter de die caput pectere, submersio oculorum in aqua clara conservat sanitatē oculi maxime in Iuvenibus, respiciaturr frequenter color viridis, vel fuscus, aut niger, caveatur albus, niger, ruber, splendens, vitentur pisces, poma, pyra, res humidæ, feratur fames & sitis aliquando, maximè cæna caveatur: frequenter pedes laventur, vitetur otium, fiat exercitatio moderata, caveatur a pane azymo, vinum sit lene vel aquâ temperatum.

*Nebulas ex oculis* infra corneam, vel supra tollit hic pulvis. Saccarum cadum rosatum, cum alumine combusto, & sæpiæ osse tere subtiliter, ac cribra, ut tactum effugiat, huius pulveris modicum eundo cubitum oculo insperge, mox guttam aquæ instilla, oculos claude, citissime diluetur nebula.

*Oculis debilibus* confert sequens aqua oculis instillata, & toti faciei illita. ℞ betonicæ, rutæ, verbenæ, chelidoniæ, eufrasiæ, fæniculi, rosarum rubrarum, ana. lib. unam, aloës citrini temperati in aqua fæniculi dr. duas, florum & foliorum matricariæ, simul conquassata distillentur.

*Roborat visum inspectio* speculi maximè chalybei, aquæ claræ, herbarum, auri, &c. *Omni oculorum dolori* succus absynthii cum melle illinitur.

*In oculos ne refluat sanguis* dum inclinamur, pimpinella, rutha, pulegium, verbena trita ex vino bibantur.

*Oculi aut dentes si doleant*, piper, thus, & ustas fabas

fabas

fabas, reduc in pulverem, misce, & genis cubitum.
sundo applica in linteolo, die sequenti abibit dolor.
*Inflammato oculo*, herbam taraxacam, vel folium her-
bæ dictœ dens leonis applica. *Oculorum albugini* in
viro datur lac mulieris puellam lactantis: in fæmi-
na, lac mulieris puerum lactantis. *Dolorem aufert*
smegma vel caro bubula occipiti applicata. *Oculos a-
cuit*, Hederæ lacrymam cum melle optimo illine, vel
perdicis iunioris sanguinem cum melle ana. igne si-
ne fumo subactum illine. *Ex oculis & capite pitui-
tam educit*, Iridis Myricæ, gladioli, ana unc: unam
tere cum vini lib: tribus, melle optimo addito mi-
sce, bibat ieiunus calidum:

*Grandines in palpebris*, Nitri Alexandrini, Galbani
ana. unc. unam, tere, & insperge.

*Omnem tenebrositatem oculorum aufert*, ablue fre-
quenter calida aqua eufraegiæ, rutæ, fæniculi. Cali-
ginem aufert lac mulieris, & fel capræ coctum in cor-
tice ovi, creditur esse perfectum remedium contra
lippitudines. Utendum etiam in cibis pulvere ma-
joranæ, betonicæ, rutæ, sileris montani, floribus ro-
smarini, fæniculi, eufragiæ, ana. æqu. Item pul-
veris eufragiæ cochlear unum in vino sumatur, quod
etiam iuvat memoriam. *Maculas visûs perdit*, aqua
camphora, terebinthinæ, & cucurbitæ distillata, mix-
tæ. *Lacrymantibus oculis*, tutiæ crudæ modicum, thu-
ris masculi paulo plùs, ponantur in vino albo per ho-
ras octo supra cineres calidos, colentur, & oculi la-
ventur:

*Sanguinem ex oculo tolles*, duo aut tria grana thu-
ris masculi, tere & in vino igni applica, fac parvum
emplastrum, appone arteriæ prope aurem versús o-
culos, & intra 24 horas sanaberis.

*Oculis inversis* servit fel leporis:

*Confortat oculos*, fel gallinæ, perdicis, mel, ana
unciam, succum fænibuli unc: duas, misce, unge.

*Pannum oculi aufert*, Succo rutæ imple ampullam

vitream, & claude bene massâ panis crassâ; duos digitos, pone in furno donec massa coquatur, erit liquor, de quo guttam instilla oculo. *Cataractas oculorum aufert*, lacertæ stercus tritum inspersum eundo cubitum, ligetur, mane aquâ rosarum ablue.

*Aqua pro oculis*, in Maio collige rosmarini flores & in vitro claude, sub fimo detine per dies 40. fiet aqua: *Alia*, Aquam rosmarini, verbenæ, rutæ, eufragiæ, fæniculi, misce, oculis immitte. *Oculos infantium glaucos denigrant* appositi sincipiti cineres putami avellanarum cum oleo. *Visum turbatum* intra tres aut quatuor dies reparat pulmo porci maris coctus in aqua, eius halitum oculo excipiendo. Item succum agrestæ sicca in sole, fiet pulvis, quem cum aqua rosarum adhibe:

*Albugini* emplastrum ex lacte ficuum & melle. Item succus cyclamini cum melle, qui tollit caligines & suffusiones. Item succus fæniculi desiccatus in sole, & succus morsûs gallinæ, & cinis limaciæ combustæ, oculo impositus tollit maculas intra triduum Item succus agrimoniæ *nebullas* tollit. Item limaturæ habeni in aqua fæniculi infusæ. Item succus portulacæ oculo immissus. Debent verò oculi maculæ priùs maturari oleo avellanarum, quod fiet ex illis tritis, coctis, & in aqua maceratis, atq; expressis. Pro pueris, nutrix masticet salem ammoniacum, & in oculum inhalet.

*Livor oculi ex percussione*, Nux raucida teratur optimè, apponatur ægro per tres horas supino existente. Item ossa sepiæ trita subtilissimè apponantur cum aceto. Item radices cucumeris asinini subige melle & applica. Item ciminum masticetur & insufletur, aut saliva illinatur. Item faba excorticata apponatur. Item hyssopum tritum liga in linteolo, & expone in aqua calida, ac fomenta. Item pulverem cumini misce ad ignem cum cera, & appone.

*Glaucos oculos mutat in nigros*, flos hyosciami in umbra

umbra ſiccatus teratur cum vino auſtero, & oculi ungantur. Vel exprimatur ſuccus mali granati dulcis cum floribus & ſucco hyoſciami, ac ſtilletur in oculos: idem faciet ſuccus ſolatri. Item teſtæ avellanarum ſubtiliſſimè tritæ mixtæ cum aqua & oculis infuſæ. *Hordeolum,* ſerarinum in corio ſubtili extende, & appone. Item vitriolum cum cera aut melle mixtum. *Defectum pupillæ ſanat.* Salicis gummi, flores, cortex, folia. *Oculi morſicationes* lava tenui & claro lixivio. *Maculæ.* Endivia, fæniculum, ruta verbena, roſæ euphragia, ſiler montanum, betonica, chelidonia, capilli veneris, terantur, & in vino albo pet 24 horas infundantur, exprimatur, & expreſſio diſtilletur, in aquam quæ prodibit ſimiles ac priùs herbas impone & diſtilla, & hoc ipſum ter fiat, prodibunt tres aquæ, una argentei, altera aurei, tertia inſtar balſami, quamvis pone ſeorſim. *Iuvat oculos* oleum roſmarini, & fit hoc modo, flores roſmarini pone in vitro habente collum, & ſepeli in arena ut collum emineat per dies XII. tum flores exprime, & ſuccum ſoli expone per dies 40. *Conſervat viſum.* Flores & folia euſragiæ ſicca in umbra & in potu ac cibo adhibe. *Cataractam aufert,* ſuccum cardui benedicti oculo immittat. Item vini albi generoſi libram, fellis bubuli unc. octo, ſtercoris columbini drachmam, vitellos ovorum quatuor, conquaſſen. & in campana diſtillentur, fiet aqua pro uſu.

*Pannus,* Duo albumina ovi toſti tere, & pone in olla cum libra aquæ roſarum coque ad conſumptionē tertiæ partis; poſtea per linteolum percola, intinge linteolum, inſtilla oculo & appone, & pulvillum ex tela in eodem liquore tinctum ſuperpone, renova omni veſpere, intra ſex dies ſanabitur. Sed & ſolū ſaccarum candidum corrodit pannum.

*Oculorum vitiis,* aloë toſtum in munda teſta. Vel ſuccus plantaginis vel ſalicis ſuccus cum flore, reiecto

cortice, vel corallij cinis, Saphirus contactu subvenit. Item myrthi folia sicca, usta in novo fictili, & cineres loti. Cerasorum gummi visum exacuit. Chelidoniæ maioris succus in æreo vase cum melle in prunis decoctus. Item ex folijs caulis & radice succus exprimitur initio æstatis, & in umbra siccatus, digeritur in pastillos, idem de fæniculo. Item pullorũ hirundinis in olla crematorum cinis cum melle oculis illinitur, Item nitrum cum melle. Item piscium fluviatilium pinguedo in sole liquefacta cum melle deinde mixta. Item rosmarini tam herbæ quam radicis succus, vel brassicæ succus ex melle coctus, & angulis oculi illitus, vel cari semen.

*Oculorum pannus*, Ova duo torre, vitellos exime, contere albumina & pone in ollula, atq; cum aqua rosarum coque ut tertia pars exhalet, postea cola & exprime. Hanc aquam oculo immitte intùs & extra, & linteolum eadem tinctum superpone, atq; liga pro nocte, per noctes ad summum sex sanabitur. *Perlam oculi* saccarum candidum absumit. *Pannum* stercus infantis pulverisatum insuffla, maneat per tres horas, postea ablue aqua recenti. *Tumor oculorum*, medullam panis triticei in lacte coque, & calidum applica. *Panno* fel piscis tiracæ sæpiùs imponatur. *Obscuritati* lac mulieris masculum lactantis cum felle capræ decoctum. *Albugini* spongia combusta inspersa. *Dolori*, Tutiæ, garyophillorum, rutæ, verbenæ, ana dr. unam, pone in vitro cum vino albo, & coque donec tertia pars consumatur, atq; oculo immitte. *Panno*, combure bufonem, insperge cinerem.

*Oculo sanguine suffuso*, Urinam pueri incorrupti cum vino albo & ruta coque, ac radicibus fæniculi, & oculo immitte. Item apices tusos absynthij misce cum albumine ovi & aqua rosacea, impone linteolo, applica vespere, invenies mane rubicundũ. Item aquæ plantaginis, portulacæ, vermiculariæ, ana. unc. duæ ceruffæ unc. ß lytargyrij unciam, campho-

camphoræ, misce. *Lacrymantes desiccat*, baccæ lauri quinque, ceram, vel mel ana. unciam, serò fronti applica. *Defluxus in oculos*, carnem bubulam macram subtiliter scissam eundo cubitum applica. Prodest aqua centinodij distillata, & instillata. *Pro perla* lapides limacum ad pulverem impalpabilem reducti, serò & mane oculo inspergantur. *Albugini*, punicem, stercus lacertæ, saccari candidi, picam assam borraginem, ana. part. æqu. tere, tum chelidoniæ unciam coque in libra aquæ, ad consumptionem dimidij cola, imbibe pulverem, exsicca in sole, & rursus imbibe, & sicca, & iterum fiat pulvis, est optimum. Vel margaritas tritas subtilissimè cola cum aqua rosacea, & hanc oculis instilla, confortat visum, loco margaritarum potest substitui saccarum. cave, ut serves oculos a fumo pulvere, áère nimis calido frigore, ventis, neq; statim a cibo dormias, neq; res minutas aspicias. Prodest oculos aquæ claræ immergere. *Oculorum fluxionibus* lac muliebre cum ovorum albuminibus in lana fronti applicatur Qui simul Matris & Filiæ mixto lacte oculos unxerit, tutus ab eorum dolore erit, ait Riff. *Oculi infantium glauci* emendantur si nutrix calidæ temperiei detur, & ipsi non multùm in luce versantur. *Lusci oculi* possunt reduci ad rectos, si eorum musculi reducantur, quod fiet, si per mensem unum alterumvè puero velentur oculi, & solùm foramella relinquantur per quæ prospiciat. *Glaucos* etiam oculos *infantium* emendat cinis de corticibus nucum avellanarum cum oleo sincipiti inunctus.

*Oculis nocent omnia acria & fumosa*, ut cepæ, synapi, item pinguia, salsa, item fumus, ventus. Prodest ruta in cibo & potu, item partem valerianæ in ore tenere, mane & serò aliquot grana iuniperi deverare, ante cibos myristicam nucem sumere. *Oculorum pannos* & cateractas tollit Trifolium oculare exprime, gutta eius succi oculo illapsa, id efficit.

*Oculi si lacrymentur*, caram albam, thus album, nardum, trita cum succo absynthij, & calefacta temporibus applica.

*Omnia vitia oculorum & cæcitatem brevem tollit* aqua sequens palpebris mane & serò illita, Flores cichorij collige quando sol est initio leonis, imple illis comprimendo vitrum, claude subere, & quintuplici vesicula, & massâ panis ad tres vel quatuor digitos crassâ, pone supra asserem in furno dum panis pinsitur, & retine donec pinsatur; & massa vitro illita, flores vertentur in aquam rubentem; hanc in B. M. distilla ( alias servari non posset ) & utere.

*Oculorum vulnera* corrigit aqua ex albumine ovorum, scinduntur ova, & vitello exempto implentur albumine instar pultis trito, clauduntur ova, & appēduntur ex filo in medio vitri, apponitur ignis iuvenietur in fundo liquor quo utere, Vel e floribus & folijs chelidoniæ succum digere in B M ut depuretur accipe XX. cancros fluviales captos in Iunio dum est Sol in Leone, resectis durioribus pedibus, exprime succum, & priori chelidoniæ succo iunge ac distilla in B M. interim cancrum integrum abscissis pedibus in olla exsicca, pulverisa, pulverem insperge vulneri modicum, & relinque per 24. horas; postea prædictâ aquâ elue. *Oculorum cataractas* levat, succus agrestæ mane & vespere instillatus. Postea de sex aut pluribus folijs fac oleum intra vitrum, & tinge oculos sæpiùs ut abscedat ex illis cuticula, dum patiens non sit senex.

*Lacrymas oculorum* Sistit urina propria palpebris illita.

*Oculorum maculas* tollit sanguis lupi siccatus inspersus. *Vitia tollit & visum reddit* seminum fæniculi unc tres, sileris montani, eufragiæ, camædrios seminis petroselini, Radicum chelidoniæ, seminum anisi, pulegij, hyssopi. Florum borraginis, iuniperi, cumini, florum anethi, florum betonicæ, radicum tor mentill æ

mentillæ, piperis, Zingiberis, albi, cinnamomi, ana dr. duas, fiat electuarium cum tribus circiter libris mellis, serò & mane sumatur quantitate castaneæ. *Maculas oculi* dicitur tollere spolium serpentis pulverisatum inspersum. *Sanguinem congestum in oculo* dissipat, coque in aceto vitellum ovi recentis, adde parum cumini, fiat emplastrum calidum, dicitur statim sanare. *Nebulam oculorum* aufert, coquatur in mensura vini albi manipulus betonicæ ad cõsumptionem medietatis, laventur oculi serò & mane succus chelidoniæ corrodit *pannum* oculorum.

*Oculorum vitia corrigunt* garyophilli in tenuem pulverem reducti & oculis caute inspersi. Item lapis ex felle bubulo naribus inditus. Item nasturtij semen, aut pulegij decoctum. *suffusioni oculorum*, succurrit ceparum succus cum melle. Item, fel capræ sylvestris. Item mustellarum cinis aqua subactus & impositus. Item pollium alligatum fronti, Saphirus pustulas imbibet. Item urina impuberis pueri decocta in vase æneo cum melle, *Argema oculorum* emendat, argema est ulceratio, quæ in nigro oculi alba apparet, in albo subrubra. Item chelidonij succus cum lacte mulieris. Item leporinum fel cũ saccaro illitum. Item mustellarum cum succo, fœniculi.

*Oculorum caligo* levatur absynthio cum melle, vel cinnamomo cum melle, vel fece vini crematâ, vel felle capræ sylvestris, Item myrrhâ, pipere, saccaro, thure, urinâ pueri. Item cepæ succo cum melle. Item trifolij pratensis succo. Item thus infixũ stylo ferreo accendatur & in aqua rosacea unc. 4. extinguatur, aqua hæc vesperi oculis illinatur additâ pueri parte lactis muliebris. Item aloë inuncta scabras lippitudines permulcet. Item spongiarum cinis imponitur cum aceto. Item thuris cortex tostus. *Albugo*, cochleæ integræ ustæ illinuntur cum melle Item moschus; aut fex cremata vini. *Luscis* prodest

fel caprarum sylvestrium. Item sanguis palumbi, turturis, columbæ, perdicis. *Hebetudini* cepæ succus cum melle. Item oleum amygdalarum. Item populi albæ pilulæ quæ primo foliorũ ortu erumpunt tritæ & cum melle illitæ. Item rutæ & fæniculi succus cum melle. Item synapi succus cum melle. *Fluxionibus* amylum, vel crocus cum lacte mulieris, vel frusta peponis fronti applicata. *Rubori* thus ut supra in aqua rosacea extinctum.

*Guttæ serenæ* (est cùm oculus videtur esse sanus nec tamen videt) Carnem vetustam porcinam minutim concide, atq; repone in olla ænea adiecto sale & vino odorato albo, post dies decem aqua stillabit quæ ad recuperandum visum; roborandos nervos visivos, auferendam obstructionem multùm valet. Zacut. *Paralysi palpebrarum*, inungitur balsamum mixtum cum aqua vitæ. *Rubori oculorum* infunde pulverem saccari. Vel aquâ eluantur oculi in qua maduit cortex pomi citrini.

*Oculos valde corroborat* aqua euphragiæ instillata. *Variis vitiis* semen anisi recentis & sicci teratur & oculis applicetur. Aqua Angelicæ apposita caliginem tollit, ut ex aqua absynthij. Item succus chelidoniæ maioris cum melle coctus. Item ramus anethi saccaro impletus candido claudatur, tum scindatur, & succus colligatur. Item aquæ rosaceæ unc. tres, Rubhæ unam, vini albi generosi duas, tutiæ præpar. dr. tres, saccari duas, misce, fiet efficax collyrium. *Oculis ex morbo læsis.* Tutiæ pulveris Aloës ana scrup. tres, saccari duas, aquæ rosarum unc. sex, vini albi dulcis unc. sex, misce, in vitro bene clauso, expone soli per mensem, oculis manè & serò guttulam instilla. Prodest oculis, succi apij, fæniculi, verbenæ chamædryos, pimpinellæ, garyophillatæ, salviæ chelidoniæ, rutæ, centinodiæ, morsûs gallinæ, pulveris tenuis garyophillorum, ana. uncia, piperis crassiusculè triti, nucis moscatæ, ligni aloës ana. dr. tres,

omnia

omnia infundantur in urina pueri & sexta parte vini malvatici, bulliant parùm, cum expressione percoentur, ac in vase vitreo benè clauso serventur, ante somnum gutta oculo instilletur. *Oculis lacrymãtibus* saccarum candi. contusum insperge. *Oculo fastidioso*, rutam crudam, masticet ieiunus applicet oculis.

*Oculis sanguinolentis* succum rutæ cum albumine ovi concute, intinge linteolum, applica oculis manè & serò. *Liuori* pulverem anisi & cumini & ceram novam calidam misce appone, est efficax. *Inflationi* Radices cucumerum sylvestrium applica serò & manè frigîdâ ablue. *Inflammationi* Aquæ rosarum unc. 2. vini optimi 4. tutiæ præpar. scrup. ss. garyophillos numero quinq; salviæ decem apices coquantur, donec sit cocta salvia. *Pannis*, saccarum candidum misce cum bona aqua vitæ, apparebit oleum. cum quo fel leporis iunge & lucii, unge mane & serò oculos. Item succum virgæ pastoris instilla oculo.

*Oculis rubentibus cum inversione palpebræ.* Poculum malvatici, tutiæ præparatæ modicum, viridis ærisminis coque in olla vitreata ad tertiæ partis consumptionem, serva in vitro bene clauso, & guttulam bis de die oculo insprrge. *Maculam oculi tolles*, cinerem limacis, vel succum plantaginis & chelidoniæ misce, pone supra maculam, *Omnia mala oculorum* Rutam, agrimoniam, satyrionis folia, radicem chelidoniæ, saccarum, magnetem, pulverisa omnia, distilla. *Lacrymas oculorum* sistit ruta puluerisata cum melle circa oculos inuncta, interim utatur betonica, Item totius plantaginis succum eundo cubitum & mane illine. *Oculis laborantibus* succurrit, aqua fæniculi in pane triticeo imposita. *Oculorum tumores* resolvit acetosa sub cinere cocta. *Si humor quisquam ex oculo effluxerit*, non tamen crystallinus, recrescet si aqua ulmariæ sæpiùs in linteolo applicetur. *Oculi dum siccantur* humore educto ex urogalli oculo, vel

lterius galli ungantur. *Cæcitati* aliquando succurrit gallinacei albi sanguis melle mixtus, pro collyrio adhibitus per triduum.

*Oculorum debilitati & suffocationi* Euphragiæ, chelidoniæ, ana manipulum, seminum fæniculi dulcis sileris montani ana unciam, radicum ænulæ campanæ unc. duas, fiat pulvis, infundatur in vini boni lib. quinque, claudatur optimè, agitetur bis aut ter quotidiè per dies decem, in loco calido, purgato corpore sumatur. *Albugines nubeculas, suffusiones tollit* tantùm externè palpebras quotidie inungendo, & *quandoq; cæcitatem.* florum cicori q s cùm sol est initio libræ ante ortum collige, & tere in mortario, adde saccarum candidi quartam partem, expone soli, in liquorem abibunt, vas sit benè clausum, sed ut liquor servari possit, distilletur in B. M. *Inflammationi oculorum & tumori palpebrarum,* Mastiches drachmam, tutiæ præpar dr. unam ss, tragaganthi, dr. duas, sarcocollæ unam, gummi arabici unciam ss. antimoniæ unam, aquæ rosarum q. s. misce, appone frigidum in linteo.

*Panno oculorum,* stercus caniculi ad solem siccetur puluis in lecti ingressu inspergatur, & manè frigida eluatur. *Cataractæ,* Cinerem cerri ardentem profunde viri urinâ, superpone pelvim politam melle unctam ut cooperiat cinerem, maneat ita totâ die invenies lazurum in pelvi tolle, pone in vino albo, infunde in lagenam vitream clausam membranâ, per quam intrabit baccillus cui alligatum gossypium serico alba, quæ misceatur sæpiùs de die, maneat sub dio sereno per novem dies, ac noctes, de hoc guttula instilletur manè & serò, & multis diebus continuetur. *Lacrymas sistit* capillus veneris & ruta sicca cum melle eundo cubitum inuncta. Item synapi, ficus siccæ, ana æqu. contere cum melle despumato, comede sub novilunio manè quantitate avellanæ. Item fabas albas pulverisa, cribra, misce

cum

m albumine ovi, pone in fronte cùm lectum in ederis, & repete.

*Oculis ex ictu cruentis,* lac mulieris cum thuris olline. *Tumor oculorum* Vitellus ovi, vel rosæ a-dæ cum vino decoctæ, vel ruta cum polenta. I-m amaracus cum polenta, vel apium hortense cum edulla cucurbitæ. Vel caseus decoctus & expres-s. Vel ovi candidum cum rosaceo, melle, & vi-o, in lana apponitur. Vel sampsuchum cum po-nta, aut violæ purpureæ folia. Vel borraginis & uglossæ aquam stillatitiam. *Pterigium* est excre-entia in oculis quæ tendit ab angulo procedit ad upillam occupandam, contra illam valet Acaciæ suc us. Acetum, Alòé, Alumen cum aqua, Ficus cum elicorio. Glycirizæ radicis farina inspersa, Aren-m myrthi foliorum farina. Rubigo ferri. Sal.

*Purificantur oculi* inuncti succo absynthij cum mel . *Collyricum* ℞ Tutiæ præpar. dr. duas; Lapides marij præp. unam. Vitrioli albi dr. ſ. Saccari cã-idi unc. ſ. Aquæ rosarum dr. duas, fœniculi drach-nam. Euphragiæ dr. ſ. misce. *Collyrium lauda-um,* Saccari Saturni gr. XII. salis ammoniaci gr. ria, aquæ rosaceæ unc. tres, misce, & guttatim ocu-o instilla. *Oculos acuit* Sem. fœniculi dr. duas, si-eris montani, euphrasiæ, quinquefolij, ana drachmã Radicum chelidoniæ; dr. duas, sem. apii, pulegij flo rum borraginis baccarum iuniperi, ana: drachmam, mnia seorsim concidantur, deinde misceantur, ad-dito melle despumato, fiat electuarium. *Ruborem ollit* applicatum linteum madens ovorum agitato lbumine, vel aquâ plantaginis. *Palpebris inversis.* Alòén hepaticam in aqua rosacea solve & lava ocu-los, frontem, tempora, sed priùs corpus bene pur-gandum. *Nebulis oculorum,* Coque ovum ut fiat du-rum, detrahe corticem, exime vitellum, saccarum impone contusum, claude, appende e folio in cella-rio, stillabit oleum pro dicto morbo.

*Odora*

ODoratus amiſſus recuperatur gargariſando os rutâ & hyſſopo coctis in aceto ſcyllitico. Aqua recreans odoratum, Aquæ roſaceæ libram, aquæ florum myrthi libram aquæ florum pomi citrini librã miſce, adde modicum pulveris cyprij, zibethi, muſci belzoini, expone ſoli in vitro. Item pulvis, roſas ſiccatas in umbra, muſcum garyophillos tritos miſce. Item Nucis moſcatæ dr. duas, garyophillorum unam, moſch, grana 4. aquæ rosarum q ſ. bulliant ſuper carbones, dabunt odorem gratiſſimum. *Odorem medicinis* & alijs rebus induces, ſpecierum diambræ unc. duas ligni aloês dr. duas, moſchi ambræ gryſeæ ana. dr. unam ſs. infundantur in aqua ardente ad eminentiam duorum digitorum, filtretur, gutta medicinæ inſpergatur.

Os Vide Facies.
Oris ulcera, ſciſſuræ, vide Labia.
Oris fætor, vide Labia.
Oris diſtractio, vide Scabies.
Oſſa, vide Vulnus.

## Opilationes.

OPilationes lienis & hepatis ſolvunt folia raphani cocta comeſta.

## Paralyſis vide Apoplexia Letargus.

PAralyſis curatio incipit a purgatione. Nuca & cervices inungantur oleo caſtorei, nigellæ, coſti erucæ, ſumatur aliquantulum confectionibus anacardinæ, & ligna eadem fricetur, reſtituetur etiam amiſſa loquella. In paralyſi cervix ſola perfricanda,

idq;

idq; ex parte sana, ubicunq; hæreat morbus, perfri-
canda veró synapi albo, vel cremato cum campho-
ra, ex quo etiam aliquid bibendum, & hoc habuis
effectum.

In paralysi fricant corpus synapi, vel urticis, usq;
dum pustulæ erumpant. Si linguam læsit paralysis
aqua ex urticis urentibus, & ex chamæmelo addito sy
napi albo tritis, distilletur, huius aquæ cochlear per
dimidiam horam in ore detineatur, postea degluti-
tur. Prodest mane, aquam liliorum convallium,
vel lavendulæ sumere, vel aliquot grana synapi albi
masticare.

*Contra paralysim* quibusdam successit esus massæ
siligineæ in pistrino dum fermentari incipit. Item
quo, aquæ endiviæ, ſcabioſæ, acetoſæ, ſolatri, bugloſſæ, cichorij ana dr. 4. vini granati dr. ſex miſcedetur in aqua hordeacea, 6. Ulcus ut diſſolvas applica mel cum farina ſiliginis. 7. Cibi omnes coquantur cum aceto, cum borragine, carduo benedicto. in potu ſuccus fit citrinus, ſerum lactis coctum in aceto, & in quemvis potum ponatur raſura ex cornu cervi. 8. Prima die infectionis, niſi prius bis ſudaverit, non dormiat, arteriæ & regio cordis ungatur. 9. Carbũculo applicentur nares vivæ gallinæ, uitellus ovi cum ſale. Si malum maturuit, nec ſponte cedat, excindendum, circum autem folijs hyoſciami cum farina hordei emplaſtretur, ubi exciſum, ſanatur ſtatim vulnus. Bubones & alia ulcera initio ſtatim ſecanda, & cucurbita ſuperponenda. 10 Optimum eſt cepas & allium coque ſimul in olla vitreata ad lentum ignem, deinde ſuccum exprime, bibat, & reliquum ulceri applicet. Item ſuccum verbenæ cum folijs herbæ omnis menſis. Si non ſuccurratur egro a contracta peſte intra horas octo, iam eſt immedicabilis, quia iam venenum ad cor proceſſit.

Peſtilentiales Febres. Vide Maligna. Vide Venena.

*Peſti iam contractæ*, Scordij decoctum bibe cum terra ſigillata & electuario diaſcordij, ſed priuſquam bene ſudaveris cave ſomnum.

*Præſervat*, Ieiunus ſumat tres apices ruthæ, nucem ficum ſiccam, unum denticulum allij, duas guttas olei petræ, pulſus, tempora, nares ungat, non exeat domo ante ſolis ortum. Item aquævitæ libra. theriacæ unc. duæ, miſceantur & maneant per 24 horas, diſtillentur, diſtillato duplum addatur theriacæ, bibat dr. unam ſs. quotidie. Item infectus drachmam theriacæ ſumat in vino albo in lecto calido, tum ſedi apponatur ſpongia imbuta ſucco taxi barbati maſculi. Item Aloén, aut ſuccum citri, cinamomum myrrham, ana. dr. tres, garyophillorum macis, li-

gui

ni aloës, masticheſ, boli armeni, ana. dr. ſs. con-
rantur, & bene clauſa ſerventur, ſumantur quotidie
ane dr. duæ in tribus unc. vini adaquati. *Bubones*
*tumores.* Nucis vomicæ ad ſummum drachmam ſu
e, ſudabis vehementer, eſt ſecurum & efficax. *Præ*
*rvat* Radicum ellebori uncia, coquatur in vini lib.
ptem, ſumantur duo aut tria cochlearia vini huius
ane.

## *Plagæ, Læſio ex onere, Dolores varii lapſus ex alto. Percuſſiones, Concuſſiones*

UT plagas veteres ſanes, vivam calcem diſſolve
aquâ, & ter aut quater per diem remiſce, ac ubi ſub
dit, eſtq; clarificata, lintea illi immerge plagisq; ap-
pica. *Plagæ ſine vulnere,* Oleum, mel cuminum, co
qe, fiat emplaſtrum. *Plagæ veteres* Succi foliorum
aci partes tres, olei roſati unam, ceræ novæ q. ſ.
fit unguentum. *Deraſio & plagæ,* Lava vino, poſtea
foia S. Mariæ applica cum ſputo. Item ſalviam ma-
catam impone. Item ſalvia minuta, rutha *Romana*,
ſica, ana æqu cum butyro maiali ponatur ad ſolem
crebrò remiſcendo, fiat unguentum. Item unge
melle & linteolo religa. Item lana ſuccida cum vino
aceto, vel oleo impoſita. Item Millefolium cum ſa-
le & aqua datum. Plantaginis recentia folia tam il-
lita quam comeſta. Item idiæ carbones tuſi cum la
pilis cancrorum bibiti. Vide Vulnus.

*Læſio ex geſtato onere,* Initio morbi XII. baccæ o-
vi æ tritæ cum vino bibantur. Item ſpicas hiperico-
ni in oleo diu macera, & ſume calida cereviſia, vul-
nera idem ſanat unctione. *Percuſſuris,* Soluta cum
multa aqua calx viva addito oleo roſato apponatur.
V, pulverem herbæ cartafilaginis minoris plagæ re-
centi inſperge intra horas 12. ſanabitur. Item, ſalis
unciam, mellis unc. tres cimini unc. duas, terebin

thinæ unc. quinque, miſce, applica. Item, Radicem recentem lilij cærulei contuſam applica, ſanat intra 12. horas: idem præſtat naſturtium contuſum applicatum, ſed ante non poſt alias medicinas. Item roſmarinum, vel abſynthium, vel violum, vel carduum benedictum, vel ſalviam, vel oliuetum, vel ſerpillum, vel origanum, vel pulegium, pone in lacte calefacto, aut tegula calida, & vino parfunde, & ita calens applica.

Plagæ factæ *lapide*, adipem antiquum cum chamæcyſſo appone, aut fimū ſuis, *Ex verbere factæ* Lixivium cera & oleum miſceantur, quod etiam tollit *vibices*. Dolori ſubito abſq; cauſa chelidonia, ſal, ſulfur, cum vino apponuntur. *Dolori oſſium*, mel inungitur. Poſt concuſſiones, ſolet intra pectus *Sanguis concreſcere*, eijcit illum nepita in potu ſumpta. *Ex alto lapſui*, Si loquela intercluſa, infunde in os decoctum caſtorei ex cerviſia, tum oleum philoſophorum bibat in cremato. *Contra dolores*, equi & bovis miſceat ſtercus, coquat in aceto, calidum applicet, quieſcat in lecto. Item ungatr oleo terebinthinæ, dolor miteſcet. *Percuſſionibus*, medullam panis exure, & cum aceto forti applica. *Lapſus ex alto*, Sevi vervecini colati, lib. ſs. ceræ unc. ſs. Maſtiches, thuris, ammoniaci, picis Hiſpanicæ, ana. unc. ſs. pulveriſentur, & ad ignem miſceantur, in linteo applicentur.

*Percuſſio baculo aut ab alto lapſus*, Vena aperiatur ſaltem intra octiduum, bibat ſucci nepitæ cum vino poculum, poſtea fabæ octo calidiſſimæ applicentur, tolletur dolor. *Plagarum dolorem lenit*, Succus apij, mel, axungia vetus, farina ſiliginis; fiat emplaſtrum. *Plagis percuſſuris* proſunt applicata folia abſynthij trita, vel apium.

## *Pleura. Suppuratio inter viſcera, Lateris dolor Vlcus internum.*

Ad

AD pleuram ſanandam colliguntur in Maio flores papaveris ſylveſtris ante ſolis ortum, & paulatim umbra ſiccantur, vel ijdem flores diſtillantur, & a-qua propinatur, prædictorum florum pulvis ſumitur drachmæ pondere ex vino vel propria urina, vel florũ furis compos unc. ſs. Raſuræ dentis verris aprugni, andib. Lucij ana. dr. 2. florum papaver. rhæadi dr. am, fiat pulvis doſis a dr. ſs. ad dr. 1. ſumitur ex qua florum camomillæ & papaveris erratici, ana. æqu. ditur aliquid ſaccari, vel ſcrupulus pulverum ſemi- s urticæ cum ſyrupo violaceo ſumitur lambendo pau kim.

*Pro pleura & ulcere interno*, Lappæ maioris tem-pre novilunij radicem effode, & in umbra ſiccatam duc in pulveres, ſume in vino Hiſpanico Segovien-ſi ex hoc pulvere ieiunus cochlear, & ſudet, reſpon-debit eventus. Vel aquam bibat quæ fluit ex ore bi-bentis equi.

Item pomum dulce odoratumflavum expurga a-ſeminibus, & olibano: ideſt, thure imple, ac ſub ci-neribus calidis aſſa, comedat æger, ulcus rumpetur & pus effluet. vel panem recentem, unge theriacâ, ſciſſũ eius unum dimidium applica loco oppoſito, alterum-ipſi loco, intra horam unam, vel alterum pus expuet. Vel apri dentẽ tritũ dr. ſs, cum aqua hordei, aut cicerũ rubrorum bibat. *Pleura* eſt inflammatio membranæ coſtam præcingentis, aliquando illi adiungitur febris, difficultas ſpirandi, & alia mala, pro iſta ergo ℞ radi-cum ſcabioſæ tritæ, lib. quinque. Coralli rubri dr. 2. ſaccari q. ſ. coquatur ſyrupus in ptiſana, qui cùm in-cipiet coqui, adde libram unam ſucci ſcabioſæ, & pul-veris coralli, bibat æger copioſe: ſtatim apoſtema rum-petur, per os effluet. Vel maſſa ficuum ſiccarum cum oleo emplaſtretur.

*Contra pleuram*, Salis petræ, lib. ſs. tartari crudi libram, diſtilla ſepties per alembicum, doſis dr. ſs. mane, meridie, veſpere, media nocte, pellit morbum

 per

per urinam. Stercus maris columbi tritum, bis aut ter bibatur. Vel pulverem fac e ftipitibus caulium collectis in Octobr. vel in Novemb. & in umbra ficcatis, adde mel defpumatum, fac emplaftrum, quod applica ante & retro loco dolenti, intra 12. horas evomet faniem, poftquam hoc factum, iidem loci ungantur oleo lini calido & infpergatur cuminum. Item femen hederæ ficcetur in umbra, cum fuccis plantaginis, & pulvere regalitiæ detur ægro. Vel taxum barbatum, confolidam maiorem contunde, & pone per XII. dies in vino albo, percola, bibe per plures dies, fanabitur, & ampliùs non redibit. Item flores papaveris rubri, lignum querni, & cortices nucum, reduc in pulverem, ac propina. Item rafuræ dentis aprugni quantum bis cultro capi poteft, mifce cum pulvere vifci querni, & propina in cervifia, vel iufculo. Item feftuca vifci qui nafcitur in cerro collectæ Lunâ deficiente, coque in aqua, bibat. Item femina hederæ collecta in Ianuario, ficcentur in umbra, & cum vino albo propinentur. Item rheubarbarum, Rhaponticum, biftorta, maftiche, baccæ lauri, carlina, crocus, anifum, pyrethrum, gentiana, bolus armenus orientalis, terra figillata, tormentilla, ariftolochia longa & rotunda, dyctamnus albus, ana dr. tres mifce, dofis dr. una cum aqua hordei, vel alia. Item folia florum rubra papaveris fylveftris ficcata in umbra, dens apri mafculi, nucleus lapidis aquilaris, vifcus cerri, ana æqu. fiat pulvis, fumatur quantum bis apex cultri capit in iufculo, vel aqua, non in vino. Item fricetur locus cum oleo lini calido, pectus & dorfum.

*Signa pleuræ*, Dolor lateris in eodem loco fine intermiffione, cum tuffi & febri, & pulfu ferrino. Si dolor eft in dextro latere, ftatim fecetur vena hepatica in finiftro, & e contra; fed fi venæ fectio dilata in tertium diem, fiat de latere eodem, abftineat vino bibat hordei decoctum, cui addatur aliquid carui, fac

cari

ari candidi, violarum ficcarum, vel earundem fyru
i. Detur pro decoctione diadragaganthum frigidū
el fyrupus aut iulepus violarum folutus in aqua hor-
dei. Liniatur venter uncia caffiæ fiftulæ in aqua en-
divix. Poft quartum diem veniente fputo dentur quæ
sputum provocent, ut fyrupus de liquiritia, abftineat
aromatis, vino, acidis. Dolor fedatur applicato melle
cum flore lactis coctis & calidis addito furfure. Vel
coquatur malva, violæ, camomilla, in aqua, & po-
nantur in vefica quæ applicetur tepida,

*Pleuram fanat,* Virgam bovis coucifam pone in
olla inter carbones ut in cineres abeat, quod fiet in-
tra diem, ex hoc drachmam bibat in albo vino; vel
aqua hordei, vel cardui benedicti, & hoc fiat per tri-
duum. Item Olei lini unc. tres cum pari parte aquæ
rofarum calidum bibat, & fudet. Item pulveris de
dente apri drachmam cum tribus uncijs olei lini fu-
mat. Item in panem calidum theriacæ fcrupulum
impone, & pane involutum lateri applica. Item
cancros fluviatiles vino lava, & in furno exficca, fac
pulverem, ex eo admixtis æqualiter lauri baccis dimi-
dium cochlear fumat in vino bis in hebdomada. I
tem dimidium aquæ rutæ, tantundem malvatici vel
albi vini ieiunus bibat. Item olei unc. XIX. bulli-
ant cum unc. octo aquæ communis, fed meliùs cum
cardui benedicti ad aquæ confumptionē, bibatur ole-
um calidum. Vel caftaneam excava, imple thure ma-
fculo, coque fub cinere, da edendam.

Item rafura dentis apri, pelliculæ mediæ nucū, thus
mafculum, ana. æqu. detur in iufculo. Item cortices
ovorum ex quibus pulli prodierunt, zingiber, radices
capparum oriēt. rubiam tinctorum, a corticibus abij-
ciatur pellicula interior, & ipfi laventur in vino albo,
tum ficcentur; & hoc fiat ter vel quater, pulverifen-
tur omnia feparatim, tum fingulorum partes æquales
in pondere mifceantur in fcutella ficca, dofis quanti-
tate nucis in dimidio poculo vini calidiffimi, tum ia-

ceat

geat in lecto, postea deambulet per tres horas ante prandium, & si redierit dolor, repetatur dosis. Valet & contra colicam. Item pulvis dentis aprugni cum aqua graminis, sanat certò. Item panem modò ex furno extractum scinde per medium unge theriacâ & applica loco dolenti, alteram partem loco opposito etiã cum theriaca, sanat. Interim pro tutiori, malum apium thure impletum coquatur, & calidissimum æger comedat, eodem tempore, sit in loco calido, vel bene tectus. Item pentaphyllon contunde, & cum vino æger ieiunus bibat sæpiùs. Item farinam volaticã & millium coque in oleo, unge locum, vel siliginem in sacculo calefac optime, applica. Vel oleum lini antiquissimum in potu sumptum. *Lateris dolori orto ex flatibus* cineres mixti vino applicentur

*Pleuræ* Cucurbitæ non nimis maturæ longæ quas vocant tubas, ab extima pellicula cultro deradantur ut non sint virides, scindantur crassitie cultri, abjectâ pulpâ, tum olei tantundem in pondere addatur coquantur simul donec in carbonem abeant cucurbitæ & bijciantur, sed cocto fiat supra carbonem, tum immissũ filũ in oleum istud indeq́, extractum accendatur, si absq́, strepitu ardeat, tum satis coctum est oleum deinde ferrum, non halybs, incensum quod nũquam in usu fuit dicto oleo inijciatur. & hoc fiet vicibus 18. sed opus forti ollâ ne rumpatur, si accensum fuerit oleum operculo suffocatur. Cum uti voles oleum calefac quantum sustinere poterit manus & in calido linteo applica lateri dolenti, intra aliquot horas sanat.

*In pleura,* Prodest latus fricare linteo calido crudo. Vel laterem candidum extingue in aqua, & bibe. Vel aceris radicem contunde, & cum vino bibe. Vel ecur lupi cum costo, & herba folio ac pipere sume in vino lymphato Item rasuræ priapi cervi, dentis apri, ana. scrup. ß. datur in iusculo, vel aqua papaveris erratici. Item efficax, semina agrestis papaveris

in

umbra exſiccati cum folijs habeantur, ſanguis e brà
nio iuxta alibi dicta detrahatur, tum de oċtum foli-
rum in iuſculo pulli cum drachma vel ſs. ſeminis i-
ſorum papaverum, & capillamentorum quæ poſt co-
turam addantur, capiatur tepidum, & ieiuno ſto-
nacho, locus verò dolens hoc modo foveatur. ℞ pul-
erum roſmarini, ſali , farinæ triticeæ & aquæ q. ſ.
ac placentulas, applica ſanabunt brevi. Item ſyru-
i de tybiſco, ſucco papav is rubei ana. dr. ſex, de-
oċti vel aquæ, ſcabioſæ, capillorum veneris, cardui
enedicti, garyophillatæ, florum papaveris rubeorum.
hiſce primò ſyrupos, & cape cochlear in aurora &
oris quinque ante prandium. Item nucis moſcatæ
roci orient. ana. æqu. contere, adde vitellum ovi,
oculum vini albi, bibe calidum, eſt efficax, Item
etrahatur ſanguis; tum in aqua calida detur pulvis ex
elliculis quæ ſunt intra corticem & nucleum nucis
uantitate nucis. *Lateris dolori* florum ſambuci unc.
res pulverum eufragiæ duas, radicum ſaxifragiæ tres
eminis melonum duas, ſem. cucurbitæ duas, ſem.
itronum tres. ſem apij, ſem. petroſelini ſem. ur-
cæ ana. unciam, fiat pulvis tenuis, ponatur in ſac-
ulo, doſis cochlear cum pari parte ſaccari omni ſe-
timana cum vino albo calido ieiunus ſumat, & pedes
nt ſemper ſicci. Item ſtipites caulium exurantur, ci-
is incorporatur cum melle, & coquatur parum, ex-
enditur ſupra duo emplaſtra quæ deinde aſperguntur
ulvere garyophillorum, & in calore unum poſt aliud
pponitur quadrante elapſo horæ

*Contra pleuram*, Malum apium excavet, imponat
ulverem dentis apri & parum allij, olei lini, thuris
oquat in cineribus, conterat & propinet in aqua co-
ta, ſanat citò. Item aquam cardui benedicti diſtil
atam cum albumine ovi agitatam bibat aliquoties, ex
uet ſaniem. Item duos manipulos rutæ coque in o-
eo & da in clyſtere. Item papaveris rubri collecti
nte ortum ſolis, & in umbra ſiccati coquantur in o

ia

la nova in aqua, bene prius locus fricetur, tum poc lum ex dicto sumatur decocto. Item, efficax, malv urticam, caules nigras, furfur, parietaria, ana æqu coquantur, fiat emplastrum, postea additur crocus, aspergitur stercore infantis masculi lactentis, & q nihil aliud comedit, expuetur malum. Item caul nigras, albedinem potrorum coctorum contere addi butyro & oleo dulcium amygdalarum, applica calidi simum, mutando ut semper calens maneat, alleviat dolorem & resolvit.

*Pleura*, Conducit adeps suillus vino lotus. Item myrrha quantitate fabæ devorata. Item resinæ omn Item urticæ semen cum melle. Item cremor am gdalarum. Item cochleæ testa exusta ptisanæ infusa Item poma dulcia sub cinere cocta, addito multo l quiritiæ succo & saccaro, mane & vespere sumpta. tem oleum lini recens bibitum. Item terebinthina Item ptisana cum semine melopeponis, cucurbitæ, c cumeris, & papaveris cremore. Item brassicæ vire tis cauliculi cum radice cremati, adipeq; porci vet sto excepti. Item simus suis sylvestris potus in aqu vel vino. Item radicem taxi barbati tritam minute infunde in albo vino, dosis unc. tres sumet, & in p sterum præservat. Item sex baccas lauri assa nō pl ne, contere, & in vino sume, ac id aliquoties repete Item adipem porci salsum antiquum in vino lava & cum cinere aut calce applica.

Pleuritico lateri emplastrum altheæ, ex farina sem nis lini, & fænigræci adiecto butyro.

*Pleura & Visscerum suppurationi*, Pulverum de se mine urticarum dr. unam, syrupi violati q. s. lam bat. Pro pleura sume pomum flavum odoratum d ctum Melapium, excavatum imple olibano & claud tum sub cineribus calidis coque perfecte absq; comb stione, edat æger, statim aperietur apostema, & pus ex puetur, addatur aliquid saccari. Item ptisanæ hordea ceæ unc. quinque pulveris dentis apri dr. unam. Ite

pulveris

lveris radicum lappæ dr. unam cum iusculo, vel ã. a scabiosæ. Item pulveris papaveris erratici dr. um cum iusculo, aut aqua scabiosæ. Vel terebinthi- libram, stilla leniter in aquæ unc. tres, de sulfure ɔlimato ad lentum ignem accipe florem de quo su- : unc. ß. & unc. tres de supradicta aqua solve len- igni, & fiet rubicundissimum, dosis guttæ decem- t plures quotidie donec sanetur æger.

Vel papaveris agrestis folia & semina in umbra- centur, cum voles uti, ægro detrahatur sanguis e- achio, tum decoctum foliorum dicti papaveris in ius- lo pulli, cum drachma seminis papaveris colentur ntur tepidè ieiuno stomacho. Pro latere verò paren placentæ ex rosmarino, farina, sale, supra calent- erculum concrescant, & lateri applicentur. Item raminis rubei avellanarum, coralliorum rubrorum a. drachma cum aqua cardui benedicti, aut papa- ris rheadis. Item medium corticem sambuci modi- m bibe cum vino. Vel stercus gallinæ albæ pulve a, misce cum pauca nuce moscata, & in vino albo ne. Item grana iuniperi trita cibis misce. Item cum salviæ & ceparum bibat.

Pleuram & quodvis apostema rumpit. Acetosæ sub eribus coctæ manip. duos, farinæ fabarum unc. ʒ ıs pingues 4. folia rutæ dr. duas, mercurij præcipi- i per ablutionem dulcificati dr. duas, fiat emplastrũ

## Plica Polonica.

DEpositio quæcunq; plicæ post annos morbos ad- ducit. Plicam foras citissime protrudit oleum ca- ni aromatici, sumuntur ex cremato quinque vel sex tæ. Ante morbum tædia mane & nauseæ durant- horam etsi satis dormiveris, appetitus procidit, & n plica parat exitum in capillos, spina dorsi affli- ur. Plica citiùs in capillos prodit, si in pileo gestẽ- r osæ & caput decocto ursibrancæ lavetur. Vel li-

xivium

sivium fiat pro abluendo capite ex caudicibus brassi-
cæ quæ ex hortis abijciuntur. Plicam deponendi mo-
dus cæteris ſecurior: attendatur ut priùs omnis dolor
capitis ceſſauerit, alioqui nondum totum in capillos a-
bijt venenum, deinde an plica receſſerit a capite in
capillos, ſi hoc eſt, diducatur ſenſim ſtylo a vertice
illius incipiendo, & vivi capilli inhærentes illi extra-
hantur, quo facto postquam plica detracta eſt, capilli
frequenter pectendi. Tamen hæ plicæ depoſitionis pa-
ſim in graviſſima exierunt ſymptimata.

Plicam tollit vel expellit initio morbi per triduum
eſus carnis erinacei, itemq; lotio capitis ex aqua in
qua intra 24. horas lotus eſt ſæpiùs adeps erinacei
balneum etiam adhibetur ex lixivio cineris ramorum
agni caſti, arundinis, & nymphææ, comparebunt in
balneo pili. Item cum iam oſſa invadit morbus, la-
ventur pedes in cereviſia quæ nondum e braxatorio
exportata in qua decocta eſt radix brioniæ, potiſſimum
illius quæ nigras producit baccas, erumpet plica.

Qui deponunt plicam hæc obſervant, poſt depoſi-
tionem illius, per triduum & amplius caput fortiſſima
aquavitæ abluunt: exhibēt etiam elixir *Paracelſi* in po-
tu conveniente, contra læſionem oculorum a plica
dant quotidie pilulas aphtalmicas, & ne in plica non-
dum depoſita germinent pediculj, abluunt illam mix-
tura cremati cum lacte recenti, Elixir Paracelſi eſt
fermentata infuſio in vino generoſo, alòés myrrhæ
croci, in phiala clauſa in loco tepido, ſumitur in quo-
cunq; potu.

*Contra plicam* Eſt herba plicaria, ſeu muſcus ter-
reſtris qui inſtar funis folijs inducti, per terram ſerpit
procul, ramos etiam ſimiles habet, hic evocat plicam
(hoc modo præparatus) menſe Iulio gignit ſpicas
ſulfurei coloris. Accipitur planta hæc, ſcinditur per-
gendo ſurſum verſùs cultro, tum imponitur decocto
urſibrancæ bene caleſacto, & ſemel aut iterum bis e-
bullit, tum additur aliquid fermenti & reponitur ad

locum

...cum calidum ut fermentetur, hoc deinde bibitur; & ...ossunt addi ova, ungantur etiam partes dolentes, & ...put bis in septimana abluitur, erumpunt plicæ. Po... ...ntius erit si in hoc decocto rursus novus muscus ...ecoquatur. Fermentum accipitur a Pistore quod ad... ...bet ad panem siligineum. Vel muscum ut prius dis... ...ctum siccatum, folia ursibrancæ siccatæ ana. ...qu... ...quant in aqua donec bene flavescat, tum percoletur ... aliquid prædicti fermenti addatur, vel fit fermētatū ...pane biscocto, pulvere ursibrancæ, fermentato ordi... ...ario, & reliqua fiunt ut prius. Valent & hedera, Bry... ...nia. Salvia, parilli, Spicilli convalvuli contra hunc ...orbum. Mercurius etiam per salinationem expellit ...orbum. Item ℞ dicti musci Rad. Bryoniæ ana... ...qu. Adipis Erinacei q. s. claude in vitro optimè co... ...ue per horam in B M. Dabit adipem Erinaceus si ...olla perforata igni assetur.

## *Podagra Chiragra, Gangræna, Noli me tangere, Artritis, Sciatica, Ischias.*

POdagram lenit admota aqua distillata ex collecto ... semine ranarum in Maio. Alij erucas cum aceto ...mplastrant, ut consurgant vesicæ, quas deinde aperi... ...nt. Prodest etiem balneum pedum e lixivio cine... ...um fraxini. Etiam hoc laudatur. ℞ farinæ hordei, ...buminis ovorum, olei nymphεæ, liliorum alborum ...pij spagiricè præparati q. s. extendatur in linteo. Podagram intra 24. asserunt relevari hoc modo. ℞ ...anis similaginei medullam unc. circiter tres, & co... ...ue in lacte donec in massam spissetur, adde in fine ...r. unam ss. pulveris rosarum rubrarum, croci gr. 10 ...lei rosat. unc. unam, fac emplastrum, quod per tres ...oras in ægro pede maneat, tum pedem in baln... o po... ...e, deinde ℞ foliorum salviæ semi manipulum, Ra... ...icis concisæ cicutarum dr. sex. Rad. brioniæ unc. ss.

foliorum rubrarum rosarum duos pugillos, coquatū in aqua, in qua extinctus est chalybs, coquatur ver- dum quarta pars consumatur, deinde percoletur, & colaturæ semi pugillus salis nigri inijciatur, in hoc li- quore lana, vel pannus coccineus madeat, & calen applicetur septies pedi, singulisq; vicibus remaneat pe horæ quadrantem, tum emplastri diacalciteos q. s. di solve in oleo rosarum ut adhæraet, atq; loco applic Pro secreto habetur succus urticarum ardentissimarum illitus tumescent enim pedes, sed dolor intra dimidi am horam cessabit, ac post eum recedet tumor.

Podagram ex calidis ortam causis curat omnin arcanum corallinum Paracelsi bene paratum. Prodes & decocto urticarum pedes abluere: aut lixivio quern

*Arthriticis tophis* Fac emplastrum ex caseo put verminante cum iusculo pernæ suillæ.

*Pro Podagra* & similibus vulpem mundatam coqu in vino, percola, adde resinam, thus, mastichen, & rursum coque; & iterum supra frigidam percola, ha bebis unguentum. Alij hoc habent pro experto. Farinæ hordei, albuminis ovorum, olei nymphææ l liorum alborum, opij spagiricè præparati q. s. exten dantur in linteo, & frigida parti dolenti applicentu

*Pro sciatica* Fascem straminis avenacei combure & cinerem cum optimo cremato applica loco afflicto *Podagram* sanat immergere tritico pedes ultra genu

Carnes crudæ bubulæ in vino humectatæ applica venenum in se pertrahunt podagricum iuvant calcei e pelle lupi aut vulpis, aut canis, subitò dicitur morbu mitescare. sume baccas lauri, baccas iuniperi, cuminu semen lini, ana. æqu. terantur subtiliter, & bullian modice in lacte caprino, fiat emplastrum supra pann duplicem. Prodest applicare carnem lupi coctam a resolutionem. Prodest vespertilionem coctum cum l ni semine, ovis, oleo, cera. Prodest sanguine hirun dinis ungere, Piscem quemcunq, applicare, aut car cinerem. Podagricos præservat, saltem semel in ann

comesta

esta ciconia. Iuuat fel canis illitum. Iuvat unge
pedes oleo lumbricorum. Vel accipe croci cochle
salis bene tusi, olei, ana cochlear misce, fiat un-
, sed hoc non semper succedit. Vel lumbricos ter
res, vermes ex caseo, iusculum pedum porci ad dis.
tionem coctorum misce, fiat emplastrum, in diebus
o iuvat.

Pilulæ contra podagram. Aloës myrrhæ electæ, a-
dr. unam. Rheubarbari, Agarici ana dr. quinq,
ce cum syrupo rosaceo laxativo, fiat massa, ex dra
ma formentur pilulæ quinque, capiat duabus vel 4.
ris ante cibum per dies quindecem. Podagricis sva-
Paracelsus, ut quam frequentissimè utantur purga-
nibus, nam stomachus fusus melius digerit cibos, ne
illis miscet impuritates. Vel terebinthinæ venetæ
ram, pulueris Ivæ arteticæ unc. quatuor misceantur
ne, pars quarta unciæ sumitur mane. Vel caniculũ
rum quindecim occisum, emisso sanguine de pila ut
et porcellus, in aqua fervente, aperto latere intesti-
abiice, & ipsum lava optime, & impone myrrhæ
ciam, thuris unciam ss. florum rosmarini tantundem
nnia trita & mixta, consue latus, pone in veru, col-
e liquorem ex eo manantem, serva in vitro, unge
mpore doloris pedem, & ita si per triennium semel
novis anno ungatur, non ampliùs redit dolor. Hoc
unt subitò liberare. Hermodactylorum alborum a-
rtice exteriori purgatorum, diagridii, ana. dr. duæ
sti, cimini, zingiberis, garyophillorum ana. dr. una,
ita omnia & cribrata, conficiunt cum vino albo &
elle coctis, donec syrupi formam habeant dosis inci
ita dr. duabus.

*Vinum pro podagricis & sciaticam patientibus* Valde
onum. Vini albi tunnulam accipe, pone in eo de sal
a pariglia unc. octo, ligni sancti libram, senæ unc. 3:
polypodij unc. tres citraciorum unc. tres, linguæ cer-
inæ unc. 4. tamarici unc. 4. zingiberis duas, dacty-
orum duas, cinnamomi dr. duas, capillorum vene-

ris unc, 4 trita sint minutatim aut concisa, infun dantur in dicto vino per triduum, bibatur largè, u una mensura per diem sumatur, hoc fiat bis vel ter anno. Iuvat succus ebuli bibitus, in clystere positus, illitus, Gallarum pulvis cum melle prohibet podag confirmationem Præservat a podagra & sciathica ſ prius bolus terebinthinæ in vino lotæ quantitate vellanæ

*Sciatica & dolores frigidi*, Terebinthinæ unc du ſs. picis navalis unc. tres sulfuris cribrati unam, sol tur pix, tum illi terebinthina imponatur ad lentum ignem, tum sulfur lente, coque fortius miscendo ſp tulâ, ferreâ cùm ebullire incipit, amove ab igne, fac emplastrum in corio, & quam calidissimum app ca, quod calefaciendum iterum mane & serò, abste gendo a corpore humiditatem quæ exhibet linteo cal do, quo etiam deterges emplastrum, & hoc ipsum ru sus applica. Item centauream & aquam coque in aqu ad dimidias, adde coctum mustum, fac clysterem pr quinque diebus. Item sulfuris vivi dr sex, colophoni puræ dr. duas, picis navalis unc. ſs. olibani, opoponа cis, galbani, sagapeni, bdellij, ana. dr. unam, terebi thinæ claræ unc. unam, misce, fiat cerotum. Item pi cis navalis lib. tres, sulfuris unam, contere. & supra pellem capri extende, applica maneat per 15 dies. Ve ammoniaci unc. duas, galbani unam, sulfuris scr. duo seminis urticarum scrup. duos, misce. Item folia integra aloës tere, & succum exprime. & calefac tum alterum folium aloës aperi & pone supra calefa ctam bene patellam, prodibit succus quo locum unge & prius folium tusum superpone & alliga, & sustine, curaberis intra 24 horas, & si tumor supervenerit e vanescet in quatuor diebus. *Sciaticæ* dum non sit an tiqua, succi absynthij unc. tres, succi rutæ unciam u nam ſs. parietariæ unc. 4. ſs. cum duabus libris mel lis despumati misce, unâ die detur clyster ter & nihil amplius die alterâ.

Podagram

*Podagram & Chiragram lenit* Succus ebuli bibitus
n clystere positus, & applicatus. Vel talpam sicca
furno & contere, misce cum pari sulfuris parte, &
ne per dies octo in succo chelidoniæ, distilla per
mbicum, unge, hæc aqua reddit animal album, va-
contra *gangrenam & noli me tangere.*
*Podagram levabis,* Folia & radices cucumeris asini.
coquantur in oleo veteri usq; ad dissolutionem, ad-
ceræ q. s. fiat unguentum. *Sciatica & pleura,* Fi-
; siccas XII. turbith, coloquintidas, sal gemmæ, cu
num; stercus glirium, ana drachmam, tere, suppo
eundo cubitum. exibit materia morbi. Item men
trum pilosum, hoc est, subalbidum teratur, & ap-
cetur ad 24. horas, tum adhibeantur medicinæ si-
t pro vesicatorio, donec̄ sanetur, vesicæ curentur un.
ento rosato certò, sanabitur. Item radices chelido-
æ bibitæ ex aqua. *Sciaticam* curant flores, herba &
men perforatæ, pulverisentur, quotidie in cibo & po
cochlear sumatur per dies XX. *Cùm digiti in chi-
gra crassescant* Lumbricos, & vermes ex caseo cum
sculo pedum porcinorum, fac emplastrum, intra di-
decem sanabis. *Pro sciatica,* Oleum rosatum cerā
ovam, adipem iuvenis capri, fiat unguentum, post
es aut quatuor unctiones sanabitur, sed post singulas
pponatur pellis vulpina, aut agnina. *Podagricus* flo-
es persicorum edat copiose in acetarijs, purgant supra
c infra. Vel ex illis fac conservam.

*Sciatica* Resinæ pini unc. unam ss. terebinthinæ
nc. tres, picis navalis unc. duas, picis græcæ unc. 3.
albani unc. duas, ceræ albæ unam, solve totum ad
gnem, tum adde aloës hepaticæ unc. unam ss. thu-
is unam, myrrhæ unam, mastiches pulverisatæ unam
oquatur lento igne per horæ quadrantem, tum in co-
io materiam dictam extende, tum croci triti unciam
nam, myrtilorum pulverisatorum unam misce, &
nsperge dicto emplastro quod statim applica loco affe-
cto relinquendo usq; dum per se deciderit, est efficax.

Vel terebinthinæ puræ unciam infunde æſtate in a-
quam roſarum hyeme in vinum, ſumat mane & ſa-
nabitur.

*Podagram dicitur non paſſurus* qui ſumit quotidi
pilulam ex aloë lota. *Ut non omni anno redeat* I
Maio ſtipites cicutæ abſciſſos imple ſale, & claude n
intret pluvia, ita ſtent ſupra ſuas radices per horas 4
vertetur ſal in liquorem quem in vitrum collige &
li per dies 40 expone in hoc linteolum madefactum
pedi applica. Item libram terebinthinæ lotæ, ivæ a
reticæ pulveriſatæ & cribratæ unc. 4. fiant pilulæ, ſi
gulis diebus una ſumatur.

*Iſchias*, Eſt dolor in ea parte qua os ſacrum fem
ri iungitur, medullâ equinâ unge locum ad ignem, b
vi ceſſabit dolor.

*Podagræ* Stercus bubulum in Maio diſtilla, & a-
quam inde collectam in linteolo applica. *Chiragric*
offiſculum leporis quod eſt in dextro pede poſterior
pulſui manuum applicet. *Pro ſciatica* Imple uitru
ſucco radicum uiolæ, adde unciam theriacæ, & unu
poculum olei veteris, pone totum in vaſe obducto ſt
no claude maſſa panis, & pone in furno quanto temp
re pinſitur panis, exmeptum permitte refrigerari,
ſi aquam innatare videris, eam abijce, reliquum erit
unguentum, quod valebit & contra podagram ex qu
cunq; cauſa. Item *pro podagra* Aquæ vitæ quater d
ſtillatæ partes tres, florum roſmarini duas, ſint in in-
fuſione per dies decem, poſtea diſtillentur & ſerven-
tur, ſemel in ſeptimana unge locum affectum. *Sci-
tica* Sex acinos granorum colocyntidis, adde parum
farinæ, fac ſuppoſitorium eundo cubitum. Item tab
ci ſucco vitrum imple, & ſub fimo per dies novem r
pone, unge poſtea ægrum. *Præſervat a podagra* Sal
ſæ parigliæ unc. tres, ſenæ unc. tres, herniolæ, dacty
lorum unc. una ſs. concide minutatim, infunde in
quinque menſuras vini per 24 horas, doſis, poculum
mane & ſerò.

Vel

Vel recipe panis triticei semi libram & contere, a[d]de lactis libram, aquæ fragorum semi libram, co[q]uantur ad condensationem, tum addatur cochlear [b]utyri tritum ovorum albumen, misce telæ impone [c]alefiat, applicetur, mitigat dolores. *Si podagra ex [ca]usa frigida.* Catum rufum capite absciffo concide [in] partes, impone in anserem deplumatum pinguem, [as]sa, pinguedine diffluente unge pedes. *Podagræ & [Chi]ragræ cito lenit dolores.* Manipulum artemisiæ in dul[ci] coque oleo ut tertia pars consumatur, locum unge. [I]uvat, ungere sanguine leporis, adhuc calente. [O]ptimi sunt limaces trium generum collecti in Maio [fa]cto ex illis in frixorio unguento. Prodest semper ha[b]ere ventrem laxum. Podagræ ardenti, illinitur suc[c]us radicum salicis cum oleo coquendo nominamus [si]mpliciter oleum, semper olivarum intelligimus sicut [q]uando nucem, semper iuglandem, quando frumen[t]um semper triticum.) Optimum est de terra formi[c]arum limpidæ dr. 4. farinæ hordeaceæ dr. unam [r]osarum, farinæ fabarum, ana. dr. ss. terantur, adde [p]rædictis, malvam, mandragoram in tribus libris aquæ [a]d medias coctam, & colatam, admisce albam ceram [&] vitellos ovorum, fiet emplastrum. De radice altheæ [c]um adipe vetere porci illita, affirmant, quod sanet [i]ntra triduum, sed eodem die sanitatem promittit [P]etr. Hisp. si tapsum barbatum folia minuta haben[t]em in vino coctum apposueris: tertiâ sanandum. Ci[n]eres caulium cum recenti adipe porci inunge. Bo[n]us est sanguis leporis calidus inunctus. Item cine[r]es vitium antiquarum & cortices alliorum bulliant in aqua, addatur vinum decoctionis rutæ, & pedes fo[m]ententur. *Novissimum* est, cauterium sub genu.

*Ad artritidem,* Caro vulpis coquatur in vino ad se[p]arationem ab ossibus, & cum vino forti teritur ut fi[at] unguentum, additur illi cera rubra, pulvis castorei, [b]delij, mastiches, baccæ lauri, modicum euphorbij, vel [c]epa, sal, alumen, euphorbium, oleum lauri, miscen-

tur, apponuntur. *Sciathica* Coxa arietis non castrati calida apponitur, vel piperis dr. duæ, hederæ & rutæ, ana. dr. sex, chamedrii dr. sex, misce cum vino, dicitur statim sanare. Vel stercus leporis cum vino calido appone. Pinguedo piscium multum iuvat.

*Podagrâ* Non laborant eunuchi, nec pueri ante semen protusum, nec mulier ante menses deficientes. *Sciathica sanatur etsi latus ac pes aruerit,* Infunde in lib. aquæ 18. salsa pariglia electam concisam, manip. ſs. cardui sancti manip. ſs. tantundem foliorum tabaci, maneant infusa per dies novem, tum sume librã mercurij in vase vitreo, & supradictæ infusionem adde atq; tere, semper addendo de eâdem infusione, quod fiat quinquies, aut sexies, tum infunde in alembicum bene cum recipiente colligatum, ac dstilla prodibunt libræ 12 aquæ, ex illis dantur ægro sex unciæ mane & serò, sudabit in parte læsa, & sensim sanabitur.

*A podagræ doloribus liberabitur,* Semen papaveris albi, iusquiami ana libram fænum græcum, & Italgira in sole ana. unc. tres fiat oleum per expressionẽ ut fit de oleo lini, tum sume papaver & fac pulverem cum cumino, totum reduc in massam, fiant pilulæ, & siccen ur supra cineres calidos in vitro. Cum voles uti pone supra carbones, sed ne dormias unge nares & pulsus oleo cum aceto forti, aut pulvere capillorum ustorum hominis, & si obdormieris acetum forte in os tibi fundatur supra fumum teneat pedes.

*Podagræ,* Camphoræ unc. duas ſs. spiritûs vini lib. duas, distillentur in BM, & illinatur pars affecta. Item camphoræ unc. duas ſs. spiritûs vini lib. duas distillentur in BM. illinantur, dolor cessabit. Item Picem de castro appone, sudabit locus, sed abstergatur sæpius, *Chiragræ,* Lavendulæ, Salviæ manip. ſs. granorum iuniperi unc. tres coque in vino, & manus lava. Vel fænum græcum contunde. coque cum aceto & melle, applica valet & contra cancrum. *Artuum dolori,* Medullam panis triticei, in succo solani nigri

gi coque & applica. Vel Asarum in sero lactis ca-
pini madefactum appone, & ipsum serum propina.
*dagræ* Decoctum absynthij mane & serò bibat. Itē
lveres chelidoniæ ex aqua sumat. Item coctos fur-
res triticeos applicet Item farinæ triticeæ unc XV
ei rosarum, olei camomillæ, ana unc. sex amyli, ce
, ana, unc. sex, solvatur cera cum prædictis oleis,
lveres infundantur, fiat emplastrum.

*Si podagra ex causa calida*, Medullam panis tritice
m succo solatri coque, fiat emplastrum. Item amy-
m cum cerebro suis applica: Item radices pimpi-
ellæ cum castoreo bibat. Vel verbenacæ manip. 4ᵃ
utyri maialis libram, tere simul & in cellario per di
s 4. repone, tum coque, per pannum exprime, fac
nguentum. Item bellidem, malvam, ana, æqu. ad-
e artemisiam, vel manum Christi, contere applica,
*tem quando prædominetur bilis*, Tartari crystallini unc
. senæ dr. ss. hermodactylorum, turbith, electi, a-
a. dr. tres, Rheubarbari dr. quinque, scammoniæ
pagyricè præparatæ dr. unam, macis, cinamomi, a-
a, drachmam, saccari violati tabulati, vel candidi ū-
iam, misce, fiat pulvis, dosis drachma cum iusculo
alli sine sale & pinguedine, vel in vino optimo horis
, vel quinque ante prandium.

*Podagræ frigidæ*, Ebuli succum, panem porcinum,
oleum mamordicæ, vel perforatæ, simul contere, cū
piperis modico, & soli per multos dies expone mi-
scendo, unge. *Dolores lenit*, Ceræ novæ, laterum no-
vorum, ana. libram, lateres candescant & in ceram
stam solutam injiciantur, tum adde terebinthinæ lib.
ss. contere prædictos lateres optime: pone in retorta,
adde lumbricorum terrestrium bene lotorum libram,
ranas decem uivas, distilla totum, calido liquore locū
affectum unge. Item olei lib. 4. lumbricorum terre-
strium unam, pone in BM. cola, & exprime, ad librā
olei quod prodibit adde lib ss. florum ebuli expone
soli diu, unge. Item terebinthinæ libram, Ivæ arteti-

cæ pro æſtate unc. tres pro hyeme 4. tere & miſce bolum ſume mane. *Arthritis* Acetum mulſum Agaricum cum aceto mulſo coctum Amoniaci drachma pota, Amurca recens fotu. Apiaſtri folia illita Bitumen calefactum & cum farina hordeacea nitro & cera illitum, Braſſicæ ſuccus cum fæno græco in farinā trito & aceto illitus, Elleborus niger, Hordeacei farinæ cremor ſubactus pice. Ius e vetere gallinaceo potum, Mei radices cum melle trisæ, Narciſſi radix trita cum melle. *Pulegij* herbæ ſiccæ farina, inſpergitur a balneo, & faſciâ ſtrictâ alligatur. Pulicaria herba illita, Quinquefolia radicum decoctum, Ruta pota & cum melle illita, Uva paſſa ſine acinis trita, & cum ruta impoſita. Aquæ ſulfuroſæ. Maſtiche cum cumino, ſalvia, baccis lauri, ſabina, & melle applicita, Oleum ex ovorum vitellis. Primula veris, Saluia in potu & fomentis. *Chiragra*. Aquæ ſulfuroſæ balneum. Fæni græci ſeminis farina cum hydromelite decocta cui addetur axungia. Terebinthina cum pulvere ſalviæ frequenter ſumpta.

*Podagræ*. Acetum cum ſulfure potum, Adeps hirci vel ovillus cum ſimo capræ & croco, Amurca fotu Ari radix cum fimo bubulo illita, Bitumen calidum cūm farina hordeacea nitro, & cera, illitum Cochleæ impoſitæ totæ, Cucurbitæ, Ciclamini radix cocta, fotu Dyctamum, *Pulegium*, Ebulus, Sambucus, Fimus caprarum cum axungia impoſitus, Heliotropij maioris folia illita. Hordeacea farina cum aceto. Lac mulieris cum mecon o & cerato impoſitum. Lapis gagates Muſtelæ in fictili crematæ cinis illitus. Parietariæ ſuccus cum adipe hircino illitus. Rapi decoctum potu Rubigo ferri illita. Sal cum aceto, *Salicis* foliorum decoctum fotu. Sambuci folia cum ſevo tauri, aut hircino illita. Sulfur cum nitro ex aqua fotu. Terra fornacum, Vitriola cum adipe hircino, Uvæ paſſæ cum panacis ſucco, Ari folia cum calenti fimo bubulæ Canabum radix illita. Ligni iuniperi conciſi lib. XI

coquantur

coquantur donec pars tertia superſit, in hoc decocto æger ſedeat umbilico tenus prius tamẽ purgatus. Plã taginis folia recẽtia apposita. Sãbuci tenerrima folia cum radicibus plantaginis & ſuilla axungia, tritis & apposita. Ulmi cortex contuſus & muriâ ſubactus apponatur. *Lumbrici* in oleo roſaceo macerati, poſtea incocti & illiti. *Articulorum durities*. Canabis radix decocta & illita, oleum e lilij floribus. Taxi pinguedo; Radicis ulmi corticum decoctum,

*Pro podagra* Albumen ovi, mellis, cremati. ana; duo cochlearia, grana interiora iuniperi 50 contuſa & mixta applicantur plantis pedum. Linteolum intinctum forti cremato mitigat dolores. Dum incipit podagra apponatur caſſia, & pedes foveantur panno calido. Item apponatur de carnibus ſalſis elixatura. Item emplaſtrum ex farina triticea, fecibus ceruiſiæ, Aceto, ſemine canabum tuſo.

*Præſervat a podagra*, Radicum hederæ raſura poſita in vino nigro per triduum vaſe clauſo, quod vinum bibat per triduum. Vel ranas XX coquat in optimo oleo, ac fortiter exprimat; innatabit pinguedo quâ pes ungatur. Vel radicem brioniæ excava, tum claude, ac per 24 horas ſub terra ſepeli, invenies in illo aquã pro ungendo pede. *Podagrico pedi* Applicantur lumbrici vivi donec moriantur. Item flos roſmarini cum lacte capræ albæ applicetur. Item lacti calido pedes immergantur. Item pice cui non admixta pinguedo ungatur. Item flores & folia ſambuci viridis ana lib. quinque craſſè concidantur, addatur aquæ vitæ q. ſ. ſtent in BM per duos vel tres dies, diſtillentur. aquâ perſomentetur. Item unguentum, radicem grandem brioniæ excava, & impletam oleo claude, atq; ſub terræ profunditate ulna defode erectam per ſex menſes, dabitur oleum quo ſi unxeris, dolor ſtatim ceſſabit.

*Præſervat a podagra*, Senæ orient. Cremoris ta[illegible] ana. unc quinque, aniſi ſcrupulum, hermodacty[illegible]

dr. duas, salsa pariglia drachmam, fiat pulvis subtilis, dosis dr. duæ, cum iusculo semel in mense tempore sanitatis. *Sciathicæ*, Ceræ novæ unc. quinque, terebinthnæ unciam, thuris unc. quinque, galbani, myrrhæ, mastiches, ammoniaci, ana. drachmam, picis nigræ unc. tres, solvatur cera in olla vitreata, deinde addatur alia, fiat emplastrum: sed prius locus bene pãno lineo fricetur, tum aquâ vitæ, postea ventosæ applicandæ, tum fiant incisuræ, denique supra dictum emplastrum. *Podagræ* cum prima titillatio incipit, pes involvatur folijs lappæ. Item sambuci corticem interiorem rade a te rasionem avertendo ne halitu impetaris, rasuræ paucæ adde croci filomenta, his pedem involve, intra dimidium quadrantem sudabit, & dolor quiescit.

*Arthriti* Ossa humana maiora concide frustatim, & in igne pone utcandescant, tum extingue in oleo vetustissimo, & contunde, exprime in torculari, profluet oleum, quo utere. Vel terebinthinam in mortario solve cum ovi luteo adiectâ unciâ aquæ stillatitiæ apij, sumat cum saccaro, præservabitur, & in pilulas potest redigi. Vel terebintinam in fictili ustam in pulverem sumat mane in iure avium quantit. scrup, *Podagram ex frigida causa* Lac capræ distillatum mitigat: *Ex calida*, filix, Item *cuicunq; podagræ* Olla fictilis nova in pul erem redacta applicetur.

*Podagram* Vix aliqua medicina certò sanat, leniet tamen, si folia porri in oleo bullita quam calidissime applices. Item semina sambuci, urticæ extremitates extremitates mentastri, frixa comede. Item folia sambuci cum vino bullita calida applicentur. Item folia porri, medulla ex pane siligineo, bulliant in vino albo & apponantur. Iuvat emplastrum ex pane albo cum lacte. Item rutham, camomillam, betonicam, rosas violam, absynthium, coque in oleo, & applica, sed prius locus urticis cædendus. Item emplastrum ex semper vivo minore, parietaria, frixis in oleo lini & butyro,

ro.

ro, Item folia nymphææ recentia applicentur, aut ambuci etiam recentia. Item lytargirij argenti subtiliter triti libram, olei dr. duas, aceti fortissimi libram quam in aqua dulcoratus fuit pulvis hemitrius libram unam ss. coque ad spissitudinem emplastri. Pilulæ contra podagram probatæ. Extracti cochiarum, scammoneæ, trocisc. albandal. ana, scrup. duos ss. extra. turbith scrupi duos- Ellebori nigri unum, & gr. quinque Cremoris tartari scrup. duos, ligni aloës, liliorum convallium, pæoniæ ana gr. quinque olei nucis moscatæ, succini, rutæ, salviæ, anisi, ana gutt. 4. aquæ langij, aquæ salviæ, q. s. fiant pilulæ num. sex sumantur ante Novil. unâ die tres, aliæ duæ, tertia una.

*Lenit dolores podagricos*, Lac muliebre in tela applicatum. Item stercus vaccæ quæ nondum vitulum peperit, distillatum. Item cretæ manus plena iniecta in aquam bullientem, & agitata donec frigescat, applicetur in linteo. Item raphani radices minutatim seca, adde salem ut fiat aqua, eâ calidâ unge locum. Item plantaginem maiorem, altheam maiorem; seu malvã agrestem, aut bismalvam, aristologiam rotundam, ana qu. misce cum melle, & apone. Aut plantaginem maiorem tusam cum sale. Item lixivium ex frago calefac cũ vino & aluminis unc. duabus lava pedes. Itẽ hiosquiamum cum farina appone. *Sciathicæ* Prodest, si in vino per dies XL sumat pulverem betonicæ, aut origani decoctum. Aut fiat unguentum ex cinere plantani cum oleo rosato & cera, vel ex farina avenæ cum oleo laurino. Item succo veronicæ ungatur locus.

*Podagra & similes morbi* Oriuntur ex eo, quia pars in qua deberet fieri ultima coctio, est læsa referuntur et ad humores a capite defluentes, sed si pars non esset læsa, humores illos aut cõcoqueret, aut attemperaret, humores illi creantur ex vapore in caput ascendente, igitur ventriculus est causa eorum, & caput quod illos non consumit, igitur etiam hic in læsione partis est culpa, quocirca læsis partibus succurrere debet, qui

vult

vult podagram tollere. Mitigat verò dolorem, abluere pedes sæpe in fæce quæ manet post primam coctu-ram cremati, vel in brasio pro eodem dissoluto. *Sciathica ex causa frigida* Item *paralysi* & morbis frigidis essentia trium piperum utiliter inungitur. *A podagra dicitur liberare,* Senæ orient. cremoris tartari, ana unc. ß. anisi scrup. hermodactylorum dr. duæ, salsa parilia drachma, fiat pulvis, sumuntur dr. duæ in iusculo mense libero a podagra.

*Podagræ;* Urticas demptis radicibus concide, coque in olla clausa, ne perspiret, ad dimidias, ubi refrixit, percola, quotidie huius decocti calide sume sex cochlearia per triduum, & suda. Rursus novarum urticarum contere manip. & in noua olla in vino Francico pone per horas 24. percola bibe per triduum, ter de die hoc est horis, nona, tertia, sexta, hæc medicina ter in anno adhibeatur, primò cùm urticæ prodeant, iterum circa festum S. Ioannis, tertiò circa festū S. Michaelis. Item emplastrum efficax initio morbi, valet & contra Sciaticam, Olei libram, Lytargyrij pulverisati lib. ß boli armeni, consolidæ maioris, Resinæ, ceræ, ana. unc. 4. farinæ fabarum, unc. ß. Mumiæ, tragaponti, ana. dr. 2. fiat emplastrum.

*Podagrico,* Si in loco affecto fiat cauterium aut vesicationes, cancer inducetur.

*Sciaticæ,* Corticem bibat populi, vel lignum genistæ cum aceto, vel rubiam. *Arthriti* applica ficus, betam & mel, vel bibe aquam mariuam cum vino, & vino abstine. *Podagræ.* Salicis frondes & cortices tritos cum vino applica: lenient dolorem. Vel aperi hircū, & in ventrem eius adhuc calidum impone pedes. Vel cum morbus est inveteratus, medullam panis, vinum acerbum, & cupressum applica. Vel sambucum & sevum hirci. Vel farinam tritici cum aceto, aut ranarum viscera cocta cum oleo. Vel succum chelidoniæ cum oleo & sale. Vel pedes in tritico recenti post messem mergantur. Item confert balneum pedum

ex

arena calida maximè marina, ſed ſæpe debet repe-

*Si ſit podagra biliosa.* Lactis equini potus cum ſacro fiat mane. Item iuvat ſuffumigium nidi aviculæ ictæ Polon. Remiſz.

*Podagricis* Prodeſt ſi pedes lavens in decocto rapaum

*Podagricos iuvant* Rapæ aſſæ appoſitæ. Pro *Sciathi*- Unguentum, Leviſticum totum tere, addita me-alla oſſium cervi, alcis, equi. Item efficax emplaſtrū e alchimilla, & de meliloto, ane æqu. *Pro podagra* mplaſtrum Olei chamomillæ, roſarum, myrtillorum na, unc. 4. ceruſſæ unc. 4. ceræ unc: ſex miſce, do-ec nigreſcant coque. Quidam ſe hoc modo iuvabat, nponebat pedem laborantem in ſcutellam boni cre-nati, ſi intra dimidiam horam ſentiebat levamen, de-nebat pedem diutius, & ſanabatur: ſi non ſentiebat tra illud tempus levamen, amoto cremato pedem onebat in aqua ſpermatis ranarum, & ſanabatur. mponebantur & furfures triticei cum aqua in modū mplaſtri. Item potus Chinæ cum ſale gemmæ, Item nteum apponitur aqua canabum diſtillata imbuatur. tem argilla combuſta fornacum calida appoſita.

Item caniculus lactens; non antiquior diebus 40. uffocetur in aqua, & totus in eadem coquatu ad diſſo-utionem, tum addita terebinthina fias emplaſtrum. *Omni arthritidi* Non ſine frructu applicatur canicu-us qui eſt unius coloris. *Sciathica.* Dyctamni Cretici, enæ, ana. unciam, cinamomi, Zingiberis ana dra-chmam, fiat pulvis, cui addatur mel; & ſic edatur Vel panem ſiliginis calidiſſimum per horam applica-, & poſtea cremato fortiſſimo pedem unge. Vel Angeli-cam maſtica, aut ex vino tritam ſume ſæpius. *Poda-gra* Pulverem Ivæ miſce cum melle, & quantitate iu-glandis ſume. Vel rufam decoria fellem, abijce caput, pedes, interiora, expone corpus per triduum aëri fri-gido, tum contunde, & bene clauſum diſtilla, prodi-bit aqua pro linitione pedum. *Tophos podagricos* Diſ-ſolvit lamina plumbea per menſem geſtata. *Scia-*

*Sciathica*, Abrotani ſemen tritum, & bullitum e
aqua atq; potum. Acetum mulſum. Agarici drachm
ex aceto mulſo pota. Altheæ radicis decoctæ ſucc
cum vino potus. Amaranthi coma e vino pota. Aru
dinis radix ex vino pota. Arundinis radix ex vino ill
ta. Aſparagi ſativi radix decocta cum ficubus & cice
ribus & illita. Aſparagi ſylueſtris ſemen potum. Ca
damomum ex aqua potum. Centaurij minoris dec
ctum infuſum. Colocyntbidum viridium ſucco loc
perfrictus, pilæ verò ipſæ arefactæ tuſæ in clyſtere infu
dantur. Coris ſemen potum. Echij radix. Elenij f
lia ex vino cocta, & illita. Fimus armentariæ bovis a
poſitus. Garum omne infuſum. Lolium decoctum e
aqua mulſa illitum. Lupinorum farina ex aceto illita.
Muria infuſa. Naſturtij ſemen cum polenta, & acet
illitum. Rutha pota, Scamoniæ radix in aceto & ho
deacea farina illinitur. Synapi cum ficubus mixtum
donec rubeſcat apponitur. Unguentum ſampſuchin
cum melle. Aquæ ſulfuroſæ. Artemiſiæ aridorum fo
liorum farina, doſis dr. tres cum vino. Caſtorei dr
chma pota cum oponace. Fabalium caulium & reliqu
rum cinis cum vetere axungia illitus. Fimus Ibicu
Lunâ decreſcente collectus, ex eius manipulo fiant
pilulæ quas in mortario pones, additiſq; piperis gran
XXV. optime teres, adde mellis optimi q. ſ. & vi
antiquiſſimi quartas partes menſuræ duas, tum pone
in vitro Lunâ decreſcente, ſumat per ſeptem dies con
tinuos. *Arthriti* Diaromatici magiſtralis dr. duas ſu
mat, & locum ungat balſamo artificiali. Item ſevu
hirci cum ſtercore eiuſdem & croco appone. Poda
gricus humor ſi in humerum ſe convertat, vocatur *M*
*tagra*, convertit ſe aliquando & in pectus, & curatu
nittant amarorem, tum abiectis radicibus coque vinū
adde cinamomum, & fac pilulas instar uvæ, vini,
is aut ter post cænam sume, non æstate; post octo
el novem horas lente purgabunt, educent melancho-
am, Item sabinam, agrimoniam, absynthium, radi-
em filicis crasse concisam pone in albo vino, de hac
fusione tepida mane bibatur. Item oleo ceræ unge
cum, & eodem guttas saltem XV. in iusculo sume,
t efficax. Item cortices fraxini coque in vino ad ter-
æ partis consumptionem, bibat æger per dies decem
t efficax.

Item Buglossam in vere collectam pulverisa, & su-
e in vino quotidie per dies novem quantum apex cul
i capit, fac exercitium ad sudorem. Item Gummi ā-
oniacum coque in aceto, caute quia facile aduritur &
irtutem perdit. percola, & iterum coque ad aliquam
spissationem, fac super corium emplastrum. Item
ynapi fragorum dr. duæ, aquæ fragorum unc. 4. spiri
us vitrioli guttæ quinque. Pro unctione vero adhiba-
ur, olei capparum uncia, olei amygdalorum, olei cha-
momillæ dr. duæ. *Obdurationi lienis* Raphanus trita
nisceatur cum recenti ovo, addatur pugillus farinæ
ordeaceæ, ac parum aquæ rosaceæ, fiat emplastrum
z sæpius mutetur. *Lienis affectionibus efficax* Olei lib
eptem, ceræ lib. duas, coque, adde ursibrancæ pulve-
em q. s. & pulveris seminum lapatij acuti aliquantò
minus, misce, fiat emplastrum.

## *Sternutatorium. Sydaratio.*

STernutare facit betæ radix naribus imposita, vel ra-
dix ireos in frusta concisa, & in aqua maioranæ ac
betonicæ madefacta, naribusq; inserta. Item Castore-

um, Ormini semen, Elleborum, Synapi &c.

*Syderatio membri est*, Cùm non solùm caro moritu sed etiam ossa: quod fit quando caro adiacens saniem producit, quæ ossa mortificat, remedio est. Partem e pororum quæ virescit contunde, & per noctem appli ca. Si postridie livor aut nigredo diminuta fuerit, mē brum vitale est, alias mortuum, & amputandum. *Ste nutatorium*, Elleborum album, iridem orientalem & nostram, angelicam, iuncum odoratum, anisum, ana æqu. fiat pulvis.

## *Sterilitas, Fæcanditas, Partus.*

MUlieri sterili exhibentur testiculi verris, natura leporis, Nux moscata; cinamomum, garyophill zingiber, nux avellana, ana æqu. coquantur in duobu sextarijs vini Hispanici, & ituræ cubitum propinentur mulieribus nimis obesis ut sint fæcundæ, sicut & ægri nimium humidis sal nimium copiosus remedio. Cō ceptum laxitate uteri impeditum, iuvat suffumigium ex thure & solio. Item esus cardui, iuvat radix maior satyrionis ad conceptum masculi. Vel aliquantum in potu aut cibo sumat de spolio serpentis, Testes anse ris mensibus sedatis comedantur a muliere. Item ute rus leporis. Item moschi, zibeti, cubebarum, & olei been, ana. æqu. fit inunctio. Item testiculi vulpis & animalis, & herba, testiculi verris exsiccati in umbra rasura eboris, seseli, matricis leporis exsiccatæ, & eius coaguli ana. dr. duas. saccari dimidium ponderis toti- us, fiat pulvis, detur ante cibum corpre purgato. Item ungatur umbilicus & renes oleo ligni hederæ, consumis humiditatem matricis. Item nasturtium tritum cum aceto sumat per dies quatuor mensibus exolutis, post eosdem iuvat matrix leporis sicca in vino data. Item castorei, piperis, ana. gr. XII. tempera cum vino de. coctionis pulegij. Iuvat usus sileris montani. Item pes

sarium.

arium cum uva passa tota trita. Item lac equinum bibat post menses.

*Conceptionem adiuvant* Coagulum leporinum post menstrua suppositum. Lolium cum polenta, thure, myrrha, aut croco suffitum. Pastinacæ semen potum. Cuminum, uvæ spinæ, baccæ. Lapis æthites. Cydonia mala.

*Conceptum iuvat,* Salvia devorata; & flores eius saccaro conditi. Lilij florum aqua accelerat partum, prohibet abortum; Alumen subditum extrahit fætum, Item anchusæ prima radix indita. Item artemisia cocta ad insessus adhibita. Item castorei dr. duæ cum pulegio potæ: Dauci semen potum. Fimus caprinus cum odoramentis haustus. Heliotropij maioris folia trita & indita. Myrrha cum absynthio & succo ruthæ admota, Intestinum merulæ læcustris. Pini cortex suffitu. Piper potum, Pulegij decoctm, Salviæ foliorum & ramorum decoctum, Sulfuris usti nidor.

*Mortuum partum extrahunt,* Dyctamnus potus vel suffitus. Lac canis primiparæ potum, Artemisiæ radix pota. Cancri fluviatiles ficci suffitu. Dyctamni albi, radix imposita. Allium suffitum, aut folia cocta imposita, Artemisia cocta & indita. *Conceptum iuvat,* Si mulier garyophillos in Malvaco per triduum in vino bibat ieiuna, & thus cum allio suffiatur ab infra. Retinebit semen si ex aluminis rocca pulvere fiat pessarium vel ungatur locus succe satyrionis

*Sterilitatis in muliere causa,* Matrix plena ventositate, frigiditate, aut humiditete, aut nimio calore, quia verò hæc a stomacho proveniunt, hic est prius iuvandus *Sterilitati viri propter senium,* Flores gelsemini pone ad solem in phiala in Augusto, & tantum adde quantum ex illis decedet, ubi putruerunt cola per pannum, & pone in vitro alio bene clauso ad solem ut clarificetur, fiet oleum quo ungatur digitus maior pedis. *Facunditatem promovent,* Diaspermaton, diasatyrion, diaboracis, diatrionpipereon, diatringonon, diapassina-

eum. Item cornu cervi reductum in pulverem misce cum felle bubulo, applica. Item succus hyssopi cum felle capri.

Aristoteli adscribit Benincasa, quòd asserat flante Boreâ tempore conceptûs gigni masculos, flente verò Austro, vel Siroceo, id est vento medio inter Orientem & meridiem, gigni fæmellas. Constantinus Cæsar ait, quòd semper inveniatur Luna in signo masculino, quãdo masculus concipitur, in signo autem fæminino quãdo fæmina. Item misce recentem urinam cum aqua clara, si urina supernatabit, signum est geri masculum & e contra.

## *Stomachus, Venter. Fames, Bilis ascensus Indigesti Lumbi, Lumbrici, Dolor capitis Intestina, Umbilicus Sitis*

STomachus seu ventriculus, *si doleat*, e regione hepatis appone ventosam, vel eundo cubitum tria gr. mastiches devorentur. *Stomachi cruditatem* & indigestionem lenit sal in potu post cibum sumptus. Distilãt ad roborandum ventriculum aquam, *Physigonam* appellant, pro qua Rc Cortices citri repurgatos ab albedine, unc. tres, Chamemeli hortensis capitellorum manip. duos, Menthæ crispæ, unum. Anisi, seminis fæniculi ana, minus quam unciam, Cumini iuniperi, baccarum lauri ana, minus semunciâ unâ quartâ parte cinamomi unc. ss. Florum & nucis moscatæ, ana. unc ss. & una quarta, concidantur, & infundantur in mensuris duabus vini Ungarici, vel cremati per horas, XXIV, distillentur per alembicum vitreum, vel æneum dealbatum, lento igne, prodibit primo aqua debilior & alba, postea melior. quæ ax alembico defluat in saccari contusi unc. octo positi in charta crassa, ut ab eo dulcoretur. Alij ad cibos duriores adhibent synapi hoc modo præparatum, synapi lib. tres, synapi albi lib. 2.

conte

contere, miſce cum libi tabulis ſex, aceti mulſi menſuris, duabus unam prædicti ſynapi librã, deinde, aliæ addantur, addantur & cortices citrini bene cum ſaccaro cocti, conciſi, itemq; pomorum aureorum, item zingiberis ana, unc. ſex, piperis unc. una ſs. garyophillorũ ana, mellis deſpumati q. ſ. *Stomacho læſo ex ciborum cruditate*, Ex qua etiam ſequi ſolet dyſenteria, & morbi alij, certò ſuccurrit eſſentia trium piperum, & in hunc modum exquiſitiſſimè conficitur, ( ſumantur illius vg. X. guttæ in cremato, ) ℞ Summitatum origani Cretici unc. 4. Abſynthij Pontici duas, Florum, Roſarum, Menthæ rubræ ſeu coſti hortenſis, Serpilli, Betonicæ, ana unciam, Roſmarini, piperitidis, Schæmanti ana. ſs. Galangæ, Granorum paradiſi, Zingiberis, Corticum Aurantiorum, ana. dr. duas. Incidantur herbæ & flores, reliqua contudantur & macerentur per dies tres in ſpiritu vini, in phiala alia & capaci, quo eminentior erit, eò ſubtiliores prodibunt ſpiritus, neq, iteratâ rectificatione opus erit. Hunc ſpiritum ſerva pro extrahenda eſſentia trium piperum. Iam ergo ℞ Piperis longi, & albi ana. unc. duas nigri unc. 4. contundantur groſſo modo, & indantur in cucurbitam capacem, ſuperaffundantur ſpiritûs origanati ſuperius deſcripti libræ XII. clauſa cucurbita ut non perſpiret, exponatur ſoli, vel ſtet in digeſtione per longum tempus, vel menſem Philoſophicum, id eſt XL. quotidie ſemel atq, iterum movendo, tandem per chartam empireticam filtretur, & ad uſum ſervetur in vitro optime clauſo. *Stomachi dolor ſolet procëdere vel ex ventoſitate vel ex frigiditate.* Sume ergo gentianæ, dr. duas, zingiberis ſcrupulum, ſaccari dr. 4. infunde in albo vino & bibe. Item milium toſtum in patella, applica in ſacculo aut ſtercus porcinum in oleo coctum. Aut ſemen rutæ bibat ex vino. *Stomachi tormina ſedat* ℞ Millij ſalis ana æqu. cumini campeſtris & hortenſis, q. ſ. torreantur aſpergendo continuo aceto vel alio liquore ne adurantur, & ventri quam calidiſſima applicentur.

*Tormina*

*Tormina lenit ventris.* Aquæ nucum avellanarum recentium. *Vermes in ventre necat* Semen lapij ex vino sumptum. *Stomachum confortat* Oleum recens, in quo solutum est aliquid Mithridatici, inunctum spinæ dorsi orificio stomachi.

Contra *Morsum ventriculi* Siccatur illium lupi, & in pulverem reducitur, & ex eo quantum bene apex cultri potest capere sumitur in potu. *Dolores ventris simul & capitis tollit* Avenam, grana iuniperi, rutham, absynthium, simul cocta ventri impone. Vel applica ventri saccum plenum avenaceâ farinâ bene calefactū. Vel fiat sacculus lineus, absynthio, menthà, lavendula, rosâ, floribus sambuci plenus, in optimo intingatur vino & applicetur. Vel absynthium cum sale tusum stomacho admoveatur.

*Stomachus si læsus non satis cocto cibo,* Eiusdem cibi cinis in aliquo potu propinatur.

Cum ad eos bilis æstuans ascendit, prodest aliquot grana pisorum crudorum comedere, vel aliquantum papaveris edatur.

*Ventris tormina* Componit origanum ad tertias cum aqua coctum & epotum. Prodest stomachum fovere pelle vulturis. *Ardorem stomachi* Extinguit, glyciriza, vel carpionum lapides in ore gestati, vel olibani grana deglutita, vel lac tepidum, vel aqua calida potata vel cerasorum nuclei, vel panis cum aceto, aut aqua comestus, vel saccari veteris rosati unc. duæ, & lapides cancrorum tritos, adde parum de bolo armeno, sume. Vel cretæ unciam unam ß. tres nuces moscatas, saccari optimi sesqui. unc. fiat pulvis, sume. Stomacho ait prodesse Mausil. Si post cibos medullam panis vino imbutam sumpseris. *Intestinorum torturam* Decoctum chamomillæ cum aqua mitigat.

*Stomachi indigestioni,* Terebinthinam claram, pini resinam, ana. unciam picem græcam & mastichen, ana. unciam unam, ß. succum absynthij, menthæ, rosarum rubrarum, ana. dr. duas, misce, ceræ q. s. fac cerotum

um. *Dolori ventris* Succurrit ruta contuſa applica-
a *Stomacho debili* Baccæ iuniperi lectæ circa 18. Au-
ſti ponantur in vino albo per biduum, tum ſiccantur
umbra, deinde reponantur in aquam vitæ, & in um-
æ ſiccantur, ſervari poſſunt per duos annos, ſumun-
ſeptem vel octo mane, iuvant & contra calculum
ſtomachi frigiditatam.

*Umbilicus ſi exit* Succo hypoſcyſtidis liniatur. *Sto-
machi dolores,* Aniſi unc. duas, zingiberis unam,, cro-
unc. ſs. cumini, cinamomi, ana. unciam, ſaccari
c. decem, miſce & cibis inſperge. Item ſalviam, ra-
m, ana æqu. coque in vino ad conſumptionem ter-
partis, propina. Item pulvis cancrorum crudorum
m ſuccum rutæ & menthæ bibe, ſtatim ceſſabit.
*Stomachi humiditatem exſicat* Bibitum abſynthij &
ſmarini decoctum ſæpius ſumptum *Digeſtionem iu-*
Decoctum in vino agrimoniæ bibitum. Item quod
m acuit viſum, hepar roborat,, facit appetitum. Si-
montanum, hyſſopus, flores aut ſuccus betonicæ,
menthæ, grana iuniperi, piper ana. æqu. tantun-
m fœniculi, totum pulveriſa. & cibis inſperge. Item
licem agrimoniæ coctam in vino bibat. Item infun-
gummi iuniperi non aureum ſed nigrum, in vino
lo & exſicca, doſis grana ſex. *Dolor ventriculi ſtatim
ſat,* Gentianæ dr. duas, zingiberis ſcrupulum, ſacca-
dr. 4. pulveriſa & infunde in vino albo, bibat ſana-
ur ſtatim, ſi dolor procedit ex ventoſitate vel frigidi-
e. *Reſiones* Lac mulieris. *Caninæ fumi* Glirium ca-
datur. *Ventriculi ſubverſio* Lentis triginta grana
coriata ſumuntur.

*Stomachi tormina diſcutit* Piper album potum cum
elle & lauri folijs. *Si ſint ex cauſa frigida,* Vel oleo
n amygdalarum poſſypio intinctum applicetur ven-
culo, vel pomum eodem oleo factum comedatur aſ-
ſum eiectis nucleis, vel panis toſtus inſperſis abunde
ryophillis & cremato, admoveatur, vel myrrha lu-
da ventri alligetur, vel corsices pomi aurei triti in vi.

no

no calido bibantur. *Stomachus si crudo cibo læsus* Superedatur sal adustus, vel acetum superbibatur cum sale. *Stomacho dolenti*, Cicerem calidum vino irroratū, ac linteo involutum applica. *Debili* Rosas siccas montanas, anisum, mel ana. æqu. adde modicum croci, ponatur intra modulum in vino de quo æger bibat. *Frigidos*, Pulvis abrotani misceatur cibis. *Confortat*, Piper crassé tusum applicatum cum cremato. *Stomacho inimica*, Hiera picra, cassia, Diacatholicon, Diaprunis, diarone lenitivum, neq; aliter prosunt. Floravant in Capricii.

Stomachus quando *læsus cibo* dolet bibe in cremato zingiber, piper, garyophillos comestos contusos, ana. æqu. *Aliis doloribus* Seminis luctucæ nigræ intra ligna contusi cum melle sumat ieiunus tria cochlearia. Vel decoctum in quo duæ partes absynthij, una ruthæ. Vel semen metathri cum lacte caprino. Vel pulegium ex aceto coctum bibatur & applicetur. *Lumborum dolori* Aqua bibatur in qua igniti lapides extincti, Vel imbue lanam calidâ pice, nitro, sulfure, aceto applica, Vel asparagos cum vino vetere comede, aut applica. Vel illine sulfur cum adipe. Vel chelidoniam cum oleo & farre. Vel succum nucis amygdalarum bibe cum aqua tepida. Vel cochleas, tres integras tere cum vino, additis granis piperis XV. bibe. Vel calidissimos furfures in aqua coctos cum oleo applicas Vel cervi medullam. Vel decoctum ciceris bibe. Vel malvam cum porris tere, mastiche, anetho, & inunge.

*Stomacho debilitati* Myrobalani citrini unc. ß. myrobalani cheduli unam, absynthij unc. ß, uvarum passarum unciam, aquæ endiviæ unc. unam ß. aquæ absynthij unciam, bulliant omnia simul ad dimidias, tum addatur spicanardi scrupulus malvetici unc tres oxymel unc. tres, fiat mixtura quam ieiunus per dies novem sumat. *Stomachi dolori*, Folia porri concide minutaim, bulliant cum lardo porci masculi, fiat emplastrū. *Puero si venter intumuit*, Herbæ mirasolæ pulverem bibat

iat. Item rutam viridem cum sale & melle coque
plica.

*Dolores stomachi*, Fomententur absynthio, mentha
momillâ coctis. Prosunt pilulæ alòés, vel mithrida-
uncia mane, post quam vinum generosum bibatur.
Vel conserva absynthij, Vel confectum anisi, Vel pul
res cardui benedicti in vinò, vel cubebæ in vino infu
a masticentur. Vel apponatur meliloti emplastrum.
coctum saxifragiæ ex vino valet contra omnia ma-
stomachi. Item flores camomillæ bulliti in vino sum
i lib. trium quantitate præ reliquis prosunt Item
enthæ, Item nux moscata in cibis. Item betonica
cto cum vino Angelica comesta roborat stomachum
t cortices pomi aurei, aut vinum absynth j aut radi-
s cardui benedi cum cinamomo aut cortex pomi ci
ni, aut cubebæ. *Cruditates tollit* Oleum garyophillo-
m illitum. *Ardorem extinguit* Pulverum Aroni Quer
ctani unc. ß. Tartari vitriolati drachmam, Specie-
m diarchodon Abbatis, Plerisarconticon ana. dr. du-
a saccari candidi, ad pondus omnium. Valet & con-
a vitia lienis, pulmonum viscerum dolores, & calidas
orum affectiones, ac cerebri debilitatem, dosis bis aut
r de die cochlear.

*Dolores stomachi* Stercus porcinum coque cum oleo
calidum applica umbilico. Item coctum pulegium
alidum appone Item succum menthæ & rutæ ana
nc. tres calefactas bibe

*Stomachi phlegma* Purgant pilulæ Alòé succotrini,
astiche, garyophilli ana. unc. ß, croci uncia, subi-
antur succo menthæ, fiant pilulæ quantitate pisi.

*Stomachi dolori*, Prius in vino hyssopum contere.
ostea coque in aqua addito apio vel rutha, donec so-
a pars tertia manserit, bibe. Vel testam ovi exustam
ibe. Vel virgam myricam ventri applica quam ferrũ
on attingit. Vel appone ventri terram e vestigijs ro-
arum. Vel cuminum, aut aquam bibe, cum aqua. I-
em unguenti populeonis unc. quinque, vitellos ovi du

os, opij, croci, ana. gr. 4. fiat emplastrum. Item pulpam flavi pomi paradisiaci cum gutta coctam, uncia, succi parietariæ unc. una, mastiches unc. 4. bulliant simul ad consumptionem succi, colatur fiat unctio. Item sumatur drachma pulverum bistortæ rubræ in iusculo. *Stomaho debili* Coriandrum præpar. pulverisa misce cum saccaro & pomo citrino, vel aqua illius & sume. Item unciam saccari misce cum pulvere foliorum rosmarini, sume cochlear. Item Rosmarini manipulum, uvarum passarum unc. tres, vini albi lib. 4. omnia in olla bene claudantur, & maneant in furno per horas tres post extractum inde panem, postea colētur, tum adde saccarum, & unc. 4. calide sume ante somnum. Item applica mastichen cum pulvere garyophillorum, per sex menses, quotidie renovando. Item abrotani pulverem cibis misce. Item ænulæ campanæ minutissime contusæ libram, calamintæ lib. duas, baccarum iuniperi lib. ss. grosso modo contundantur & bulliant in aquæ lib. XX. ut solæ maneant quinque, colentur, libra saccari addatur, ex hoc mane sumantur unc. tres. Item bistortæ pulverem in malvatico sume. Item applica theriacam. Item mellis clarificati lib. tres florum rosmarini unc. sex absynthij pulverisati unc. duas, liquiritiæ contusæ unc. duas, cinamomi triti unā fiat confectio. Nota pro malvatico posse substitui vinum aliud generosum.

*Stomacho utilia* Acetum, Carum, zingiber, iuniperi baccæ, mentha, saccarum absynthium cum rosaceo tritum. Artemisia tenui folio cum oleo amygdalino trita & apposita. Betonicæ folia masticata, & succus deglutitus, Mastiche, peoniæ grana, Succus, petroselini & pulegij Amaraci herba, Angelicæ decoctum ex vino. Aurantiorum cortex saccaro conditus Balneatio in aqua salsa. Garyophilli in cibo vel vino. Cinamomi aqua, Coriandri semen Galanga, Lavendula, Rutæ folia, sampsuchum. Napi semen cruditates ventriculi vomitione purgat

*Ventriculi æstum componunt* Portulaca, Unguentũ Rosaceũ, Querna folia recentia in lingua detenta. Trifolium acetosum devoratum, mala punica acida Solani hortensis folia illita. *Ventriculi ferbor in febribus* Fæniculi semen ex aqua frigida potum, Santali ex aqua rosarum ventriculo illinuntur. *Dolor* levatur absynthio cum lavendula. Item lana succida cum aceto & rosaceo Item potu vini rosacei post cibum galanga Item eundo cubitum tria grana mastiches sumat. Item piperis grana quinque devoret quotidie. Item tritas il-nat, iuvat castanearum esus. Item cardamomum ex aqua bibat. Vel castoreum cum aceto. Item cumini semen coctum & cum farina hordeacea illitum. Item ficus cum rutha coctas. Item graminis decoctum bibat.

*Intestinorum exulceratio sanatur* Butyro, Lacte omni cocto & exusto candentibus albis fluviorum silicibus. Item lacte ovillo cum hordeacea phtisana. Item lini feminis decocto. Item malvæ decocto clysteri infuso, Item rosarum aridarum in vino coctarum expresso liquore. Item oleo amygdalarum dulcium calido epoto. Prominenti umbilico, pulicaria herba medetur.

*Stomachum roborat* Abrotanum cum vino & saccharo coctum ac potum. Absynthium coctum & cum oleo illitum, Crematum in linteo appositum.

*Si cibo crudo læsisti ventriculum* Cura evomas iuva bis ad hoc vomitivum dictum Patriarchæ, vel oxymel & aqua tepida; post horam deinde comede. *Accensio fit ventriculi* Si quis postquam edit pinguia statim itinere-tur aut laboret, Remedio est, si aquam calidam biberit ieiunus, vel deglutierit tria vel quatuor grana thuris albi, vel nucleos cerasorum ederit, vel diatragaganthum in ore tenuerit donec liquescat. Vel panem aquâ frigida tinctum ederit.

*Sitim magis extinguit* Aqua cum aceto, vel vinum dilutum quam purum, sed priùs os & guttur a salsis humoribus eluendum, & bibendum ex uase per linteum vel lentissime.

*Dolorem Stomachi* Tollit endivia emplastrata, vel corallium tritum cum aqua sumptum, vel zedoaria a ieiuno comesta. *Cum ardet stomahus* Apium cum medulla panis superpone. *Si morsicet*, Origanum cum aqua calida potetur, vel mentha cum vino calido, vel decoctũ sumat camomillæ. *Stomachum reparat* Una drachma pulveris radicum distortæ sumpta in vino. *Stomachi vitia* Corrigit, si tritum absynthium cum modico salis biboris in cremato.

*Malitia stomachi* Sanatur potu vini austeri in quo acetosa est decocta. *Concoctionem iuvat, & tormina cõponit*, Pulvis satureiæ subactus cum melle, qui etiam *Nauseam tollit*, & tenacem pectoris humorẽ per sputa educit, semen fæniculi tostum illico sedat tormina. *Stomachi dolor* Cito cessat illito succo menthæ & ruthæ, vel succus marrubij si cum aqua calida sumatur, Item betonicam cum aqua calida bibat.

Stomachum debilem roborat, Rutæ unc. sex cumini infusi in aceto, exsiccati, torrefacti piperis nigri, nitri, ana. dr. sex mellis q. s. datur quantitate castaneæ superbibitur vinum, aut brodium.

Struma Vide gangræna.
Suppositoria Vide Constipatio.

## *Syriasis, Scorbutum, Morbi Puerorum.*

Syriasi puerorum medentur folia urticis in mortario tusa cum unguento populeonis, his arteriæ omnes unguntur singulis quaternis horis renovando per biduũ

*Pro scorbuto* Nuces pineas, vel surculos pini imponat potui.

*Syriasis* Est inflammatio cerebri & membranarum eiu., quam consequitur febris ardens, in appetentia, totius corporis siccitas. Prosunt in hoc morbo infantibus cucurbitæ frusta applicata. Alijs verò heliotropii maioris folia. Item frusta peponis. Item solani hortensis

ensis succus cum oleo rosaceo illitus. *Pro scorbuto* Na
turtium concisum pone in cervisia eáq; utere, vel co-
que in cervisia surculos teneros pini, eoq; utere. Item
orpus prius purgetur, tum herbæ auriculæ muri um.,
um radicibus manip. hyssopi minus, salviæ adhuc mi-
us, rutæ manip. violarum flavarum quantum tribus
igitis capi potest, mellis duo cochlearia, coque clausâ
llâ in tribus mensuris aquæ minimum per 4. horas,
ene in ore calidissimum ter de die, hoc est duabus ho-
is ante & post prandium, duabus ante cænam, sed i-
em debent facere qui agunt cum ægro ne inficiantur.
tem quidam sanavit propriæ urinæ per duas septima-
as quotidie caliculum sumendo, postea bibat vinum
bsynthiacum tum erupit morbus per pustulas, Item
n cervisia quâ usurus in potu, madeat semper rapha-
us, & pinei surculi. Hic morbus procedit ex vitio li-
nis, facit ulcera in gingivis, tibijs, ore, pro illo valet
ecoctionis hordei lib. cum unc. sex vini albi, addan-
ur raphani agrestis unc. duæ cochleariæ manip, tres,
xprimatur succus, misceatur superiori decocto, & præ
nissis purgationibus mane & vespere sumatur,

Surditas. Vide Auris.
Scirrhus Vide sitis Syriasis.
Stupor membrorum Vide Tremor.
Suppuratio intra viscera, Vide Plagæ
Scirrhus, Vide sitis syriasis.
Stupor membrorum, Vide Tremor.
Tenasmus Vide constipatio: Dyssenteria.
Tumor Vide Melancholia

## *Tertiana Febris.*

TErtianæ certum creditur remedium aloés rosatæ pi-
lula in iusculo betarum, aut hordeaceo, ut vim alò-
s temperet, sumpta: Deinde calamum aromaticum
enuissime contusum da in cibo vel potu. Vix deinde

unum paroxismum patietur. Vel radices cichoreæ pulverisa, (una hora ex vino ante paroxismum exhibe-drachmam. Probatum hoc sæpe ante accessum paroxismi; olei tantundem cum vino & cremato ponitur in caliculo, ut dimidium impleat, aliqui addunt modicum piperis, ebibunt & sudant. Vel apium sylvestre tritum alligetur arterijs & stomacho ieiuno die accessionis & sic ieiunet ad diem sequentem. Vel seminum absynthij dr. unam; in aqua hordei tribus horis ante prandium aliquoties bibat. Vel millium excorticatũ coque ut crepet, iusculi eius sume unc. quinq; adde vini odorati unc. septem; calidum bibat æger; sudet.

Prodest secare venam quarta vel quinta die ante paroxismum. Vel emplastrum de urtica minore trita cũ multo sale pulsibus brachiorum sexta die accessionis imponatur. Vel radix raphani cum farina siliginis supra umbilicum maneat torsio sentiatur. Vel allium corpori alligetur, vel herba Barba Iovis in vino forti madescat, teratur; succus exprimatur cui dr. duæ Rheubarbari addantur; ex hoc quotidie bibatur. Vel quatuor folia verminace contusæ dentur in potu ante accessum. Item supra cor alliga lactes percæ vivæ. Item lardo vetere unge volas; plantas; tempora; & ijsdem applica salem, & hoc itera donec morbus cesset. Iuvat initio morbi piper propinatum cum cremato. Item olfaciat pulegium lana indutum iu accessu morbi. Vel cimicẽ in ovo bibat. Item succum cucurbitæ recentis; succũ sempervivi, acetum; illorum tres; huius pars quarta, intinge linteolum, appone hepati donec febris transeat iuvat aliquantùm. Vide Puerorum morbi

*Tertianam* Patientibus prodest borrago cum semine & radice pota ac trita. Heliotropij maioris seminum tria grana cum vino sumpta ante accessionem: Hipericum ex vino potum. Plantaginis tres radices cũ tribus cyathis vini & totidem aquæ epotæ. Centaureæ minoris decoctum prodest in potu. Item radices lapathi concerptas pone in vino albo per tres vel quatuor

horas

horas; percola, bibat caliculum duabus horis ante acceſſionem. Vel radices plantaginis pone in vino pariter cum aqua mixto, de quo æger bibat. Vel dimidiũ poculum ſucci plantaginis propina, aut portulacæ aut pimpinellæ poculo ante febris acceſſum. Item pulvis alabaſtri quantum capit apex cultri in ipſo acceſſu ſumatur in cerviſia & ſi opus eſt repetatur. Item ante acceſſum ſeminis coriandri dr. unam ſs. in aqua frigida, Item frequenter ante & poſt paroxiſmum herbã tartaricam, ſeu calamum aromaticum conciſum minutatim ſume quantitate cochlearis. Item mire iuvat apium ſylveſtre contuſum arterijs in paroxiſmo applicatum. Item radices recentis endiviæ numero XII. borraginis totidem, anethi ſex, hordei manip. ſs. bulliant ad conſumptionem tertiæ partis, colentur, tum ſaccari addatur uncia, cochlear boni aceti, & iterum bulliant, caliculum bibat mane; clyſteres alternis diebus inijciantur. Item urtica minor in loco ſicco & calido nata cum ſale trita arterijs apponatur. Item radix raphani trita cum farina ſiliginis ponatur ſupra umbilicũ uſq; dum ſentiatur dolor. Item radices plantaginis minoris pulveriſatæ bibantur in vino calido ante acceſſum. Item olei piperis aliquot guttæ in acceſſu dãtur. Item ſucci matricariæ cochlearia tria, aquæ vitæ tantundem; miſce & duabus aut tribus horis ante paroxiſmum propinas; deinde ſudet.

## *Tineæ, Tibia, Vide Pedes, Pudenda.*

TIneæ ſcroti; pulvere qui ſtrigilibus excidit equorum aſpergantur abſq; dolore pereunt.

*Tibiam ſi lædi contingat*; Herbam taraxacam applica. Vel detractam ex adipe pelliculam, vel inteſtinum Arietis. Vide Ulcus.

*Tinea capitis*. Aquæ lecutini unc. unam, lardi veteris unc, ſex; locum ter in ſeptimana unge; & propria elue urina. Item ex ſemine hipericonis fac oleum; &

locum rade, unge; cùm sanari cæpit, unge oleo tartari.

Vide Scabies.

## *Tremor membrorum, & Stupor manus, Caput.*

TRemoris membrorum causæ sunt; ira; timor, gaudium; potus vini magnus maximo ieiuno stomacho; potus aquæ frigidæ, omne acidum, stipticum & frigidum actu vel potentia; nimia repletio; vel phlebotoniæ, vel febris. Remedio est; modica diæta in cibo & potu: sit verò cibus subtilis; facilis digestionis; paucæ quantitatis; bonæ substantiæ, caules, ius galli cum aniso prosunt tremori. *Si manus tremant*, Abluendæ aqua rosacea in qua iacuit artemisia. Si cui tremant manus aut pedes, sua calida urina sæpius abluat. Vel artemisiam cum oleo unge. *Manus trementes* Ex nimio potu; madefiant aliquoties frigida & non extergantur. *Ex aliis causis trementes* Laventur sæpius aqua rosarum in qua est macerata artemisia. *Cui tremit caput*; Edat frequenter cerebrum leporis. Item si manus tremant salviam tritam bibe ieiunus.

*Stupori membrorum* Prosunt aquæ sulfuratæ. Item garyophilli. Item fagi folia trita & illita; aut nuclei pinei, aut salvia; aut trisago. *Tremoris* Altheæ radicis decoctum in vino bibatur. Item castoreum bibatur & illinatur. Item leporis cerebrum assum edatur Item balneum ex aquis sulfuratis. Item nuclei pinei. Item primulæ veris decoctum addita salvia & amaraco propinatur. Item Cinere salviæ sylvestris lava cum aqua. Item succum artemisiæ cum oleo calefac; & unge. Item salviæ decocto lava. Vel decocto chelidoniæ ablue. Item succum artemisiæ misce cum oleo, calefac, unge sæpius in lecti ingressu & egressu.

Tumor

## *Tumor, Livor, Cicatrix, Gingivæ, caput Durities, Pruritus, Pedes, Percussio, Vibices, Furunculus.*

TUmor & livor ex verberibus tollitur, si locus thure cum cera oblinatur. *Tumori cuique*, prodest impositum sulfur cum albo vino.

*Pedum tumori*, Orto ex ambulatione balneum fiat ex aqua salita, & pedes in calore habeantur, *Tumori uibis*, Succurrit stercus caprinum, farina hordei, vel fabarum, cum vitello ovi emplastrata. Item furfur cũ aceto similiter impositum, aut stercus ovis, aut vaccæ cum melle. Si membrum cito post *concussionem* foveatur linteolo calente vino imbuto dissolvitur tumor. Contra tumorem adhibetur sal cum fermento, melle, butyro, suillo adipe, fit unctio.

*Tumori gingivarum*, Verbenæ lupinæ duo manipuli coquantur in vini Rhenani lib. tribus in olla bene clausa usq, ad consumptionem tertiæ partis, percoletur, & hoc liquore sæpius os proluatur, deinde pulvis corallorum rubeorum inspergatur. Aliqui alumine usto gingivas tumentes aspergunt.

*Capitis tumoribus* Olla chamomilæ, verbasci hypericonis, partes pares unge. *Tumores quosvis* Maturat, folia oxalidis papyro involve & sub calidis cineribus dcine, oleo rosaceo misce, applica. *Livores* Allium mel le subactum ad colorem reducit. Idemq; præstat sugillatis, id est contusis, Idem præstat raphani succus. Item farinam ciceris misce cum albumine ovi & applica *Tumores*, Adeps suillus vetustus cum cinere vel calce, Alumen illitum. Arassicæ folia trita. Cucurbita trita Dauci semen, Fex vini recens, Hordeum, Nasturtij semen, Sampsuchum cerato exceptum, Aquæ nitrosæ, Aquæ salsæ, Primula veris, Fabæ tomentum cum thure tuta, & ovi candido illitum. *Tubercula*, Abrotanum tritum cum farina hordeacea. Cepa elixa cum uvis pas-

sis & ficu. Coriandrum cum fabæ. Fex vini recens, Tritici farina cum fermento & sale, Viscus cum vesina & cera, urticæ folia.

*Pedes si tumeant*, Fascia constringendi, *Tumori cuique* Medullam panis aquâ frigidâ imbutam cum oleo modico applica. Item Rosmarini unc, duas, camomillæ unciam, panis medullam; misce cum vino albo & aqua rosacea, bulliant ad consistentiam, applica. Item, malvam coque contunde, & intra linteum oleum tinctum applica. Item folia sambuci tere cum vino albo, applica. Item decocto absynthij lava. *Si tumor sit cum vesiculis* Farinam fabæ, oleum rosatum, admove. *Tumorem excitat*, Vespas & apes in aqua contere, loco applica. Tollitur verò tumor applicatâ theriacâ excitat tumorem pulvis ex aqua vasparola mixtus cum aqua, tollitur verò aceto calido. *Libor*, tragaganthi albi unciam, solve in aqua rosarum, adde radicum sigilli Salomonis pulveris subtiliter scrup. 4. camphoræ duos, misce fiat linimentum, quod in loco affecto relinquatur ad exsiccationem. Tumor vide facies.

*Durities* Discutit erui farinam cum melle, Ficus coctæ illitæ, Fimus armentariæ bovis cum aceto. Hordeacea farina cum resina & fimo columbino. Iridis radix cocta. Lapis alabaster crematus, & resinâ vel cera exceptus. Lini semen cum nitro & ficulneo cinere. Pix arida, Sanguis taurinus cum polenta. Lilij radix Oleum amygdalarum dulcium. *Vibices* Tollit aloé cum melle illita. Lana succida cum aceto, oleo, vel vino *Cicatrices* Adeps anserinus. Calamintæ folia in vino cocta, Urina pueri impuberis in æreo vase cocta & cum melle illita.

*Pruritus* Levatur aceti tepidi fotu. Alumine cum aqua asperso. Ficu cum synapi succo apposita. Lac recens cum melle crudo addito sale & modica aqua. Sal ex oleo & aceto infrictus ad ignem. Sulfur cum nitro Urina canina addito nitro. Betæ nigræ radix in aqua decoctæ. Hysopum ex oleo inunctum.

Libor

*Livores tollit* Aloë cum melle inuncta. Item caseus recens esus applicatus Item salem tostum, misce cum melle ac unge. Item unguentum fac ex smegmate balensi, oleo, cremato. *Tumor ventosus.* Salem in patella frixum applica intra linteolum. *Tumor cum rubore*, Emplastrum de succo sempervivæ, vino rubro, & farina hordei. Item tumens membrum, decocto absynthij ablue, vel herbam morellam bis de die applica. *Pruritus* Oritur, si non abluatur sudor, vel corpus cibis optimis oppleatur. Fricetur locus, & luto illinatur facto ex urina asini, aut vaccæ, aut aquâ mixta cinere stercoris porcini, aut cum oleo pulvis nidorum formicæ illinatur & soli exponatur, aut cum aceto apponat farinam lupinorum. *Pruritus salsos.* Tollit balneum aquæ marinæ, aut cochleæ affrictæ. *Tumori* quem vocat *Furunculum.* Hordeum saxo tritum cum resina & aqua tepida, vel hyosciamus cum cera & sevo, vel stercus albi galli cum aceto applica, aut sordes ex ovis aure.

## Tussis, Asthma, Puerorũ morbi Raucedo

PRo tussiente sumatur lib. una butyri recentis absq́i sale, vitelli ovorum recentium tres, farinæ amyli unc. duæ, saccari soluti in aqua violarum unc. una, misceantur, & edat. Vel papaver cum thure coquatur in aqua, & mane ac sero sumatur. Vel tria grana thuris & mastiches sumantur per se aut in ovo sorbili.

*Tussi puerorum* Proficit mel & butyrum in os missũ. Aliorum tussi, oleum sumitur, quater tantum additur cremati, totum accenditur, & plantæ ex eo unguntur. Vel rapæ excavatæ saccarum candidum imponunt, & rursus claudunt rapa, tum sub cineribus coquunt, & comedunt. Vel, fabas nigras tostas piperis ana. grana. 50. pulegij contusi scrup. octo mellis optimi q. s. misce, datur drachma. Vel gummi cerasorum in potu sumes. Vel ficus concisas infuso cremato, melle, aut sac-

Nn 5 caro,

caro, exure, & ſume aliquoties. Aliqui aquam bibunt calidam. Vel rutham hortenſem & campeſtrem, ſalviam, ana, æqu. coque in aqua, ut ſola tertia pars remaneat, percola, adde mel ut deſpument, bibe calidum veſpere, nullum poſtea potum. Si cum tuſſi fuerit difficultas reſpirij, prædictis herbis addatur hyſſopus. Vel accipe allij capita tria, axungiæ porci q. ſ. unge plantas ad ignem eundo cubitum, & ſpinam dorſi, id fiat per tridunm. Si tuſſis frigida & humida, vinum bibat decoctionis hyſſopi & ficuum ſiccarum. *In tuſſi antiqua* Avellanæ aſſæ & tritæ cum mulſo ſumantur, vel ſume malum apium, thure imple, in furno coque, comede, & hoc facias bis vel ter. Valet contra maximam tuſſim. Vel in cepa excavata pone butyrum lotum aqua roſacea; aſſa, ede. Vide Phreneſis

*Tuſſi.* Prodeſt acetum. Item amygdalæ amaræ cum melle & lacte contuſæ. Item apium hortenſe, aqua mulſa, avenæ ſuccus in ſorbitione, cardamomum potū ex aqua. cinamomum, faba, ficus ſiccæ coctæ cum hyſſopo & potæ lini ſemen cum melle maſtiche pota, rutha pota, ſulfur ſuffitum, tritici farina cum mentha, & butyro cocta, amygdalæ dulces. Cepa elixa, vel ſub cinere cocta cum ſaccaro aut butyri modico. Item allium crudum vel coctum. Item ceraſorum gummi dilutum vino & potum. Item myrrha quantitate fabæ devorata. Item avellanæ tritæ & in aqua mulſa coctæ. Item raphani radix decocta, ſimiliter angelicæ radicis decoctum. Item pilulæ decem factæ e thuris drachma, ſcrupulis quatuor agarici cum hyſſopi decocto una ſumitur quotidie. Paſſulæ coctæ in aqua & tuſſim ſedant & ſitim, & ſi coquantur in aqua hordei laxant inſuper. Tuſſi componit ſemen cucumerum in vino dulci ſumptum. Item ſemen canabum in lacte coctū bibe calidum. Item pro iuuenibus valet, raphanus cū ſaccaro mixta iaceat per plures horas, deinde ſuccus bibatur. Item allij decoctum cum melle. Vel ſemen raphani cum melle. Vel integra ſemina fraxini inte-

riora

ora sumat non tangendo dentibus, ne illis noceant. el cum ovo cocto mel & marrubium.

*In tussi gravi*, Sulfur cum ovo sorbili sumatur.

*Contra tussim & asthma*, Coque in bono vino men-am adiecto melle modico, & bibe. Item succum li-iritiæ, capillum veneris ana dr. X. cinamomum pi-r, amygdalas amaras; aristologium rutundam, semi-urticæ ana. dr. quinque, mel despumatum q. s. mū-t valde pectus. Item myrrham, ficus siccas, coque vino & bibe. Item marrubium cum ficubus siccis que in vino. Fallopins ait quod statim sanet tussim nptum ex aqua marrubij decoctum.

*Si tussis ex frigore*, Piper, salviam apium, in vino lci cocta, bibantur. Item cepa excavetur & butyro pleatur, & cocta sub cineribus, ter sumatur. Iuvat coctum malvæ bibitum calidè, sed mustum coctum m marrubio est efficacissimum. Item gummi cera-um bibe cum aqua.

*Tussi infantium*. Petroselini succum cum cumino & ate muliebri præbe, residuo succi expresso, cum buty-& lacte eodem calefacto unge pectus. Valet etiam coctum marrubij contra Tussim non inveteratam. n hysipum, basilicam, capillum veneris, marrubium iritiam, ana dr. sex, coquantur in aqua colentur, datur mel, bibantur mane. Item aqua hyssopi tepi-cum saccaro. Item plantæ pedum ungantur pingue e Lucij & ad ignem siccentur. *Tussi*, Semen vel ra-di malvæ cocta in vino aut lacte. Item semen tritum athi coctum in aqua cum melle. Vel decoctum ficu-cum hyssopo & ruta. Vel allium in cibis. Vel bac lauri cum melle coctæ. Item semen cardamomi-n aqua mellis. Item potus aquæ veronicæ Item sac-um mixtum jusculo amygdalarum. Item Angelica sticata. *Tussi orta ex causa calida* Diapenidion, di-ssularum, diacanton, diadactylorum. *Tussi*, Radi-ce malvavisci lotas coque in aqua, exprime, colaturæ nsuram collige, adde mel despumatum, coque ut ad

duos

duos digitos decrescat, bibe ter aut quater in lecti ingressu. Item caput allij contunde & coque cum lin oleo, unge ad ignem plantas pedum, cum exsiccabuntur, renovetur aliquoties est efficax. Item folium chartæ crassæ bibulæ unge sevo calido, & per duas nocte applica stomacho, interim unciam amurcæ ebibe, est efficax. Item amygdalas amaras comedat cum saccaro

Vide *Puerorum morbi.*

*Tussim inveteratam,* Tollit allium coctum comestū

*Tussim siccam* Semē urticæ semi unc, sumatur cū aliquo syrupo vel decoctione pectorali.

*Tussi violentæ,* Excava cepam, impone butyrum in aqua rosacea bene lotum, ciminum tritum, saccarum candidum, claude, & pone in scutella vitreata nova a[..] tege, coque leni igne, hanc æger eundo cubitum te[..] comedat, *A tussi præservat* Zingiber coctum aut imbibitum spiritu vini, ex quo sumatur una particula man[..] altera vespere. *Tussim ex frigore contractam,* Sedant allia trita cum axungia porci plantis pedum ad ignem illita, & in lecto iisdem spina dorsi peruncta; u[..]tendum verò in prandio & cœna pectorali decocto. Iuvat hoc idem in febrili horrore si carpos manuum in[..]ungas. *Tussim veterem ab humore crasso & lento,* Cum difficultate spirandi, iuvat radix iridis, & aceto iacoct[..] si abluantur dentes, dolorem sedat. Vel sulfur tusum cum modico belzoini, mane & serò in ovo recenti sum[..]

*Contra tussim,* Ficus siccas, hyssopum, coque ad ebullitionem, serò & mane utere, removet *Raucedinem* dilatat pulmonem. Vel thus album cum saccaro misce, & drachmam in aqua calida sume cubitum eundo *Ad tusses periculosas* Decoctum marrubij in aqua, vel salviæ bibitum, *Contra tussim & angustias pectoris* Origani triti unc. duas, mellis libram, coque, dosi dr. duæ mane & vespere per dies 15. *Tussi inveteratæ ex causa frigida,* Duas aut tres guttas olei ammoniaci bibe cum

ovo

ro, mixto vero melle cum butyro & succo urtibrau
e: pectus unge. *Tussi ortæ ex pulmone*, Aquam distilla
m florum genistæ dimidium poculum mane per di-
. XV. *Tussi inveteratæ ortæ ex causa frigida* Succur-
e si albo contuso cum adipe porci ungantur plantæ,
ina, dorsi, pulsus.

## *Venena, morsus Venenati, Pestis Hydrophobia,*

DRope, venenum positus adamas sudat, Bufonius
valde incalescit Henr. a Bra. Adamas corpori ad-
otus resistit venenis. Item seminis abrotani dr. unam
m aliquot eiusdem folijs in vino albo trita, addita
uce iuglande, & bolo armeno, factâ percolatione, sū-
a, Absynthium etiam venenis adversatur, Item ace-
m calidum in potu sumptum. Item cortex ovi ex
cco agrimoniæ sumptus. Item allium tam intus sum-
um, quam loco affecto impositum Item sanguis ana
s cum vino potus, aut succus artemisiæ cum aqua
*raeservat* Radix asphodili mane comesta, aut avella-
e cum ficu & ruta, aut drachma pulveris betonicæ a-
: ungulæ bovis elixæ, & synapi addito devoratæ, aut
qua stillatitia cardui benedicti, vel eius decoctum.
*Loco venenis infecto* Applicatur calx viva cum oleo,
sceus recens admotus ad se trahit venenum. Cuspides
ornuum cervi, ait Bra, efficacius venenis resistunt quā
ornū unicornis, sed rad. debent intra 15 Aug. & 8:
ept. Iuvat & pòculum ex cornu cervi, & semina ci-
ria, & ipsum pomum sumptum mane. Dyctamnus ge
ata repellit animalia venenata. Sanat verò cochlear
ucci radicum ebuli cum vino propinatum, ficus aridas
omedere prodest, galbani inunctio tuetur. Contra
*Morsus venenatorum:* Iuvat autem salivam hominis ie-
uni superponere morsui, aut rutham cum allio, sale,
uce iuglande, applicata, aut sulfur inspergere.

Morſui venenato ſtercus gallinæ ſæpius mutando applica. *Scorpionis morſui* Scorpio contritus apponitur *Ex canis rabidi morſu*, Oritur timor aquæ, remedio eſt coâgulum catelli ex aceto edere.

*Venenorum in particulari hæc ſunt remedia*, Si dormiendo ſub iuglandis umbra caput, infeceris, bonum vinum bibendum eſt. Lac intra ventriculum coagulatum ſolvitur aceti calidi hauſtu, Tauri ſanguis potatus concreſcit, ſi vomitu illum coneris eijcere, ſuffocat, iuvat acetum ſuperbibere ſerpentum morſui herba abrotani applicatur, vel allium cum oleo laurino tritum, vel ſuccus allij copioſe bibitur, vel ſuccus fraxini cum vino propinatur, & folia eiuſdem vulneri ſuperponuntur, vel pinguedo halecis ſuperungitur. *Viperæ morſū* Curant allia multa comeſta, & applicata. Idem alliū contra morſum dypſadis & aſpidis valet. Sepis morſui ſpongia cum aceto calido admovetur, vel millium cum melle Natricis venenum ſuffocat origanum ex aqua potatum. Scorpionis morſui illinitur oleum in quo ſcorpiones ſuffocati; vel ovillum ſtercus coctum emplaſtratur, hoc infectum porri odore fugatur, letalis illi eſt porri contactus, inhibet illud roſmarinus, uti & ſerpentem, vel rutæ drachma teritur in oleo, ceræ uncia. reſinæ de pino quadrans ſolvuntur igni, modico olei addito, & fit emplaſtrum contra ictum ſcorpij. A mure araneo læſo membro alia imponitur. Eruca de pino ſi momordit, eadem exhibentur, quæ & contra venenum cantharidem, & frigida ſuperbibitur. Contra virus rubetæ radices arundinum tuſæ propinantur ex vino. Hirundines devoratæ hauſto aceto necantur, Aranei punctura alliorum eſu perſanatur. Contra veſparum & Apum ictus ungatur ſucco altheæ corpus, vel tritis cum oleo aſparagis poſt morſum illinitur locus ſtercore bubulo.

Veſpæ & apes non pungunt eum qui ſe perunxit oleo in quo erucæ ſunt mortuæ. Si momorderunt, ferrum applicatur, vel muſcæ tritæ, vel farina hordeacea

cum

n aceto, fumum sulfuris fugiunt, non insident mē-
) quod rutæ succo unctum.
Contra venenum caudæ cervinæ iuvat avellanas ede-
Lupi & canis rabidorum, & leonis morsui, allium
um applicatur. Felis aut mulæ morsui cepa, aut
rcus gallinæ illinitur Simiæ morsui raphanus aut
tauri. Menstruatæ verò, mullus piscis. Hominis
rsui, cepa cum sale & melle imponitur, Canis rabi-
amyllum commasticatum, vel formicæ tritæ pro em
stro dantur.
Cerussam qui sumpsit, aquam multam; vel lac cali-
m bibat. Lytargirio vinum absynthites superbibitur
pso amygdalæ amaræ, vel ficuum decoctum. Anti-
onio. boli armeni scrup. duo, vitriolæ, corallium, a-
bezoar. Illi quem momordit lupus aut canis rabi
, succum centaureæ propinant, vel agrimoniam tri-
n ex vino, aut aceto, vel pilos eiusdem qui momor
combustos vulneri inspergeः alij bono successu cor-
isdem ustum biberunt: alij morsu accept statim se-
os in aquam proijciunt; alij allium, salem rutam,
is myrrham cum vino subiguut in emplastrum.
*Serpentis morsui* Serpentariam albam tusam impo-
nut, & ferunt, qui hanc herbam portaverit a serpente
munem esse, & si quis serpentem deglutierit, deco-
huius herbæ epoto liberatur. *Venenis resistuut*, Ver-
na, betonica, ruta, si a ieiuno sumantur ex vino te-
do.
*Morsui canino* Applicantur cepæ ut venenum extra
nt. *Morsui venenato* Quāprimum grana synapi cum
eto applica, *Apum morsum*, Urina ablue, ne ve-
pungant tria folia plantaginis acutæ in ore tene,
*abidi canis morsui*, Cancrorum fluviatilium partes de.
em, gentianæ partes septem, thuris partes duas, con-
re ex his cochlear unum aut duo in aqua frigida
ropina.
*Venena ut evites* In loco suspecto cibos odoratu, gu-
u, & masticando explora, a venenatis enim statim læ,
ditus

ditur guttur, neq; ad mensam famelicus accedat, ne non dignoscas. Idem est de potu. *Si sumptum sit venenum* Vomitus curetur butyro & aqua calida, aut ov[o] vel aqua tepida cum aceto post butyrum vel lac bibatur, vel album stercus gallinaceum afflatum cum vin[o] etiam hoc movet vomitum: qui tam diu continuandu[s] donec nulla nausea, nec sapor, nec odor, nec anxieta[s] nec morsus superfit.

Post vomitum, theriaca cum aqua scabiosæ, vel plātaginis, vel acetosæ sumatur: aut Mythridatum, aut Dyamoschon. Aliquot grana iuniperi trita epota eti[am] venenum educatur. Allium raphanus, hebetant vim illius. Smaragdus, Achates, succinum corallium collo appensa, vel manibus tractata. *Si venenum sumpsisti* Colorem mutant. Alij Moschum, ambram vel lapidem bufonis ad hoc ipsum tenent.

Prodest ieiuno stomacho pueri incorrupti, aut propriam urinam bibere. Iuvat in equum exenteratum calentem imponi usq; ad collum, idq; secundo & tertio. *Qui a cane morsus rabido*, Non tangat Intra annum cornum arborem, nec sorbum, nec virgam sanguineam, quia si illa versaverit ut incalescant, venenum revalescit.

*Antidotum contra venena & pestem*, ℞ Iuglandium siccarum unc. sex, ficuum siccarum unc. 4. Foliorum rutæ siccæ semunciam, salis dr. duas concidantur, non tundantur, aqua rosarum subigantur, vel succo acetosæ vel aceto rosaceo, potest addi sem. uncia granorum iuniperi, sumat ieiunus quantitate castaneæ. Aliud; Pimpinellæ, radicum tormentillæ, cinamomi ana. unc. ß. ligni aloë, granorum iuniperi, zingiberis, ana. dr. unam, potest addi cardui benedicti, radicis angelicæ, ana. dr ß. fiat pulvis qui bene clausus servetur.

*Si pecudem momorderit serpens*, Sume melanthij acetabulum, & smyrnei, contere in vino & per nares infunde, stercus verò suillum vulneri applica, quod ipsum etiam aliqui adhibent homini. *Veneno & pesti*

*ante id*

*tidotum*, Baccarum iuniperi dr, duas, terræ Lemniæ
m duas & ſcrup. unum, trita & cum melle mixta
antitate avellanæ in aquæ mulſæ unc. tribus ante pe
ulum veneni exhibeatur, evomes ſumptum.

*Morſui a cane rabido*, Velut certum exhibetur can-
r fluuiatilis poſt caniculæ exortum in plenilunio ca-
us, & vivus in patella exuſtu, pulueris cochlear cum
ua, & ſi morbus antiquus, duo exhibentur cochle-
ia. Aſſerit Mizald eum aſperare morbum, qui ab a-
uo morſus animali illud fixe intuetur, crediderim
fieri ob concitatam imaginationem ex qua oritur o-
am illius animalis *Omnia venena fugantur*, Pimpi-
llam coque cum vino & mane bibe. Vel Gentianā,
amædrion, Ariſtolochiam longam tere & proxime
cto potui admiſce, Iuvat cerebrum gallinæ ſumptum
l applicatum. Iuvat ſputum proprium morſui inie-
um. Iuvat ungula bovis elixa cum ſynapi comeſta.
em ſtercus capræ cum melle applicatum. Item teſta
i cum ſucco agrimoniæ bibita, per os educit venenū.
el galli calidum ſanguinem bibe & allium ede ante
riculum veneni.

*Omnia venena ſanare dicitur*, Trifolium ſeu aſphel
on, ſi XXV grana ex illo ſumantur. Omne etiam
*nenum eÿcit per vomitum* Antimonij vitrum, ſi per
bras aliquot in vino iacuerit, & hoc vinum fuerit pro
natum. Vocant eiuſmodi vinum Aliqui aquam bene
ctam.

Venenum eijcit per vomitum aqua florum qui cre-
ſunt in pratis extra cærulei, intus flavi, dicuntur Ger.
loſonhor, minimum duodecies diſtillari debet, ex ea
mitur libra dimidia, ſed æger ligandus linteis ne rū-
tur, etiam antiqua venena pellit.

*Venena ex corpore exſugit* Tabella vel annulus ex
ercurio fixo factus corpori adiacens. ijſq, denigratur
t abſtergi debeat.

*Venenato morſui*, Pulvis tormentillæ inſpergendus.

Valet & contra morſum *canis rabidi* inſperſus, ac in potu ſumptus. Iuvant grana iuniperi quomodocunq; adhibita.

*Si quis venenatos* vel male coctos edit *fungos* ſumptâ theriacâ plus quam duarum avellanarum quantitate evomet.

*Lapſo in hydrophobiam* Prodeſt ſubitò in aqua mergi. *Canis* non rabidi *morſui*, Ceram cum ruta & lardo coque, & ſuper aquam effunde fiet emplaſtrum. *Serpentis morſum* Lixivium e fraxino curat, dum eo frequenter vulnus abluitur. Vel ſi theriaca in potu quantitate avellanæ ſumatur, & tantundem vulneri applicetur. *Venena extrahit* quæcunq; *ex vulnere* Cepa excavata, theriacâ implera, aſſata, & applicata.

*Morſui Scorpionis* Lumbricos terreſtres contere & vulneri impone, irim verò bene tuſam ex vino vel aceto bibat. *Contra venena præſervat* Mane ſumptum hoc mithridaticum. Iuglans una, ficus duæ ſiccæ, rutha folia viginti, ſalis granum, ſimul terantur & ſumantur.

*Cibi veneno imbuti* Solent eſſe exotia ſaporis aut odoris. *Veneni calidi ſumpti ſigna ſunt*; Venæ & facies tumeſcit, oritur ſitis, ardor anhelitus, fætet halitus, oculi ad flavedinem declinant, ira ſe proripit. *Sed ſi Venenum ſit frigidum*, Oritur vertigo & tremor, cæcitas, tremunt labia, mæror, dormituritio, livor ungviū. Adhibendi vomitus, clyſteres, theriaca tormentillæ radix trita ſumatur, hæc enim omne venenum pellit. Sequens verò pulvis & ante & poſt venena laudatur. ℞ Pimpinellæ vulgaris, radicis tormentillæ cinamomi electi ana. unc, ſs. maceris dr. unam, ligni aloës, granorum iuniperi, zingiberis ana. dr. unam, radicis angelicæ ſs. fiat pulvis, doſis circiter drachma, in vino calido. Virgam myrthi ut incaleſcat, vel hyacinthem geſtare utile. Præſervat a veneno panis factus ex millio

*Contra omne venenum* Valent Radices pimpinellæ, radices tormentillæ, cinamomi ana unc. ſs. ligni aloës

gra-

ranorum iuniperi, zingiberis ana uncia, cardui bene-
icti; angelicæ, ana. dr. ſs. fiat pulvis, ſervetur clauſus
tem baccarum iuniperi ana. dr. duæ, tantundem ter-
æ lemniæ & aliquantò plus, terantur, miſceantur cum
leo ſumitur magnitudine auellanæ in aquæ mulſæ
yathis duobus. *Morſum canis rabidi* Curat Gentianæ
nc. una, myrrhæ una, cancrorum fluvialium uſtorum
nc. tres, in aqua ſumuntur quam citiſſime, aut ſaltem
num illorum. Contra morſum *canis rabidi* Radix cy
orhodi exhibetur. *Ad bruchi morſum*, Apponuntur
nuſcæ contritæ. *Ex canis rabidi morſu oritur* Hydro-
hobia; ſeu aquæ tumor, Remedio eſt potus aquæ, ſed
llam timet æger maxime, itaq; coagulum catuli ex a-
eto illi afferatur, & appetet aquam. Iuvat etiam eum
qui morſu canis læſus, bibere caninum ſanguinem.

Venenum ex *fungorum uſu* Curatur trito ſtercore
gallinarum, & in oxycrato, aut oxymellito. Idem va-
let ad colicam. *Morſus venenatus*, Herba centrum gal
li, parietariæ; criſpini, artemiſia, verbena, tundantur
& applicentur. Morſum apum; veſparum, unge aceto
in quo ſolutus ammoniacus bolus, cum modico cam-
phoræ. Morſui *felium, glirium, ſimiarum &c.* Stercus
gallinarum applicetur per decem horas. Aſſæ fætidæ
ſuffitu pelluntur animalia venenata.

*Canis rabidi morſus cognoſcitur*, Medullā panis tinge
in vulnere, & cani alteri obijce, ſi rabidus momordit.
non edet medullam alter canis, pro remedio applica
cepam per dimidium ſectum, tum utere hoc pulvere
per dies 40. Cancrorum fluvialium, cinerum ex corti-
ce cucurbitæ, partes decem, Raſuram gentianæ; partes
quinque, thuris partes duas, miſce, ſume in aqua clara
interim æger nec iraſcatur, nec venere utatur, nec edat
piper, non tangat ſanguinem; ſerbum, ſcopas herbam
Item folia braſſicæ & ſemen cum ſylphio, & ruta te-
rantur. Item radix cynoſrhodis imponatur, ſanat per-
fectè. Item pili eiuſdem canis uſti ex vino propinen-
tur. Item plantaginis herba. contuſa applicetur dicitur
eſſe efficax.

*Contra venena valet* Pulvis stercoris capræ in vino sumptus. *Morsui canis rabidi* Urtica tusa cum sale imponatur. *Ad omne venenum* Bibat poculum succi caulium. *Venenum fungorum* Bibat poculum succi absynthij. *Contra morsum canis rabidi*, Edat & bibat per triduum continuum medullas sambuci. *Morsus Apum & vesparum* Sanatur malva contusa applicata, præservat ab illo malva tusa cum oleo illita. *Morsus si tumescat* Stercus porci coquatur in oleo, & quam calidissimum applicetur.

*Venenatæ piscium puncturæ* Succum limonis applica calidum, Vel terebinthinam, vel picem calentem, vel iecur piscis cocti supra cineres calidum.

*Veneno bufonis*, Stercus canis vel agni cum forti aceto, aut lavetur aceto. *Aranei punctura* Terram S. Pauli, vel succum rutæ, in vino albo calido. *Venenum quodvis*, Fuliginem camini contere, cum vino misce, percola, bibat, evomet. *Spina venenata*, Si pungat herbam centrumgalli; parietariam, crispines, artemisiam, verbenam, tusas applica.

*Morsus canis an sit rabidi* Hoc etiam modo cognoscitur, supra morsum pone nucleum nucis contusum per horam, obijce gallinæ, si renuit comedere, vel si comesto moritur, est morsus rabidi, si non moritur non est rabidi, eodem modo panem applica, & offer cani, & similiter de morsu iudica. Curant *morsum rabidi* Folia ebuli elixata apposita. Item folia melissæ intus & extra adhibita. Item radix ireos in potu sumpta post 24. dies a morsu. Item detur omni mane myrrhæ & gentianæ, ana, drachma cum pulvere cancrorum fluvialium priusquam æger conceperit tumorem aquæ. Applicetur supra vulnus emplastrum ex pice & opoponaco, & datur cinis cancrorum fluvialium factus post ortum caniculæ, qui fortior est si cum gentiana & sliba nota sumatur, & debet dari tribus primis diebus, quibus si est omissus, detur continuis 40. Iuvat agrimonia magna sumpta per os & applicata.

Ex

Ex hoc cognoſcetur *An quis beneno infectus?* Pone
n illius urina vitellum ovi, ſi infectus eſt, vitellus ſta-
im diſſolvetur: ſi non eſt infectus, manebit integer.
tem pone in eius urina ovum, ſi eſt veneno infectus,
vum nigreſcet. Unctio quæcunq; facta cum mercurio
enenata eſt.

*Morſui canis rabidi* Succi ex ebuli manipulis ſex ex-
reſſi, cum terra S. Pauli poculum bibat, eſt efficax.
*ontra benena*, Stercus galli ruſi ſumat ex vino, & ſta
im liberabitur. *Fūgorum beneno*, Stercus gallinæ exſic
atum tritum in aceto, aqua, melle, & uino, in potu
xhibitum facit evomere. Iuvat ſal cum melle ſumptū.
uvat & meliſſa cum pauco nitro. Item raphanus. Itē
uccus abſynthij. *Qui deborabit mercurium*, Bibat lac
apræ in bona quantitate, & ambulet, Item bibat vinū
octum cum abſynthio vel hyſſopo.

*Morſus canis rabidi* Herbam pulveriſatam Vermina-
iam bibat in vino, calido generoſo. Contra ſumptum
*nercurium* præſens remedium cenſetur eſſe drachma
ryſtalli bene trita. & cum oleo amygdalarum ſumpta

*Si quis deglutijt infectum bibum*, Bibat lac copioſe,
mplebitur illo inſectum uſq; dum crepet. Vel comedat
es amaras, ſuppoſitorium verò adhibeat ex rebus dul-
ibus, fugiet res amaras inſectum, & ad dulce ſuppo-
itorium curret, cum eoq; elabetur.

*Veneno fungorum* Superbibitur cinis lignorum pyri.
Contra *Omnia benena* Supra omnem theriacam laudat
Scalige, exerc. 185. Ariſtolochiæ rotundæ, Mithridati,
ana unc. duas, terræ ſigillatæ unct ſs. muſcas quæ na
pello inſident 18, ſucci citri q. ſ. Item *Probatio* In u
rina ægri ponatur ovi albumen ſi pauló poſt nigreſcit
& ſordet, iam venenum tranſiit in iecur, nec vomitus
prodeſt, & e contra. Petr Bays. *Maculas inducit capi-
ti* Venenum aut ſalamandræ contactus, applica viperi-
næ pellis cinerem, aut gallas cum ſevo urſi, aut ſangui-
nem teſtudinis. *Veneno ſumpto* Superbibendus ſanguis
caninus. *Ante ſumptum*, Iuglandem ede vel decoctum

ruerni corticis bibe cum aqua, vel ficum cum oleo, vel raphano. Factum ex electro poculum sudat si venenum est proximum, ait Serenus.

*Sumpto veneno* Lac asinæ aut vaccæ, aut capræ super bibat, aut betonicam ex vino modico. Si hederæ succum cibis inspergas non nocebit venenum, ait Serenu. *Venenat animalia* Dicuntur illi *non nocere* Qui ruthæs & thymoræ succo perunxit corpus. *Venenum exsugunt* Cantharides demptis alis caudâ, capite, tela araneæ involutæ & applicatæ. *Veneno calido resistit* Theriac magna, theriaca diathessaron, theriaca Galeni, theriaca communis. *Veneno sumpto* Succum ex foliis fraxini bibat. *Fungis venenatis* Lac superbibatur. *Venetica arsenci & alterius mineralis* Dyctamni albi sumat pulverem ʒ drachmam cum therebinthina, gentiana, ana. dr. ß, bibat ex aqua. *Mercurio sublimato*, Eadem sumat cum dimidio poculo olei. *Si cantharides sumpsit*, Eadem sumat cum semi poculo aceti.

*Veneno, pesti, morsibus venenatis* Ex succo albæ cepæ, tertiam partem poculi mellis, aceti ex optimo vino albo ana. tertiam partem, bibat quam citissime qui est infectus, & in lecto se contegat, Non ungat hoc liquore ipsũ locũ venenatũ quia non exiret venenũ sed tantum ungat in circum. Si hæc desit potio, edat ante alium cibum cepas cum melle & aceto. Item quã primum sumat cochlear, vel plus pulveris chamædryos cum parte æquali quercul æ minoris in vino optimo, sed prius vomitu præmisso, sudet, clyster adhibeat. Item lapis qui in porco reperitur virtutes Bezoar habet.

*Venenato morsui* Succurrunt porri contusi applicati vel allium. *Veneno adversatur & illud pellit*, Si a ieiuno sumatur semen aut radix rafani. *Venena aconiti napelli, & similium*, Frangit pulvis radicum anthoræ, & contraieruæ scrup. unius quantitate cum theriaca vel orvieto, aut alio simili.

## Venerea Lues, Paralysis.

Huius

HUius morbi proprietates has ponit Fernel. Capilli & pili de barba citra morbum acutum defluunt, maculæ exiguæ lentis instar, modo rubræ modo flavæ er cutim oriuntur, maxime in inguinibus. Rubræ a- t lividæ pustulæ circa frontem, aures, caput posterioa, rotundæ, sive puræ. Dolores noctu invalescunt nō n articulis sed ossium medio, innascuntur etiam nodi ssibus. Curatio huius morbi per hydrargirum dentes ijcit, & mala infert alia,, morbum verò etiam ad 20. nnos occultat, qui tandem recrudescit, æger interim lios inficit, infectio non fit nisi contactu sudoris salivæ, vestium, corporis maxime in pudendis erumpunt ılcera, & noctu magis affligunt. Variæ sunt huius mor i species. In qua soli capilli, & barbæ pili sensim afluunt citra corporis gravem offensionem. 2. Cutis to a maculis crebris lentiginis instar modo flavis modo ubris aspergitur. 3. Flavæ aut rubræ pustulæ circa frō em ac tempora; tum in capite ac reliquo corpore sicæ prodeunt, quæ tandem in ulcera degenerant, primo irca podicem, nares, ac fauces. 4. Ossa & nervi affliguntur noctu gravius, nodi excrescunt, ossa dilatantur, erit somnus. Certius tamen istis signum est, si quid riatur in inguinibus, vel in pene, ut gonorrhæa, pustulæ, cum scapularum dolore, in faucibus & ore ulcera vel excoriatio, Itemq; circa tibiam, frontem, aut aliam partem nodus crescit. Solent etiam esse nodi in capite. Morbus ab eo membro incipit quod est contactu infectum, ibi pustula excitatur, aut ulcus parvum quod deinde se propagat: prodit etiam alvi fluor, sequuntur lividæ rubentesq; pustulæ, ulcera crustosa vel cava, mucosus & fædus humor manat, in urina nullum signum est. Raro coitûs expertes hic morbus occupat, quia maxime in eo actu contrahitur, non solet acquiri halitu, nisi esset corpus nudum cute; quod etiam in venenis accidit. Halitu morbi pestilentes inficiunt. Hâc lue infecti sunt lividi ac ferè nigri, fædo spiritu, dolent capite, faciei corrupto colore, urina fi-

ne splendore, hæc postrema addit Cardan. lib. de causis, Signis ac locis morborum. Iuvat in hoc morbo sumere salem extractum e lignis fraxini quæ diu fuerunt in usu; quales sunt remi nautarum veteres. Robustis exhibentur mercurij dr. 25. Mosci dr. tres. Scammonij dr. tres, omnia miscentur succo limonum, & ex his datur ægro scrupulus.

*Venerea lues & paralysis*, Curatur, vini albi optimi lib. XV. ligni guaiaci recentis, salsaparillæ ana. dr. duas ss. fol. senæ mundat. unc. tres, polypodij querni unc. duas, confusa in vitreo vase sepeli in fimo horis 24 dosis, dr. octo mane & vespere, & postea labrum statim ingrediatur. Dolores tunicarum circa ossa tollit medulla equina ad ignem inuncta. Item ℞ Mercurij aceto & sale aliquoties abluti unc. duas. Olei rubicundi de acetosa minerali scrupulum, Calchanti unc tres, salis eiusdem unc. unam ss. coniunge in geranio, immerge in arena, & per diem naturalem coquantur, materiam infrigidatam candidam exime, & aquâ calidâ affusâ coque, effude aliquoties ablue, super carbones exsicca tum frigida ablue, & rursus exsicca, dosis gr 4. cum theriaca, vel aliquo purgante, adhibetur & emplastris mixtum. & certò sanat.

*Pro quavis lue venerea* In Septembre fiat fossa prope murum album, effunde radicem crassitie brachij; reseca, tum appone ollam ut eam intret radix quæ est in arbore cuius pars resecta fuerat, hoc fiet lunâ decrescente, implebitur olla succo. de quo detur ægro parum in vino novem diebus. Item Mastichen. Olibanũ Colophoniam, Cerussam, Oleum rosatum, Mercuriũ, ana, unc. unam ss. axungiæ porici libram, sed mercurius mortificetur prius succo trium pomorum aureorũ, misce, fiat emplastrum. *Dolores in iuncturis*, Aloës hepaticæ unc. unc. sem. hermodactylorum duas, scammoneæ unam ss. rosarum unam; contere simul, & cum succo fumi terræ fac massam ad partes duas huius massæ tertiam adde cochiæ, fac pilulas. Vide Ulcus.

Purga.

*Purgatio pro affectis hâc lue* Pulveris euforbij unciã,
rupi endiviæ unc. tres, misceantur; dosis scrupulus a
iuno sumendus, cui addenda grana tria diagridij. Vel
mni mane poculum succi plantaginis recentis per di-
XXX. sumat, postea, per triduum poculum iustum,
lidum seri caprini cocti cum fumo terræ, pro plagis
ró, terebinthinam novies lotam misce cum vitello
vi, modicum adde lytargirij argenti, olei rosati q. s.
c emplastrum. Prodest etiam in potu sumere tusum
utamen ovi. Item fiat unguentum olei laurini unc.
es; thuris albi, ceræ puræ ana. dr. duas. mercurij sa-
væ mortificati unc. duas, axungiæ porci recentis se-
ies lotæ venulis extractis, unc. quinque, salis gemmæ
iri unc. octo. succi plantaginis, campestris rutæ, q. s.
el sal nitri, salis gemmæ, plumbi usti, euphorbij a-
a. dr. duas, panaci marini, albæ chamælenæ, ana drs
nam ss. Cerussæ, mercurij ana. unc. duas, adipis por-
, olei antiqui q. s.

Item ovum cum cortice in aceto coque, assume ex
o albumen, & iterum cum viridi æris ana. æqu. coque
aceto. & in mortario contere, fiat unguentum. I-
m baccas lauri mastichen; æris viride, ana. æqu. cō-
re cum oleo, fiat unguentum.

*Pro nodis huius morbi* Farinam siliginis, nigellam,
ercora columbarum, vitriolum, calcem vivam, ana.
qu. contere misce cum lacte chamæmeli applica. I-
m pulverem radicum verbasci cum acerrimo aceto.
em radices malvæ ieiunus masticet & applicet, est
ficax. Ut nodus maturetur nigellam cum synapi te-
t, & in folijs sambuci applicet, maturabitur nodus
rumpetur. *Ulcera ex hoc morbo in pudendis* Amyli
r. duas, sarcocollæ; plumbi usti, cerussæ ana. dr. unã
, lactis unc. duas, in quo fuerunt extincti silices. I,
m pulverem chelidoniæ insperge.

Curat hanc luem, decoque lignum guaianum, ad-
itis senæ folijs dum calet, & tege ne evaporet, tum
dde agaricum, & rheubarbarum, bibat per dies 40.

neq; ſudet. Vel malvæ manip. tres, coque in aqua, adde mellis ſextarios 4. tartari contuſi lib. ſs. coque per ſemihoram deſpumando tum percola, adde ſenam lignum guaiacum, ana unc ſeptem, ſalis ammoniac triti quartam partem unciæ, claudantur in lagena ſtā nea & per horas XII. in aqua calida retineantur, ti addatur rheubarbari triti unc. ſs. quod prius in dimi dio ſextario vini albi fuit infuſum per duos dies, miſce atur totum; adde aloës hepaticæ in ſucco roſarum lo tæ unciam, cinamomi unc. ſs. & ſerva in olla vitreata, doſis cochlearia XII. ante auroram, poterit poſtea dor mire. Potus in hoc morbo. Lupulum, fumariam, bor raginem, plantaginem, echium, abſynthium, heliotro- pium coque, bibat mane & ſerò, hæc potio ſanat o- mnia ulcera.

Contra puſtulas, fumariam cum butyro inunge, vel ſuccum fumariæ cum oleo lini & aceto illine.

*Chinæ decoctum* Eſt utile, habet ſe hoc modo. Ra- dicum chinæ unc. duas, ligni ſaſafras; guaiaci ana, unc duas; infunde in XX. libris aquæ hordei per horas XII. quæ prius fuit cocta, tum coque lento igne ut ſu- perſint lib. XV. adde, radicum ireos, ænulæ campa- næ, cinamomi ana unc. duas, liquiritiæ raſæ unc. ſs. ſcabioſæ ſcrupulum, Paſſularum unciam, ſaccari unc. duas, coletur.

Vide Febris.
Ventoſitates Vide Flatus.

## *Vermes Lumbrici Puerorum morbi.*

Lumbricos necat allium in lacte ſumptum. vel cũ oleo mixtum *Expellit* & ſemen canabum tritum cum aqua ut ſit glutini inſtar, exprimatur & bibatur. Vel ſtercoris ſicci boum triti drachma cum vino ſuma tur. Vel venter ſive dorſum folijs ſambuci involvatur.

Vermes

ermes pellit ex homine eiusdem speciei vermis sicca
ıs, tritus propinatur. Porta. Vel pro pueris farinæ tri-
iceæ aquam affunde, ut fiat instar lactis, hanc bibat,
ijcit vermes per secessum. Vel lavetur venter forti a-
ıavitæ, & pulvis myrrhæ inspergatur, iaceat supinus
mnes vermes excernet.

Lumbricos, cepa assata sub prunis; aspersa aloë poni
ır in umbilico. Item mactat semen caulis epotum vel
garicum ieiunus sorbeat, sive infra sive supra fuerit
ıel impositum, & ascendent. Vel rutam cum melle
ısam applica umbilico;

*Vermes puerorum necabis*, Excava pomum citrinum
succum exprime, in locum verò eius infunde oleum
lurinum, succum rutæ, & absynthij, theriacam, fari-
am fabarum, coque modico tempore, & liquore un-
, cor; umbilicum, tempora, nares, pulsus. Item ex-
va pomum citrinum, impone fellis bubuli parum
licam allij tusam, assa, unge nares, orificium stoma-
i est efficax. Item succum caulium nigrorum bibat
ı vino calido.

*Lumbricos necat* Brassicæ semen potum. Item cala-
enta cum sale & melle pota. Item coriandri semen
odicum cum passo potum. Item Hyssopi decoctum
ım ficubus, aqua, melle & rutha potum. Item colo-
ynthidem excava & imple oleo, sub cineribus coque
xprime & felle bubulo mixtum calidum ventri illine.
em allium coctum cum melle & aceto potum. Item
oquatur siligo cum semine coriandri & detur ieiuno,
uod etiam pro equis valet. Vel sedes ungatur melle,
intra eam per infundibulum lactis vapor immittatur
xibunt.

*Contra lumbricos* Pomo citrino derade pelliculam
xteriorem, & omnia interiora exime, ac loco eorum
ei pone laurini unc unam ss. succi rutæ, succi absyn-
ıij, farinæ lúpinorum bene cribratæ, claude coque, sub
nere calido, unge pulsus, tempora, stomachum, na-
ım, spinam dorsi. Item millepedes frixas in oleo ha-

beto

beto, hos oleo unge sedem, stomachum, guttur quam calidissime. Item menthæ decoctum bibat puer Item centaureæ unc. tres, calami aromatici calami aromatici dr. duas, verticum absynthij unam sumat omni septimanâ quantitate nucis. Item folia persicariæ, absynthij, trifolij succum exprime & pulsus unge.

Contra pulices fit aspersio ex decocto carui, vel ipsa herba suffumigatur. Arcent eosdem a lecto folia acori linteaminibus substrata. Ranas expellit e domo herba eccæ Polonis dicitur Przestrzał.

Item *contra lumbricos* Lemnius habet pro certo, e dat copiose æger uvas passas, vorabunt illas lumbrici donec crepent. Vel aliquot lumbricos exsicca & laterculo candente, & pulverem propina. *Ne in puero nascantur* Lumbrici, bibat semen caulium vel apij. Item Aceti optimi, fellis vitulini, aloë pulverisatæ ana. dr. duas, misce, & lento igne coque ad tertiæ partis consumptionem, his unge puerum per triduum circa umbilicum, postea quartis diebus tribus, postea quintis, sic fias per mensem. Item ponatur cinis corticum ovorum in linteo vetere in jusculo per noctem, deinde bene exprimatur, expressio per tridum bibatur.

*Lumbricos in ventre*, Necant lumbrici siccati & contriti oleo subacti, ac stomacho impositi. Item scammoneam, succum absynthij, centaureæ maioris, ana unciam, fellis taurini unc. duas, croci, opij, Thabani dr. duas ss. petroselini unciam, fiat unguentum, pro temporibus, umbilico, & renibus. *Lumbricos puerorum* Pellit allium coctum in lacte, vel iusculo, datum. Itē myrrha, aloë, crocus ana. æqu. tundantur, misceantur, postea linteum aceto rosaceo imbue & impone stomacho, ac parti oppositæ. Puero verò propina aquam graminis. Item cremati optimi, lib. 4. Cardui benedicti, sementinæ, ellebori nigri ana. unc. 4. maneant sub fimo equino per dies XV. fiet aqua, sumat puer unciam & ungantur pulsus ac stomachus. Item croci, myrrhæ, aloës, ana. æqu. fac pulverem, pone in linteo madef

aceto rosato, applica stomacho, & ex opposito ad tergum, valet in *casu desperato.* Item sabinam coque cū porci adipe, cola, & rursus coque, unge stomachum. Item statim mactant lumbricos ventris lumbrici terrestres oleo subacti & applicati. Item farinam lupinorum coque in aceto, applica umbilico.

## *Verrucæ, Calli, Nodi, Pori.*

VErrucas ut tollas appone succum herbæ verrucariæ cum sale, hæc herba ėst Helioscopium maius, est & alia quæ est cichorij species, quam qui semel in acetarijs sumpserit, vel seminis eiusdem drachmam creditur omnes amissurus verrucas. Scarabæus oleicus in pulvere se volutans, affrictus, statim dicitur, tollere verrucas, ne quidem vestigio relicto. Vel cepam rubrā cum sale tusam applica. Vel filo sericeo Kermsino circumliga. Vel accipe saccarum candidum & mercurium sublimatum libram unam ana. impone in retortā, & admixtā ferri scobe distilla, & ter refrica, ūge verrucam aliquoties, sed caute, ne & carnem eradat. Vel aure auro, aut ferro aut carbone, tum in raphano excavato pone salem ut liquescat, hoc liquore imbue verrucam, eumq; in linteo appone aliquoties.

Verrucæ & *calli* abeunt, farina facta ex semine lini cum anetho applicetur. De *callis* pedum, vide sub titulo Pedes. *Verrucæ* liquor ex lignis quernis ardentibus promanans applicetur, *Nodos* resolvunt, cervinus adeps. anserum, gallinarum. *Clavis* prodest iterata sebi subuli inunctio. *Verrucas aufert* cucurbita contusa imposita. Item pulvis origeni. Item ligetur pilo equino continuo stringendo donec cadat. *Ad callos* tartari unc. I. cantharigum præpar. dr. duas picis nigræ unc. unā misce fiat cerotum. Vel spumam lixivij quando bullit collige & impone aliquoties calidam. *Callos & porros eradicat* Cepa cum melle & sale trita. *Poros,* pedem gallinæ

gallinæ ſuppone cineribus, donec cutis decedat, & hoc pede calido perfrica porrum. Vel limacem ſine cortice raſum cum ſputo applica per noctem.

*Callo;* Pelliculam ventriculi gallinacei recentem applica; & dum iſta ſiccabitur, applicetur alia, & ſic fiat octies. *Verrucis* ſcarabæum exſicca, tere, tum verrucam exacerba, & aliquoties pulvere dicto aſperge, brevi neq; veſtigium apparebit. Item ſangvine lacertæ unge. Item luto facto ex urina canis recenti. Item ſucco herbæ lathyr, vel thitimali unge. Item herbam ſponſa ſolis impone, Item applica cinerem herbæ cauda equina cum aceto. Item acetum optimum & vitellum ovi hodierni, flores verbaſci, miſce clauſa relinque per dies ſex, poſtea unge. Item ſiliginem maſticatam cum vitro tuſo & lacte mulieris appone. Item rutam cum oleo. Item ſempervivum maius, detracta prius pelliculâ. Item chelidoniam cum adipe porci. Item allium ſylveſtre coctum impone calidiſſimum. Item pulverem euforbij cum lixivio, ſed prius verruca incidatur. Item granis ebuli unge. Item ſuccum betulæ ab igne expreſſum. *Verrucis in pede* efficax betonica, ſi imponatur prius exaſperatis. *Callis pedum,* Folia hederæ maneant in aceto per horas XII. & applicentur. *Verrucæ in pede* Halbani in aceto ſoluti unciam picis navalis unc. ſs. empl. diachylon ſimpl. dr. duas ſalis ammoniaci ſcrupulum, miſce, fiat emplaſtrum quotidie novum applicandum. *Nodis duris* In aqua in qua fuit lardum coctum coque putridam ſiliginem donec fiat inſtar pultis; & applica. *Verrucæ calli pedũ* Laventur aquâ calidâ ut emolliantur, tum ſuccum chelidoniæ, alumen, rocca, vitriolum Romanum ana. æqu: in pulveres ſubtiles redige, miſce ſucco cepæ incorpora applica. Item camini ſtercoris pulverem cum cera miſce, applica.

*Porri & calli* Naſturtij radicem in longum perforas imple ſale, defode per triduum in loco humido, liquorem collige, unge. Item pulmonem ovis coque in va-

ſe

vitreato, exprime aquam, unge. Item sæpiùs oleo
lfuris madefiant. Item cantharides misce cum tarta-
& pice, applica.

*Verrucas, callos, porros* Tollit affrictus panis porcinis
em radix lilij albi coctc, & incorporata cum modi-
viridis æris. Item sulfur & calcem tere, radicem
elidoniæ axungiam porci masculi, fiat emplastrum,
per triduum maneat. *Callos* absumit stercus gallinæ
cens impositum. Vel tria grana thuris masculi infun
aceto fortissimo per 24. horas additâ modicâ alòë
epatica, fac emplastrum in corio, sed prius callum a-
uc aqua vel vino. Item cruenta locum, & applica
itum masticatum, *Verrucæ porri*; Caput amputetur
ngvillæ vivæ, & sanguine illo unge. Vel abscinde ver-
cam & succo unge chelidoniæ. Vel lardum vetus per
ngius tempus applicetur, Vel pulverem sabinæ serra.
applica. Vel mollifica urina calida callum, postea
ultello circum incide, tum applica succum sempervi-
æ. Item galbani unc. duas solve in aceto, viridis æris
tusi vitri ana. dracmam, fac cerotum. Item solve
astichen olei modico & cum viridi æris calentem ap-
lica. Item spumam lixivij quando coquitur pone cali.
issimam ter aut quater. *Calli pedum*, Calcis vivæ par-
es duas, auripigmenti unam cum melle appone. Item
ulvis euphorbij; lixivium fortissimum, oleum tartari
pplica. prius cruentando callum Item panem com-
ustum infusum aceto forti applica. Item Veneris um
ilicum masticatum applica, quo postquam callus ma-
eratus; cruentetur, & oleum sulfuris imponatur. *Por-
i manuum* Medullam panis recentis pone in aqua &
leo; coquatur ad consumptionem aquæ & applicetur
tem solatrum maius contusum applica ter vel quater
*Verrucis* Chelidonij majoris succus frequenter illitus
Fimus ovillus ex aceto illitus. Heliotropij maioris se-
men illitum cum sale. Lacertæ caput attritum.

*Verti.*

VErtiginem tollit admota capiti alcis ungula; & eiusdem annulo portato in digito; vel frontem lavando aqua lavendulæ; ac tela calida involvendo; interim rosmarinum est masticandum. Vel chamæmeli ipsa capitella; cum herba ursibran~a e pomario collecta terantur; frixentur, percolentur; capiti applicentur; vel folia betonicæ; salviæ minoris tantundem; macerentur per noctem in vino; & quotidie propinentur. Vel guttas aliquot olei vitrioli in aqua betonicæ exhibe, vel caput verbena involve. Bene purgat caput succus ceparum per nares attractus. Apertio venæ in medio frontis dolorem tollit; ex quo vertigo. Vel per diem & noctem caput calida recenti pelle arietis involvatur. Vel succus porri in lecti ingressu naribus attrahatur. Vel dialthea frons & tempora ungantur. Item modicum e iphorbij per nares attrahatur, & tege caput versa facie ad ignem; effluit aqua ex naso & ore quod ipsum ualet ad *epilepsiam*. Prodest salviam mandere; aut applicare. Item pulegium cum floribus tere, accipe in jusculo sex horis ante prandium. Vel coquatur lactuca cervisia in clausa olla; & capiti applicetur. Vel coque panem cum garyophillis; cumino sambuci floribus; comede & calidum capite vaporem excipe desuper contegendo ne vadat alia. Item grana pæoniæ excorticata; coriandrũ præpar. Viscum quernum; Cubebas; Radices tormentillæ, Galangam, zingiber, piper lõgum; ana, drachma, Rosmarini dr. duas; saccari unc. unam ß. pulverisentur misceantur, dosis dr. ß. in iusculo. Item in sutura verticuli fiat vesicatorium; & præservat & sanat. Item pulveris florum rosmarini drachmam; in iusculo; vino ovo sorbili; mane horis quatuor ante prandium sumat. Item semen pæoniæ in iusculo. Item aqua tanaceti lavetur caput; statim cessat dolor & vertigo.

*Vertigini* Præmissa purgatione; & venæ sectione, de collo

ollo gestetur lapis aqualinus qui vergit ad nigrorem.
um caveat multum potum, & luna decrescente hunc
ulverem, anisi, coriandri, origani, cinamomi, liquin-
iæ ana. unc. ss. pulegij, manipulum, saccari unc. tres.

Vide Vertigo.

Vesica Vide Calculus.

## *Vlcus, Apostema, Scorbutum, Vulnus, Caro mortui, Lupus ulcus venerea lues, Tibiæ, Noli me tangere.*

PRo ulcere Anserem antiquum marem coge per tri-
duum ieiunare, tum anguillam vivam concide, in-
rusta, eamq; voret anser, stercora illius servient pro
mplastro. *Ulcus rumpitur.* Vitello ovi cum sale appo
ito. Vel oleo cum mica panis. Rupto autem applica-
ur farina hordeacea cum aceto. Sanat verò pulvis bu-
onis ficci inspersus. Nucleus iuglandis cum folijs rutæ
naturat ulcera.

Ulcera capitis manantia, cerussæ, frictæ dr. duas thu-
is dr. duas, sulfuris dr. unam, tere, & oleo illine.
*Ulceribus & vulneribus cavis inditur;* Resina therebin-
hina, vel ulmus aut lixivium ex ficûs cinere. Sanant
lcera vermes triti ex lignis cariosis, vel ipsa caries in-
persa. Vis magna fraxini ligno ulceri superposito. *Ul-
cera depascentia carnem* Sanantur, ossa tibiæ vel bra-
hij humani integra combure, remanebit intra illa pars
liqua alba, illam exime & vulneri insperge. *Ulceri cu-
iq; fœdo* Proficit Carduus benedictus tritus in vino cũ
xungia & triticea farina, ac probè coctus, fiat illinitio
is de die.

*Ulceribus omnibus maximè ortis a lue venerea*, Aqam
uram in olla nova coque, & bullientem in vivam re-
entemq́, calcem infunde, subsidere permitte, decanta
n hac madefacta lintea applica. *Ulceribus tibiarum,*
Prodest sæpius applicare folium ungulæ caballinæ. *Car*

*nem mortuam aufert* Appium contusum cum sero lactis coctum, appositum. *Utiliter applicatur ulceri* Farina hordeacea cum lacte recenti aqua diluto *Vide aliqua sub titulo* Cura peste infecti. *Præservat ab ulceribus* Internis potus vini in quo est infusa ruta. *Ulcera solidantur* Thure cum saliva. Item allium, piper, fuliginem ana. æqu. fiat pulvis.

*Ulcera putrida*, Amygdalæ amaræ cum melle, Brassicæ succus. Lignorum caries. Mel Narcissi radix cum melle. Pix liquida cum melle. Plantaginis folia. Salvia Thus, Terebinthina; Verbenacæ folia cum melle. *Pus movent*, butyrum & hordeaceæ farinæ cremor & aqua cum pice & oleo decoctus. Pix arida. Unguentum crocinum. Cochlea; Urticæ folia illita, suppurationes tollunt. *Collectiones* Hordeacea farina in aqua mulsa decocta cum ficu discutit. Nasturtii semen, Myrica tota. *Ulcus dictum lupus*, Sanat thus album tritum cum albumine ovi applicatum in linteo canabino. *Ulcera antiqua mundantur*, Salis ammoniaci unc. tres, salis communis unc. ß. in aqua bullíant, adde uitriolum, solvantur omnia, p stea durescant, hanc materiam quantitate fabæ pone in mensura aquæ & ulcera elue. *Ulcera maturant & aperiunt*; Malvaviscus, vel malva; caules, mater violarum cepa lilii, linum, testiculi vulpis; vel alia mucilaginosa, & putrefactiva; coquuntur cum adipe porci & applicantur. *Apostemati* Apponat hordeum cum resina; aut mulsum cum stercore columbæ coctum, aut fabam cum coriandro aut radicem phargarici palustris coctam, cum sale modico, aut viscum cum hyosciamo, cera & sevo vetusto, aut testam ovi succo marrubii comple, melle & ovo & bibe. *Ulcera aperit* Vitellus ovi cum modico sale applicatus. *Maturat* Nucleus nucis cum rutha, mutetur mane & sero. Item mel cum farina siliginis Item herba morellæ sæpius de die applicata. Item cepa ad ignem cocta cum oleo. Item oleum; farina, mel *Ulcera ardentia* Medullæ panis siliginei maneat in lacte per duas horas; in mortario deinde misceatur

tur; adde q. ſ. terebinthinæ & coque lento igni miſcē
lo, ubi refrixit, adde duos vel tres vitellos ovi, & cro-
ci aliquid, fiat emplaſtrum.

*Ulcus internum* Brioniæ nigras facientis baccas radi-
ces cum cervifia bibantur. *Ulceri ardenti* Olei ſuccini
ſcrupulum, mellis ſcrupulum unum ſs. ſalis triti dr. du
as; fiat unguētū. *Vulnera facta ex ulceribus, ut ex mor-
bo Gallico* Lytargirij; hydrargirum; quod mortificetur
ana. uncia; olei roſarum unc. quinq; ſolve ad ignem,
& ubi ab illo removiſti adde tutiæ præparatæ drachmā
miſce continuò, fiat emplaſtrum, ulcus dictum Pol.
*Dyminica*, Rapam applica maſticatam; vel butyrum
non ſalitum. *Ut maturetur* Cinerem capillorum mu-
liebrium cum melle; vel abſynthium contuſum, vel,
quod eſt optimum, ceram cum oleo lini. Ulcus quod
vocant Pol. Stonog contere millepedes cum axungia
vetere & applica. Vel folia *Nardi* ruſticæ cum ſale tu-
ſa huic ulceri fluenti. *Ulcus internum* Radicem urticæ
maioris non lotam ſed contuſam pone in vino albo
per duos dies utere hoc vino mane, & in lecti ingreſ-
ſu. *Ulcera ſolvit* Stercus canis albi cum aceto forti al-
bo applica, eſt efficax. *Ulcera fœda* Laventur quotidie
lixivio facto ex querno cinere

Ulcus fit cum craſſus humor colligitur, qui propte-
rea non poteſt exhalare per poros, ſi humor hic diſper
gatur; ſit ſcabies, ſi diſpergi non poſſit; currit ad mē-
brum principale vicinius; quod illum ſi eijcere non
poſſit, homo moritur. Si poteſt, reijcit ad partem per
quam ſe purgat: ut cor ſub axillas, ad mamillas, guttur,
caput, alia membra alio opus eſt facere ut ille humor
reddatur mollis pro quo ℞ Violas, oleum, butyrum,
miſce ad lentum ignem; applica. Vel oleum, farinam
tritici, farinam ſeminum lini, modicum croci, axun-
giam porci, ad lentum ignem miſce. Vel malvaviſcū
coque, adde cepam lilij; farinam ſeminum lini, axun-
giam porci, miſce. Vel folia diverte cum axungia. Vel
malvam, folia violariæ, malvaviſcum, farinam lini, co-
que cum adipe porci contere.

*Scorbutum, ulcera pedum cancrosa*, Libra decoctionis hordei, vini albi unc. sex, raphani agrestis minutim concisi unc. duæ cochleariæ manip. tres tusæ & absq; coctione expressæ; fiat succus, qui mane & serò, purgationibus præmissis bibatur.

*Ulcera interna sanat* Herba Iva comesta in acetarijs

*Ulcus maturatur intra 24 horas*, Medullam panis statim ac e furno extractus tere in mortario cum butyro, fiet unguentum. Vel semen lini tusum cum melle applica. *Si ulcus sub axillis*, Purgetur corpus; tum cum panis medulla minutatim concerpta cum lacte, & oleo liliorum coquatur. *Noli me tangere*, Et similia, mercurium præcipitatum, salem Saturni, ana, æqu. adde ungventum rosarum, fiat cerotum. *Ulcera interna* Sanat succus scabiosæ cum saccaro mane sumptus. *Ulcus aperit*, Ascaloniam, stercus palumbi, adipem porci, farinam tritici, applica per triduum.

*Ulcera faciei scabies*; Mercurii sublimati, arsenici, salis ammoniaci ana unciam; aceti distillati unc. 4. coquantur omnia in vino ad consumptionem dimidij, unge, sed videtur esse vehemens. *Ulcus ut maturescat* Calidis assis rapis fovendum. *Ut aperiatur*, Unge adipe leporis, vel eundem in massa farinæ triticeæ appone. Vel vitrum Venetum contusum, cum melle & farina triticea mixtum, appone. Item canabem in cerevisia nigra bene coque, percola; colaturæ modicam adde farinam; & hoc calidum appone. Hæc ipsa quemvis tumorem pellunt. Purgat ulcus & ad cicatricem perducit. Iuvat ærugo cum oleo & cera. Aloë Calx viva cum oleo. Cerussa, Fex vini Lanæ cinis, Lilij radix assa & trita cum oleo. Aqua aluminosa. Chelidonii ma. Ioris pulvis. Fragariæ folia & radix. Caries lignorum. Oleum e vitellis ovorum, Angelicæ decoctum.

*Maturat ulcus*, Flores camomillæ, mellilori anethi ana. manip. ß. coque optime, adde farinam hordei & lupinorum, radices malvavisci, axungiam porci, farinā fœni græci, semen lini; oleum camomillæ; fac emplastrum

ſtrum. *Rumpet* Stercus columbi, cinerum vitis ana, uncia ſalis ammoniaci, pulveris plumbi, oleum miſce. *Reſolvit* Cicuta cocta in vino cum ſtercore aſini & ſemine lini, vel ſola radix cum cortice cicutæ, applicata. *Rumpit maturum ulcus*, Mercurius ſublimatus cum, quarta parte vitrioli applicatus. Item cinis ſpinæ cervinæ; ſal ammoniacum ana. æqu. coquantur in aqua, percola, coque donec indureſcat. Vel miſce nigrum caponem cum ſale ammoniaco. Item calcis pulverem, caponem nigrum, ſtercus columbi, ſubige ovi albumine, & mellis modico. Item mercurij ſublimati; arſenici, ſalis ammoniaci partes æquales, coque in urina vel aceto ad ſpiſſitudinem. Vel ſalem ammon. applica.

Ulcus internum, vide Plagæ.

Ulceris lenitur dolor, & ipſum ulcus maturatur, ſi fungum ſiccum aquâ emollitum applices, & ad hoc magis ſerviet fungus niger.

Vox vide Guttur; Lingua, Pectus.
Uvula vide Guttur.
Varri vide facies.
Ungues vide Manus, Pedes.
Uterus vide Mulierum morbi.
Venæ vide Nervi.
Volvulus; vide Pectus.
Vigiliæ vide phreneſis Somnus.
Ventriculus frigidus vide Pituita.
Variolæ vide Puerorum morbi.
Vena pectoris rupta vide Sanguinis fluxus.
Vomitus ſanguinis vide ſanguinis fluxus.
Vires vide Senium.
Venter vide Stomachus.
Umbilicus vide Stomachus.
Vibices vide Tumor.
Veſica vide Urina.

## *Vomitus.*

Vomitum ſiſtit ſolſequij decoctum ex cerviſia vetere, bibitum. Ciet vomitum ruſtica, folia ſiccata terantur, quantitate dimidiæ iuglandis, aut minoris exhibeantur etiam laxat. Vomitum ſiſtit in mari Vini malvatici unc. ſex, olei vitrioli Rom. gutt. ſex, ex his bene mixtis bibat quotidie mane unc. unam. *Vomitũ ciet*, Dalchautum diſolve in aqua, coque, bibat fere duo granis cum conſ. roſarum, vel ſalis vitrioli gr. 7. in aliquo liquore ſoluta ſumat, vel ſuccum ellebori & eſulæ, aut pulverem eorum cum felle tauri miſce, addito albumine ovi, unge ventriculum, vel aquæ tepidæ lib. addito cochleari olei ebibat, vel fermentum panis cum ſucco menthæ ventri apponatur.

*Vomitus movet iter maritimum*, Sed illi non ſunt ſiſtendi, poſt illos verò lens cocta cum modico pulegij, aut panis macerati in vino aquoſo & odorato ſumendus, potus modicus ex mulſo aquoſo, vel aceto mulſo, quo plures vomitus minus cibi ſumendum, Contra odores malos valet in navi olfactus cotoneorum, aut thymi, aut pulegij, Ante ingreſſum navis aliquot diebus minus ſolito edendum, ſed de cibis bonis deferre prodeſt cotonea, cappares, mala punica, bonum diacotoneon, coriandra præparata. Primâ die non aſpicienda eſt aqua, neq; caput tenendum elevatum, & modicum ex cibo & potu ſumendum. Vomitus verò & nauſea in mari evitabitur abſynthium & pulegium tere cum vino & aceto & olfacias, aut etiam intra naribus affrica. Vel apij ſemen torrefactum bibe aut abſynthiũ vel aliquot diebus ante ingreſſum navis aquam marinã vino mixtam bibe Aqua maris cæteris craſſior, primò propter ſalem ſolvit ventrem, poſtea ſtringit.

*Vomitum ſiſtit* Panis toſtus ſucco menthæ perfuſus, & maſtiches pulvere conſperſus, atq; calidiſſimus ſtomacho applicatus. Item frondes fraxini in aceto forti coquantur, poſtea contundantur, fiat emplaſtrum ſupra

ſtoma

ſtomachum; *Vomitum movet* Epota radix narciſſi, *Si-ſtit* Frequens allij olfactus. *Vomitum ſanguinis detinet* Menthæ vel raphani bibitum decoctum. Vel lapidem ſpecularem pulveriſet, ac bibat cum aqua; vel cinerem ſuberis cum vino, vel ovorum, aut cochlearum cinerē, aut mel, aut pilulas platani cum aceto *Vomitus excitatur* Aquæ tepidæ libra, oxymel unc. tres, vel ſyrupi a-cetoſæ ſimplicis. Item oleum cum aqua hordei tepida, Item ſucci raphani unc. duæ in decocto anethi, poten-tius erit ſi raphanus aſſeratur. *Vomitum ſiſtit* Pulegij ſe-minum frequens uſus in ovis ſorbilibus, Item ſemina anethi, papaveris maſtichen, ana æqu. miſce cum albu mine ovorum & ſtomacho impone. Item gummi ara-bicum tritum cum cinamomo potum ex vino. Item de coctum anethi cum vino, aut menthæ decoctum cum vino *Vomitum in mari avertit*, Sal nitri, ſalis fuſilis aut loco eius ſulfuris, ſalis gemmæ, ana. drachmam, galangæ maſtiches, cubeberum ana. ſcrupulum miſce, fiat pulvis doſis gr. 4 mane ante cibum in vino opti-mo, confortat ſtomachum, a putredine præſervat. Itē vini malvatici unc. ſex olei vitrioli guttas ſex, ex his quotidie ſume unciam. *Vomitum ſiſtit* Maſtichen pul-veriſatam infunde in aquam vitæ, & in linteo renibus applica, ac ſtomacho adiungendo garyophillos. Item contere panis medullam exſicca & miſce, aceto, & fac emplaſtrum & calefac aſperge garyophillis tuſis, & ap plica ſtomacho.

Vide Appetitus.

*Vomitum ſiſtit*, Artemiſiæ radix, abſynthij, & folia fœniculi ſimul trita, & cum melle tepido in potu data. Vel maſtyx cum albumine ovi & aceto ventriculi foſſu-læ impoſita. *Vomitum movet* Raphani radicis minu-tim conciſæ unc. ß ſeminis raphani, anethi ana, ſcrup unum, bulliant omnia in libra aquæ, colentur addatur ſyrupus acetoſæ ſimpl. unc. duæ. *Siſtit verò* Empla-ſtrum fermenti panis cum ſucco menthæ, Item vinū in quo eſt cocta betonica bibitum. Item ſi ante come-

ſtionem intinxeris panem in ſucco granatorum & comederis, poſtea ipſos cibos ſubinde. Ut cibos retineat medullam panis combuſtam imple aceto, & ventriculo appone, addita prius menthâ, & inſperſis garyophillis. Ite mſiſtit decoctum ſeminis raphani. Item pulegium cum ovo per tres dies retine. Item maſtiches myrrhæ, tellis tauri ana. unciam, vitellum unum, fac emplaſtrum pro ſtomacho. Item folia fraxini tenera tuſa & cum aceto admota ſtomacho. *Movet vomitus*, Coque raphanos cum modico agarici, bibat citò vomet *Ut cibum retineat*; Abſynthium, mentham Romanam tere, & frixa in oleo, & unge totum ventrem calide, atq; herbas ventriculo applica bis aut ter per diem.

*Vomitum ciet*, Toſtum æs ac cum hydaomalite potum; Item atramentum ſutorium. Item betonicæ radices ex hydromelite ſumptæ, Item nārcyſſi radix cocta. Item peponis radix ſicca ex hydromelite pota, doſis drachma. Item raphani cortex ex aceto mulſo. Itē ſuccus é ſambuci cortice exprrſſus. *Vomitum ſiſtit* In nodulo lineo myriſtica nux ligata, & incocta pultibus hordeaceis, quæ edantur. Item panem calentem e furno, excava ac imple menthâ conciſâ, thure, aceto, toſtis prius, deinde ventri applica. Vel frondes fraxini teneras contunde ac in aceto coque, applica ſtomacho.

## *Vrina, Veſicá, Iſthuria, Hydrops, Stranguria, Pueriles morbi, Calculus, Diabete.*

URinam propellit radix raphani in vino cocta & epota, idem facit artemiſia *Qui non retinet urinam* Agrimoniam in vino ad tertias coctam addito ſale ieiunus bibat. Item urinam non detinentibus in lacte pueris datur pulvis maxillæ Lucci non ſalitæ mane & ſerò vel pellicula interna ſtomachi gallinæ ſiccata & in pulverem reducta itidem ſeró & mane.

*Urinæ difficultati* Succurrit ſanguis hirci ad ſolem ſiccatus

ficcatus in vase vitreo, additur illi aqua saxifragiæ, pimpinellæ, calamandrinæ, ana. æqu. & ita relinquuntur per octo dies atq; in sole ficcantur, residuum quod manet in pulverem reducitur. sumitur pulveris drachma cum cinamomo. Urinam detentam propellit rasura tamarisci in potu sumpta. Promovent etiam cepæ medullæ extremitati virgæ applicatæ.

In stranguria. Involvitur sevo bubulo virga. Urinæ solvit difficultatem, coquatur gallina ad dissolutionem carnis ab ossibus, ex hoc iusculo lib. quinq; pulveris resinæ pini dr. duæ bibantur, statim solvit. Item prodest succinum in potu sumptum, Item alsium glandi virgæ alligatum pistum Item pili cervini suffumigati Urinam movet pinguedo galli cum cepis inuncta pectini, vel cepa cocta & emplastrata, vel unguentum Agrippæ inunctum, vel nuclei avellanæ, maxillæ lucij pariter sumptæ, contritæ, vel croci pulvis in cannam mēbri viridis impositus; vel Chrysomelorum & Persicorū nuclei in pulverem redacti ac in potu sumpti, similiter epoti flores iuglandium. *Urinam dum pueri noctu non retinent* Vesica caprina, vel ovilla tosta ex posca propinetur, vel calaminthe & myrrha in vino ante cænam detur. *Urina facilitatur*, Gryllo ficcato, in pulverem redacto, & in potu exhibito.

*Urinam movent* Potenta pilulæ ononidis. *Urinæ stillicidio* Cucurbitam in furno reduc in pulverem, & quantum bis capit apex cultri sume in iusculo caponis. Item seminum melonis, cucurbitæ, saccarum misce cū aqua rosarum, tollit dolorem. *Incontinentiam urinæ, nocturnæ sedat*, Scabiosam, flores fabarum tere, una unc- ss bibat in decocto pomi aurei & vino. *Urina crucians* Radices malvæ altheæ, petrose[illegible], ana. manipulum coque in aqua ad consumptionem tertiæ partis, sumatur cum butyro quantitate nucis poculum unum ante prandium. *Retinebis urinam* Sumpto cerebro leporis, Item vesicam porci aut capræ aut ovis sume. Item glandes tritas. *Difficultatem urinæ solvit* Po-

gulum succi parietariæ. *Urina cruenta* Allium cum ruta coctum bibat. *Urinam continent* Sumpta in pulvere cornua hirci, aut stercus leporis. Item Hordeum muridum. Oleum mellis infusum. Phænicis folia in austro vino pota. Mumia cum caprino lacte. Tormentillæ radices in succo plantaginis. *Urina sanguinea* Dactylorum ossa combusta, drachma serici usti dr. ß epota. Item Millefolij farinæ uncia cum boli armeni drachma, ex vaccino lacte ieiunis datur. Item plantaginis succus cum millefolij succo potus. *Urinæ ardor* Cuminum ex dulci vino. Glycirizæ radix Lactucæ semen potum. Lagopi totius decoctum. Myxaria, Cucurbitarum & cucumerum semen.

*Stranguriæ seu stillicidio urinæ* Acori decoctum. Amaranthi comæ ex vino pota. Arctri radix & semen ex vino potum. Asparagi sativi assi vel cocti eiusdem radix cum ficubus sub cinere coctæ. Calamus aromaticus cũ gram. vel apij semine coctus. Fæniculi erratici radix pota. Populi albæ corticum uncia cocta. Sanguinariæ Efragia in vino cocta & pota. Sysimbrij semen ex vino potum, Parietaria supra tegulam calefacta ac vino malvatico perfusa pectini imposita.

*Stranguriæ* Prodest linguam anseris in pulverem redactam ebibere. Urina stillicidio in muliere allium decorticatum conteritur in mortario & cum lana imponitur *Urina noctu* contra voluntatem effluens ita continetur. Erinacei carnes exsicca, fac pulverem, sumatur eius drachma. Vel pulveris agrimoniæ quatuor drachmas in potu exhibe, sed salis abstinendum

*Urinæ profluvio* Vocant *diabetam*. Emplastrum ex millio & aqua hordei impone ventriculo.

*Quibus involuntarie fluit*, Stomachorum gallinæ præpar. unc. unam cineris, erinacei combusti dr. tres, horũm pulverum eundo cubitum sumat cum vino dr. unam. *Stranguriæ* Baccas lauri sumat. Vel herbæ & summitatum anethi ana. manip. ß. coquantur, bibat. Vel cancrum vivum in mortario contere, affunde vinũ percola

percola

percola, bibe. Vel misce potui. semina raphani, apij; petroselini, nucleos persicorum. Vel tres nucleos avel lanæ ex aqua bibe. Urinæ difficili, radicem fæniculi coquat in albo vino, & ieiunus bibat. Itemq, semen lini coctum optime quam calidissimum applicet virgæ. Vel lapis in capite limacis repertus sumatur in potu. *Urinam cito movet* Sapo alligatus umbilico. *Urinã noctu non retinent* Bibat per triduum cum aqua stercus capræ ustum. *Urinæ ardori* Cum sanguinis eminctione qui obnoxius, salsa & aromata, cepas, allia, vitet, caveat ab ira & coitu.

*In stranguria* Fimus bovis cũm melle calefactus pectini apponitur. Vel cimices triti cum oleo & adipe cyrogrylli pectini & virgæ illinuntur. Vel pilorum leporis cinis bibatur. Vel cinis iringorum cum saccaro sumitur. Vel raphani radix cocta in vino albo cum cinere pilorum leporis bibitur Vel radix verbenæ trita cum vino tepido propinatur.

*Contra urinam cruentam* Marrubium cum passulis & aqua bibatur. *Stranguriæ* Statim succurrit esus corticum pomi citrini. *Urinam provocat* Radix raphani cocta in vino & pota. *Suppressam non ex calculo movet* Calefactio ventris ad ignem. *Urina cruenta* Gallinam nigram coque ut diffluat, iusculum erit pro tribus dosibus. *Urinam provocat* Seminis urticarum pulveres in vino albo sumat, postea bene tectus in lecto per horam iaceat. Item parietariam in butyro frixam applica. Item Saxifragiam, hyosciamum, parietariam, valerianam, ana unciam, zingiberis, unc. duas, pulverisa dosis cochear in vino albo aut iusculo. Item pulveres seminum apij in vino albo, vel iusculo. Item lactucæ trixæ in oleo camomillæ, anethi ana æqu. fiat emplastrũ in loco eodem modo applica parietariam frixam in oleo scorpionum. Item fructuum hederæ bibat pulverem. Item bibat aquam agrimoniæ, aut decoctum malvæ, vel chamomillæ. Item vinum temperatum decocto parietariæ, & ipsa herba cocta in carnis iusculo comedatur

medatur. Item pulveris ſaxifragiæ dr. duas in vino vel ovo recenti ſumat ieiuns. *Urinæ guttatim fluenti* Radicum angelicæ unciam, hordei decorticati unc. duas, aquæ lib. XII. bullians ad dimidias, caliculum bibat ante prandium & cænam per dies XX. Item amygdalas edat torrefactas. *Urinæ difficultati*, Semen lactucæ bibatur in aqua plantaginis, vel radices acanthi in vino albo, drachma. vel decoctum aniſi, vel ipſum aniſum edatur, vel petroſelini decoctum, vel edat aſparagos, vel pulveres betonicæ in vino. Utatur croco in iuſculis, vel decocto radicis fragorum, aut hederæ terreſtris, vel in iuſculis oleo iuniperi. Item ſpicæ nardi, vel aqua diſtillata plantaginis. Item taxus barbatus ſudendo applicatus.

*Urinam provocat* Lixivium ex cinere fagi, cum olei, aquæ roſarum ana. æqu. bibatur calidum. Item bibat in vino tepido lapidem de capite limacis. Item ſemen petroſelini, millium album pone in ſacculo, coque in vino albo, applica pectini aliquoties. Item raphanum in albo vino infunde per noctem, & mane bibe. Item galbani emplaſtrum appone glandi. Item cortices cancrorum ſumpti in aqua tepida movent urinam intra horam. Item veſica capræ combuſta ſumpta in aqua ſaxifragiæ, eſt efficax. *Urinæ in continentia* Virgam porci exſicca, reduc in pulverem. propina in rubro vino *Lectum madefacienti* Veſicæ porci pulveriſatæ bibat drachmam in modico vino. *Urinæ cruentæ* Frondes roſmarini recentis bene contunde, & cum vino miſce albo, cola per linteum, bibat ter aut quater, ſanabitur.

*Incontinentia urinæ* Veſicam alicuius piſcis fluviatilis bibat ex aceto lunâ novâ eundo cubitum, eſt efficax. Cerebrum leporis ſumptum cum vino urinam continet.

*Urinam movet* Florum geniſtæ aqua diſtillata & ſoli per menſem expoſita, ſumpta cum ſaccaro mane. Itē tartarum crudum ſubtiliter, ſolve in aqua filtra, permit-

e evaporara, ut in vitro ſolum ad 4. digitos reſtet, fiet ſal, qui ſtatim urinam movebit.

*Urinæ viſcoſitatem ſolvit* Immiſſa candelula cerea pelliculis internis ſubtilibus ceparum involuta. *Urinæ incontinentiæ* Bibat decoctum corticum granatorum. Item ſemen acetoſæ in oleo ſumat. Item pulveres oſſiū equi marini. Item pulveres veſicæ vervecis. Item ſtercus capræ tritum in cerviſia. *Urinanti in lecto* Un gulam capræ pulveriſatam propina. Item decoctum ex corticibus granatorum bibat ſæpius. Item pulverē ex matrice aut veſica capræ ſumat in lecti ingreſſu.

Vide Calculus.

*Urinæ incontinentiæ* Pudendum ſuillum quomodocunq, paratum, coctum aut aſſatum.

*Biabet.*, Veſicam ſuis, vel pulmones hædi emplaſtrantur. *Urinam reddet* Statim applicato pectini cocto ſub cineribus allio. Vel gummi hederæ dr. unam cum aqua ſaxifragiæ, & raphani ana. unc. duas bibat.

*Pueri cùm urinam noctu non continet* Veſicam capræ in furno ſiccatam & tritam dr. unam in vino ſtiptico ſæpius bibat. Idem præſtat guttur gallinaceum, ſed nō adeò efficaciter. *Urinam pellit* Medulla plumæ anſerinæ ſiccata & in potu exhibita, imò cannæ immiſſa.

*Si urina omnino ſit ſuppreſſa* Aquam ex hedera quæ habet folia maiora & magis nigra, poculum ſumendum bis aut ter, ſed non niſi in neceſſitate cùm ſit vehemens, & ſi non operaretur intra 24. horas ſume dimidium poculum aquæ urticarum, cum dimidio prædictæ aquæ.

*Pro urina retinenda* Tres nuces cupreſſinas in vino tepido ſumat, vel veſicam capræ, aut ovis exuſtam, vel urticam & malvam coctam in ſanguine porci. *Movet urinam* Pulvis corticum avellanæ. Item ſemen violarum cerulearum ſylveſtrium.

*Morbos veſicæ & urinæ incontinentiam ſanat* Veſica bubula cocta in aqua, & ſiccata & in pulverem redacta, datur in ſua decoctione. *Retinet urinam* Noctu

eundo

eundo cubitum, comedat tostas nuces avellanas. Item guttur galli contusum exhibeatur ieiuno in aqua tepida. Vel testiculus vulpis siccus in vino odorifero. Vel calaminthum cum myrrha in aqua ante cænam. Vel per triduum semen ruthæ agrestis in potu cum vino eundo cubitum. Vel pulverem agrimoniæ drachmam quæ omnia iuvant eos qui noctu non retinent urinã, Mulieribus uerò pro eadem affectione sunt hæc propria. Succum foliorum cupressi, olei sesami, ana unc misce, da in potu mane & eundo cubitum, abstineat interea ab acidis & oleribus Pinguedo iuvat, uti & potus aquæ frigidæ. Item glandium balaustiorum, myrrhæ, foliorum myrthi siccorum, aluminis, alkannæ, ana. æqu. fiat pulvis, exhibeatur cum aceto forti Itẽ Vesica tauri, vel capræ, aut ovis nigræ, siccetur, & teratur, propinetur in aqua & aceto Item vesica suis sin vino. Item vesicæ capræ, vel ovis ustæ, calamenthis seminis myrthi, testiculorum leporis ana. æqu. fiat pulvis detur ante somnum drachma in vino odorato.

*Dysuriæ seu difficultati urinæ* Abrotani semen tritum & in aqua ebullitum, & in potu datum. Adianthi decoctum potum. Althææ radicis decoctum ex vino, Cimices triti & fistulæ urinariæ impositi. Graminis decoctum potum. Lapis hemathites cum vino potus. Locustarum suffitus fæminis prodest. Mei radices tritæ potæ, Ocymi semẽ potum. Oleum amygdalarum. Pastinacæ semen. Sampsuchi decoctum. Salomoniæ radix & aqua pota. Succus anethi, vel seminum apij, vel ex fæniculo, vel ex petroselino lupuli flores vel folliculi

*Ischuria sive suppressio urinæ*, Apij hortensis folia cõcisa & cum vino, ac scorpionum oleo in patella fervefacta, pubiq; calida admota. Atramenti sutorij scrup. ss. ex aqua agrimoniæ. Lauri baccæ cum triticeo fur fure, iuniperi baccis & allio contritæ, & subinde super candenti tegula aspersæ, pubiq; admotæ, Item parietariæ tres unciæ potæ. Pimpinellæ radix bibita, Raphani radix minutim concisa, & vino albo meraco insper-

sa

ſa, in ſartagine calefacta, pubiq; admota. Item raphani ſuccus in vino hauſtus. Veſicæ halecum tres tritæ exhibeantur cum uncijs tribus aquæ petroſelini. *Diabete* Semina lactucæ conterantur, & vino veteri infundantur, de quo fiat hauſtus *Retinet urinam* Myrrha, glandes, ana. æqu. fiat pulvis ſubtilis, bibat drachmā cum aceto. *Urinam nocturnam involuntariam ſiſtit* Suffumigium tabaci; ſuillæcinia, leporum teſticuli, guttur galli toſtum & exſiccatum, cineres erinacei pulvis exſiccatorum pilorum.

*Duritie seu urinam moventia*, Abſynthium, Acantri radix, Allium. Amygdalæ amaræ, Anethi comæ ſeminiſq, decoctum, Aniſum potum, Apium hortenſe, crudum & coctum, ſed eius ſemen potentius artemiſia, Aſparagi, Brioniæ drachma cum vino pota. Calamenthæ decoctum, Calamus aromaticus. Cappares, Cardui radix pota eſt efficax. Carum potum. Cepa cocta. Cicer, Cinamomum, Crocus Croci ſemen ex paſſo Cucumeris ſemen, Cytiſſi decoctum, Dauci ſemen potum. Hordeum, Glandes. Hiacynthi radix pota. Iuniperi baccæ potæ. Lentiſci decoctum. Mel, Millij pultes. Mulſum Paſtinacæ radix, Piper, Porrum capitatum. Raphani ſemen Ruta pota vel manſa, Salviæ foliorum decoctum bibitum. Serpillum potum, Umbilici veneris folia cum radice comeſta. Urticæ folia cocta Iuniperi foliorum, aut baccarum decoctum Lavendulæ flores in vino cocti. Lixivium ex vino albo & iuniperino cinere 4 unc. potum, quod etiam *Hydropicis* Prodeſt. Pulegij decoctum, Raphani ruſtici radix contrita cum vino albo & recenti & butyro calefacta pubi illita, vel pota. Synapi ſemen.

*Urinam provocat* Radix petroſelini cocta in vino bibita. *Continet verò* Lectum profundentium, criſta galli ſiccetur & trita in potu detur. Vel combuſtum galli in potu aquæ tepidæ. Vel teſticulum vulpis contritum ſiccatum bibat. *Urinæ difficultas ſolvitur* Si membro applicentur cimices cum oleo amygdalarum ama-

rarum

rarum & adipe cuniculi. *Ardori urinæ* Succurrit, cùm excernenda est, membrum in sero lactis teneatur. *In lecto non detinens urinam* Pulverem ungulæ caprinæ bibat. *Urinæ difficultati* Valde prodest suffitus locustarum. *Incontinentiæ*, Mastiches drachma pulverisata sumat in vino nigro ieiunus & ante cænam horis duabus. Item Hyssopi montani libram coque in lib. XII aquæ ad dimidias, percola, bibat ieiunus unc. sex cum dr. 4. mastiches tritæ.

## *Vulnera, Fistulæ, Infixa corpori Sanguis Nervi, Plaga Ossa costæ, Inflammatio cutis Fissuræ Sclopo vulnus, Cicatrix, Putrædo, Spasmus, Cancer, Ambusta igne.*

HAnc universalem curam vulnerum impressit Angelus Blondus cum authoritate Pauli III. Papæ, & Senatûs Veneti Anno 1542. imprimis sanguis sistatur, quod fiet apposito albumine ovi bene agitato; & stuppis lineis imposito, magis verò sistetur, si thus candidum, aloë, sanguis draconis, bolus armenus, terra sigillata, omnia trita, prædicto albumini mixta, & per triduum alligata vulneri fuerint. Multo autem fortiùs sistetur, si vitrioli Romani, sanguinis draconis, boli armeni; pilorum leporis, æruginis lebetum, aloës, thuris; telas araneæ, omnia trita prædicto albumini adieceris. Hoc facto, corpus purgetur, & vulneri una pars olei abietini, duæ olei rosacei instillentur. Aliud eiusdem ibid. Æger expiatus per sacram exhomologesim, & contritus, dicat ter Pater noster, & ter Ave super aquam Tum sic oret Benedicta sit S. Trinitas atq; indivisa Unitas, & confitebimur ei, quia fecit no biscum misericordiam suam. Benedicamus Patrem & Filium cum S. Spiritu. Et inclinato capite emisit spiritum. Pater noster. Aue. Ista aquâ vulnus foveat.

Non

Non poneremus hæc in noſtris chartis, niſi ſub tantis authoritatibus impreſſa legiſſemus. Qui tamen de-monſtraverit has authoritates confictas gaudebimus ſi & iſti curationi per aquam induxerit lituram.

*Vulneris profunditatem explorat* Flud: hoc modo ferrum quo vulnus inflictum candefacis igni, mutat eouſq; colorem quo pertigit intra corpus. Vulnera ſanat, Mellis, ovi cum vitello ana. æqu. therebinthinæ quartam partem, coque ad ſpiſſitudinem, fac emplaſtrum.

*Nervus ſi fuerit ſectus,* Oculos cancri tenuuiſſime tere, & inſperge, ac ſicco linteo religa ne humiditas ad nervum pertingat, tege, per 24. horas tum vinculis calefactis ligetur per duas vel tres dies. *Vulnus membro inflictum* In cuius ſigno eſt Luna, creſcente Lunâ copiâ humorum ingraveſcit, maxime ſi illa fuerit infortunata. *Plagas & vulnera ſanat* Verbaſcus trita & impoſita, prius tamen vulnus eſt vino abluendum. Vulneri cuiq; ſuccurrit, picis græcæ, ſulfuris, olibani, ana. æqu. tere cum ovorum albumine, & maneat ſupra vulnus in modum emplaſtri per triduum. *Vulnera interna ſanat,* Epotum radicis garyophillatæ decoctum. Iuvat & externa, ſi illo proluantur.

*Vulnera ut citò ſanentur* Terebithinæ ℥. unc. unam vitellum unum, purum novæ ceræ, & ſalis, fiat unguẽtum. Item vinum & oleum coque ad dimidiam, unge. *Non inflammabitur vulnus* Si granorum canabis ederis drachm. Item coronea aliquamdiu in furno cocta, poſtea ſoli expoſita in oleo per dies 20 illinantur olei verò huius cochlear ſumptum omnem corruptionẽ a corde propulſat. *Si ferrum manſit in vulnere* Cinerem hirundinis in olla combuſtæ, & murem diſſectũ ſuppone cum farina ex ſemine lini facta & radice cucumeris ſylveſtris. Vel linguam vulpis in oleo coctam appone. *Si coſtæ ſint fractæ,* Plurimum iuvat ebibere in vino veteri fimum caprinum. *Vulnus ne putreſcat,* Saccarum inſperge. *Potio vulneraria* Cerviſiæ vetuſtiſſimæ menſuras duas, cui manip. adde pervincæ, cauli-

culum artemisiæ rubeæ, parum herbæ Germ. Roditheil vel eius loco pervincam, coque in vase fictili bene clau so ut medietas consumatur, percola & in lagena clausa serva; mane, meridie, & cubitum eundo, ex hac colatura sumantur tria cochlearia, eâdem vulnus abluatur, & post huius potum saltem per duas horas a cibo absti. neat, folium caulis rubrum parte asperiore vulneri alligat.

*Vulnus si inflammetur aut membrum aliquod* Sperma ranarum applicetur, vel plantago, vel lapatium acutum, vel folia solani nigri. *Vulnus intra paucos dies concrescit* Infuso in illud glutino facto ex corijs animalium, & linteo ligatum, prius tamen sanguis est exprimendus. Vel *Si vulnus inflammetur*, Collige spumam lactis, coque, & in aquam frigidam effunde, habebis butyrum cuius unctio quamvis inflammationem sedat. *Si quid inhæsit vulneri* Extrahet lingua vulpis etiam sicca admota. Vel cancer vivus cum pinguedine leporis tusus & vulneri impositus, ex parte vero adversa tres, aut quatuor flores fabaceos alliga per diem & noctem. Vel radicem filicis tusam cum adipe applica. Vel radix cocta paliuri. *Fistulas pulvere* Mysiloli asperge. Vulneri applica sempervivam cum panis triticei medulla tritam. *Vulnera intra triduum* Curat emplastrũ factum ex armo & genitalibus tauri. Porta vulneribus prosunt folia querna supra mollem petram trita.

*Fistulas* Curat testudinis combustæ cinis. *Vulnera antiqua*, Vivam calcem in aqua solve ter in diem remiscendo, percola, & intinge lintea applicanda. Vel expressum urticarum succum instilla, & ipsas tusas applica, curant instar balsami. *Inflammatio e vulnere tollitur* Applicato viridi contuso absynthio. *Cum aliquid vulneri inhæret* Ferrum mundum Valerianæ succo tinctum appone, deinde ipsam herbam contusam, tum religa.

*Vulnera sanat* Millefolium tusum cum vino nigro applicatum.

*Vulnera citò sanat* Ceram recentem flavam liqua-

ad

l ignem, & *liquatam* infunde ſepties in vinum album
t in eo congelet, adde lateris triti partem, diſtilla in
ucurbita vitrea luto inducta ad medium. lento igne,
er horas octo, tum unge ſenſim ignem, & aquam quæ
ffluxit in vaſe vitreo bene clauſam ſerva, illâ vulnus
avā; & illam in linteolo applica

*Infixa corpori extrabit* Fimus anſeris appoſitus, vel
inis hirundinis uſtæ cum aceto admotus, vel gladioli
adix tuſa iniecta, vel Paucedanum, id eſt fœniculi ſyl.
eſtris oſſicula contuſa. Omnia quæ in vulnere ſunt ex-
ludit allium elixatum tritum applicatum. *Oſſa capitis
racta ut prodeant* Æger bibat in vino violas tritas, &
pars dextra læſa eſt violam tritam ſupra plantam pe
is pedis ſiniſtri, & e contra, applica. *Vulnera antiqua
anat* Alumen rocca uſtum addito albumine ovi

*Signum quod vulnus pertigerit ad viſcera* Si plumula
uperpoſita; vel flamma candelæ moveatur. *Si coſta ru-
ta,* Difficile eſt reſpirium. *Cum eſt vulneratum iecur*
Copioſius fluit ſanguis, dolor magnus, tuſſis parva.
*Cum lien* Sanguis fluit niger, *Si ventriculus* Stercora
xeunt liquida. *Si veſica,* Ceſſat urina in via ordinaria
ed per vulnus fluit. Quando *Meſentarium læſum* San
uis nigrans fluit, dolor fit maximus, videtur læſo,
uod nervi cervicis iam huc iam illuc moveantur, hoc
ulnus eſt letale. *Si inteſtina elapſa ſunt refrigerata,*
Excipiatur vinum malvaticum ſpongiâ, & irroretur.

*Oſſis fractio* Palpatu percipitur, & figura membri fit
næqualis, Si commoveatur, ſonat; pars tacta dolet,
nec poteſt ſuſtineri, quo fractura capiti vicinior eò do-
loris maioris.

*Vulnera ſanat* Primâ vice calidiſſimum, deinde mi-
nus calidum, & ſic deinceps applicando id, olei ſambu-
cini unc. tres, terebinthinæ claræ unam, miſce ad i-
gnem. Item carduus benedi. ſub initium Iunij colle-
ctus. *Dolorem mitigat,* Terpentinæ unc. unam ſs. a-
loë unc ſs. farinæ hordei unciam, fiat unguentum fri-
gide adhibendum. Vel thus, galbanum, maſtichen, ſe

sapinum ana- unc. ſs. adipis hirci, gallinæ ana; unc. duas, Reſinam pini unc. unam, ceræ novæ unc. ſs. picis navalis uncia una, miſce fiat cerotum.

*Ad omne vulnus* Olei de lentiſco; laurini ana. unc. tres. Malvaſia unc. duas & dr. duas, miſce, coque ad conſumptionem malvaſiæ, tum adde minij unc. tres, miſce, fiat emplaſtrum. *Vulnus recens intra diem*, Vetus ſanat intra tres dies. Sanguinem humanum, ſarco collam, adipem vervecis, ſanguinem draconis, picem græcam, ſalem ammoniacum, galbanum, bdelium, gluten factum e charta pergamena, gluten piſcium, ceram, bolum armenum, thus album, terebinthinam oleum, ana. unc. unam. Coquantur ſimul oleum, thus cera, tum reliqua infundantur cavendo ne adurantur, fiet emplaſtrum. Braſſatella applicata ſanat vulnus. Hypericon, centarea, & prunella tam interna quam externa vulnera curant, Idem facit ſcolatenna in potione adminiſtrata.

*Cutis d pulſa ut redeat*, Oleum camomillæ cum ſale coque, & calidum inunge. *Vulnus ne inflammetur*, Edenda drachma ſeminum canabinorum.

*Vulnera conglutinat*, Terebinthinæ uncia, vitellus ovi unus, cera nova, & ſal. *Balſamum pro vulneribus*, Gummi elemi, galbanum, terebinthinæ; ana. lib unã ceræ albæ lib. ſs. diſtillentur in alembico vitreo. *Cito ſanat*, Gummi elemi unc. ſs. reſinæ pini unc. ſex; maneant in aceto forti per horas ſex, deinde lentè in vaſe æneo coquantur addantur olei laurini unc duæ, olei abezzi unc. duæ, ſucci ſalviæ unc. quatuor ſs. coquantur lento igne miſcendo, donec acquirant colorem auri *Infixa corpori extrahit.* Radix arundinis cum folijs valerianæ tuſa & applicata. Vel myrrham, manna, a. na. æqu. tere & pone in ovo, quod coque in cineribùs involutum linteo madido, reſolvetur in oleum. *Vulnera ſanat*, Millefolium tritum cum vino nigro applicatum.

*In labiorum, manuum, capitis, mamillarum, fiſſuris.*

Lytar.

Lytargyrij argenti, myrrhæ, zingiberis, ana, unciam, pulverisentur subtilissime, adigatur cera recens, mel oleum, fiat nnguentum, quod applicetur prius saliva per uncto vulnere.

*Vulnera intra biduum curat*, Similis est argento vivo succus in ulmo, hunc in vase vitreato ad lignem coque ut spissetur; fiat unctio, Alexius. *Cicatrices tollit*, Butyri, axungiæ porci ana, æqu. solva ad ignem, adde terebinthinæ parum & misce, novies aquâ elue, & ad quásvis ternas uncias adde unum vitellum ovi, & parū aluminis usti misce, fiat unguentum.

*Pro vulneribus globorum* ℞ Galbanum, ammoniacū, bdellium, ceram, oleum, baurachli lib. duas, spumæ argenti præparatæ lib. unam, olei lauri unc. unam ss myrrhæ, mastiches, aristolochiæ, terræ cadmiæ, sive lapidis calaminaris præparati unciam unam, camphoræ unc. ss, terebinthinæ dr. unam, pulverisa, dissolve igni quæ opus, coque tum accipe gummi quadruplex, superfunde acetum vini, in olla vitreata larga per noctem coque donec gummata sordes reijciant, tum percola, & immitte spumam argenti, ubi nigrescet, impone spatulam, si non tenaciter adhæret, bonum est: inne frigida medice & leniter, tum illa gummata sensim magnitudine avellanæ inijce, donec totum gumi injeceris, si enim simul inijceres ebulliret foras quocirca tutius est supra aquam coquere, ut si materia ascenderit, in aquam cadat, & rursus colligatur; tum parumper coque, & inijce, myrrham, masticen, ut supra dictum; contusas; thus, terram cadmiam, aristolochiam misce supra lentum ignem; tum therebinthinam & oleum lauri: & ubi plana refrigereta fuerit, appone camphoram, & totum in aquam calidam effunde, ut manibus tractari possit. Hoc facto affunde oleum artemisiæ & in pelle hinnuli bene præparata annis 50 servare poteris. *Valet ad omnia vulnera etiam inflammata.* Vi de Ulcus.

Vel ceræ unc. unam; colophoniæ, mumiam, ana unc.

unc. ſs, coque lento igni & verſas deinde adde myrrhæ unc. unam, minij unam ſs coralliorum alborum dr. ʒ. magnetis unc. unam misce, coque adde thuris ac maſtiches unc. unam camphoræ unam ſs misce ut dureſcat. Valet hoc emplaſtrum *pro quovis vulnere.*

*Si quis in thorace vulneratus,* Aquam mulſam biberit, per vulnus illam expuet. Vulneratis aquoſus potus nocet, quia tarde ſanantur. *Si recentia vulnera,* Aqua ardente laventur, cito coaleſcunt. *Ad omne vulnus facit* Hoc emplaſtrum. Ceræ, colophoniæ, ſeu picis græcæ, ana. Aſchen Smaltz Germ. Mumiæ, myrrhæ. unc. unam, ceram cum colophonia diſſolve ad ignem, tum mumiam adijce, & Aſchſchmaltz, omnia veria ad lentum ignem, & reliqua illis impone verſando donec frigeſcant, adde inſuper thuris unc. unam camphoræ ſeſquiunc. fiat emplaſtrum. *Vulneribus omnibus per unctionem, morbis verò per intus ſumptionem, prodeſt* Pinguedo piſcis percæ. Vulneratus ſumat ieiunus cum vino cochlear pulverum polygoni, & eodem vulnus mundatum aſpergat. Quodſi *telo venenato fuerit vulneratus* Seminum citri mundatorum a corticibus partem unã, ſcolopendriæ tres, fiat pulvis. cum vino vel phtiſana detur. Proſunt & caules cum oleo dati in vino, & folium quernum vulneri impoſitum.

*Cùm vulneratum cranium eſt,* Si dentibus eius unam fili extremitatem inſerueris, ut eam teneat, per alteram filum extenderis, & extenſum aliquoties percuſſeris ut ſonum edat, nullo id modo pati æger poterit, poteſt verò ſi calvaria ſit integra.

*Vulneri antiquo & eroſo* Vitellos ovorum X. terebinthinæ claræ lib. ſs. miſce, fiat emplaſtrum, poſtquam impletum eſt carne vulnus, ut cicatricem ducat, pulvere pilorum uſtorum leporis inſpergatur, vel ceruſſa.

*Sanguinẽ vulneris ut ſiſtas,* Concide urticas & cum aceto ſuperpone. Vel mentham agreſtem contuſam applica. *Vulnus apertes,* Farinam hordei, albumen ovi, ac mel emplaſtra. *Extrahes vulneri infixa,* Radicẽ arundinis cum melle coctam applica. *Fractæ*

*Fractæ ossa conglutinant*; Cancri vivi in mortario tusi, & calidi applicati. Vel pulveres volatiles in mola cum aqua appositi.

*Vulneri putrido*, Agrimonia trita cum vetere axungia, bis in diem apponitur. Vel eadem cum oleo tusa. Vel sal ustum sæpiùs inspergitur, vel stercus columbi, albumen ovi cum forti vino tritum imponitur, & folia malvæ superponuntur. *Infixa corpori extrahit* Radix de spina rosarum decorticata, & mixta cum melle inuncta *Ferrum verò extrahit* Arvina leporis superiecta.

*Vuluera conglutinat, cancrum & hydropem sanat*, Aqua tormentillæ novem diebus continuis potata. *Vulneribus & ulceribus* Malva prodest.

*Vulnera interna sanantur*, Epoto radicum garyophillatæ decocto. *Vulneri externo*, Picis græcæ, sulfuris olibani albi. ana æqu. tere omnia & cum ovorum albumine applica, ac emplastrum hoc per dies aliquot maneat. *Vulnus intra triduum sanatur*, Polij herbâ contusa impleatur & ligetur.

Vulneribus *si quid inhæsit* Abrotanum cum aceto tritum superponatur. Folia orminis trita *Vepres* extrahunt. *Vulnera recentia intra 24 horas sanat*, vetera tardiùs hoc emplastrum. Gummi elemi unc. sex, teratur in mortario æneo, & ponatur in aceti fortissimi unc. 18, maneat per 24 horas, omnia effunde in scutellam æneam, tum adde libram resinæ pineæ, & coque ad consumptionem duarum partium aceti; postea adde unc. sex olei lentisci, olei laurini, olei rosati, olei lini, ana. unc. duas, coquantur ad consumptionem totius aceti, tum sume duos manip. salviæ eorum succum affunde, & totam humiditatem lento igne consume, adde pulverem mastiches, thuris, ana unciam, misce refrigera. Item *pro vulnere*, Pulueris betonicæ partes duas, scabiosæ unam. Item pulverem bursæ pastoris insperge. *Siccatur, vulnus* Si radice chelidoniæ vel frondibus impleatur. *Ne vulnus doleat* Terebinthinam & folia vitriolæ applica, consueve sine dolore, mastichem, thus, cal-

cem vivam tempera cum albumine ovi, his tinge linteola, unum uni lateri vulneris applica, alterum alteri, & illa consue. *Oleum ad vulnera* Balsaminæ libram reiecto semine; olei veteris lib. 4. pone sub fimo per dies 40 & postea soli expone, extra pluviam utere. *Vulnera intra duas dies sanat*, Balsamum, & liquorem qui adhæret vesicis in quibus servatur earum succus, pone in fictili vitreato, & coque ad spissitudinẽ terebinthinæ Intra 24 horas sanat, flores perforatæ & rosmarini ana. manip. id est, quod manus capere potest, pone in vitro cũ oleo, & pone in sereno sole per dies 30. tũ percola, & adde drachmam zingiberis & modicum croci soluti in bono vino, & rursus expone soli per 28. dies, unge. *Itẽ citò sanatur* Mellis despumati & purificati libram, succi parietariæ q. s. incorpora, fiat unguentum.

*Si vulnus est occlusum*, Aperiatur tollendo sanguinẽ siccum. *Si angustum est*, Et non potest exire sanguis, ampliatur. *Si vulnus in cubito*, Ligatur brachium altius digitis quatuor, aut plus, ne sanguis exeat, & sic maneat ligatum per duas dies, *Si vulnus letale*. Nonnisi semel applicandum illi remedium, idq; leniens dolorem. Vulnus diutius detinendum est apertum ut purulentia exeat, caveat æger a cibo rerũ fumosarũ; quale est alliũ *Vulnus omne sanat* Lacertæ amputa caput& caudam, corpus in oleo coque additis arundinis teneris oculis, adde dimidium ceræ albæ fiat unguentum. Vulnera sanat cortex ulmi interior alligatur, vel folia querna tusa vel cinis lanæ ustæ, vel folia mespili contusa, vel pentaphillo ntusum applica. *Ad fistulas*, herbam crista gallĩ tritam appone bis aut ter. *Cicatrices abolentur* Calcẽ vivam pulverisatam tempera cum rutæ succo, deinde percola, colaturam sicca in sole, & misce cum oleo utere & cera nova, radatur subtiliter cicatrix ut cruentetur, dicto unguento locus ungatur crescente Luna per dies continuos XV. *Vulnera sanat*, Ciri folium cum melle applicatum. *Vulnera, percussionis, apostemata.* Gummi elemi unciam, resinæ pini unam, ceræ novæ unam

nam, terebinthinæ unam incorporentur ad lentũ ignẽ fit emplaſtrum Vulneribus *ferro venenato* illatis, edat radices velerianæ, & folia contuſa applicet, extrahit etiam ferrum infixum. *Spinas extrabit & ferrum*, Abſcinde capita octo aut decem lacertis, ſanguinem qui fluet ex capitibus inunge. Idem præſtat earum caput diſſectum. *Vulnera intra* 24 *horas ſanat*, Olei lib. duas, axungiæ porci colatæ lib. unam terebinthinæ unc. 4. florum hypericonis maturorum tenuiter conciſorum manip duos, croci drachmam, miſce & pone ſub fimo ubi ſol accidit, profundè ad duos pedes, poſt annum efficietur balſamum quam calidiſſime applicandum.

*Cicatrices abolet* Oleum myrrhæ, quod ita fit coque ovum, abijce vitellum, & locum eius imple myrrha, ac pone in loco humido. *Vulnera ſanat*, Ruta cum albumine ovi trita. *Carnem in ijs naſci facit* intra horas 40 nux cupreſſi cum roſmarino & ſalvia applicata. *Educit infixa*, Abrotanũ contuſum. *Vulnera per ſclopos facta*, Oleo ſambucino fovendum vulnus inflammetur, quia nitri ardorem aufert. *Vulneris ſanguinem ſiſtet*, Albũ frigidumq́, imponat induſium, aquâ frigidâ pectus & oppoſita cordi perfundat & pudenda, vena ſecta ligetur ſerico, vel pulvere adſtringente obruatur. *Infixa extrahit* Polypodium quernum contuſum cum axungia, idẽ facit tartara contuſa applicata. *Vulneri* bulbum cũ melle, vel millefolium cum antiquo adipe; vel lanam madentem vino exure, cinerem inſperge, carnem reducet Claudit vulnus ramus ulmi ſuccus hederæ *Cicatricum* aufert. *Fractura oſſium*, Cerebrum caninum alligetur, ac lanâ muniatur ac deſuper oleo inſpergatur, intra dies XIV. ſanat, vel cum vino vetere ſtercus capræ, extrahit *fragmenta, & ſanat. Fracturæ cranij* Tela aranea cum oleo. *Tibiarum vulneri* Stercora ovium cum veruſto adipe, ſi oſſa ſunt læſa. *Nervis ſectis* lumbricos terẽ cum axungia vetere & ranæ pinguedine. *Vulnera antiqua* fove decocto marrubij, vel cinerem hirundinis inſperge, vel coagulum leporis cum vino, vel decoctũ

hederæ cum anetho, vel cineres ulmi cum melle, aut lumbricos, aut lapathum cum adipe & modico sale, aut pini corticem cum vivo sulfure & pice. *Vulnus si nimis sanguinat* Cinerem veræ purpuræ insperge. *Si quid infixum* Corticem radicis spinæ rosarũ cum melle applica, vel quernum polypodium cum melle tusum Arvina leporis *ferrum extrahit.* Vulnera dum ossa aut nervi non sint læsi, calci vivæ affunde aquam ut calx dissipetur, cum ista, oleo rosato, vel communi fac unguẽtum. Item flores camomillæ, rosarum rubrarum, liliorum alborum, ana, manip. 4. apij manip. duos, olei lib. duas, claudantur in olla, & stent in B. M. per tres horas, tandem fiat bona expressio, & servetur. Item pulveres quinquefolij, millefolij. Item succus betonicæ & scabiosæ. Item serpentaria tenuiter concisa in oleo ponatur intra vitrum, & in medio Iunio defodiatur sub terra per dies octo. Item terebinthi unc. duæ, olei rosati tres, ceræ novæ una, pinguedinis porci masculi ss. misce ad ignem. Item salviæ succum, resinam pini, ceram novam, oleum ana æqu. bulliant simul ad unguẽti consistentiam. *Vulnera antiqua*, Laventur sæpe decocto radicum aristologiæ rotundæ, tum apponatur debitum emplastrum.

*Putredinem carnis arcet* Balsamum magneticum, & fit taliter, Pulverem magnetis, limaturam chalybis ana æqu. coque in vitro lucato in oleitate Isatis herbæ in cinerem redactæ. Deinde limaturam magnetis in vino rectificato digere; donec vinum rubescat quod postea effunde manebit in fundo balsamum; cuius tres dantur guttæ. *Vulnera sanat*; Oleum bulliat, lib. duæ ss. addatur minij; cerussæ ana libra, tum saponis Veneti unc 4. & in fine camphoræ in oleo rosato solutæ unc. ss. coquantur ad consistentiam. *Sanat intra 24 horas* Corallorum rubrorum, alborum, olibani; aristologiæ rotundæ; gallarum parvarum; baccarum lauri, foliorum violarum ana. partes æqu. siccentur in umbra fiat pulvis. *Sanat, & si quid est infixum eijcit* Herbæ alchimillæ; py

rolæ

rosæ, saniculæ; vincopervineæ, virgæ aureæ; ana. æqu concidantur tenuiter addatur carabusum; semen angelicæ, misce; fiat pulvis dosis unc, ss. in vini albi lib. duabus coquatur ex decocto mane duo cochlearia sumantur. *Vulnera sanant cito* Folia hederæ in oleo ad consumptionem eiusdem cocta, *Vulnera quacunq; & ulcera digerit* Unguentum fuscum. *Sanant emplastra* Gratiæ Dei; De gemmis, de clarentia. Item ceram; lytargirium; cerussam; resinam pini, ana: libram picis nigræ vitrioli ana. ss. camphoræ unc duas; magnetis iuniperi ana. lib. tres; Olei ovorum unc. iss. mastiches quartam partem unciæ; misce fiat emplastrum. Item cerussæ unc. tres; aluminis; olei iuniperi, vel ovorum; ana, quadrantem unc. camphoræ tantūdem, ceræ unc. tres; resinæ; picis nigræ ana. unc. ss. sevum cervi; thus ana. unc. ss. misce supra lentum ignem. *Vulnera quæsis sanat* Ceram; sevum tauri; ana. unc. sex; supra lentum ignem misce; fiet unguentum. *Purificat & sanat* Resinæ pineæ libram, ceræ unc. tres sevi cervini unc ss. olibani unc. ss. mastiches unciam; viridis æris unc. ss. misce super ignem; fac unguentum. Item resinæ pineæ libram, ceræ unc. tres; gummi unc. ss. cervini adipis ūc ss. viridis æris unciam cretæ contusæ unc. ss, coque & despumas fiet unguentum. Item olei ovorum unciam. olei roseti unc. ss. olei violarū unc. ss mastiches quadr. unciæ, olibani tantundem croci parum; terebinthinæ unc. ss. quæ prius lavetur in vino ut albescat; albi unguenti unciam; misce supra ignem habebis *lenitivum*. Consumit *Carnem mortuam* in vulnere; plantaginis, buglossæ; salviæ campestris & hortensis; pimpinellæ personatæ, centaureæ, ungulæ caballinæ, ana. æqu. ex his libram succi exprime; adde allium; alliu; ceram albam sevum vervecis; ana unc 4. misce fiet unguentum. *Emollit vulnus* Lytargirij unc. tres; olei rosarum tres; ceræ uncia una ss. solve; in mortario tere ut sit molle unguentum. *Vulneris sanguinem sistit* Urtica concisa; cum aceto forti applicata. *Ossium fracturas* Sanat cancri o-

ptimi

ptimi triti applicati. *Vulnus intra 24. horas sanat* Olei veteris libra cinnabaris bene triti unc. tres; coque lento igne donec gutta demissa faciat filum, tum percola, affunde colaturæ olei perforatæ ex gemmulis facti tantūdem; serva in vase bene clauso; instillantur guttæ tepidæ vulneri, ligatur superposita lintei rasurâ. Ad fecum verò quæ ex colatura māserunt libram, adde semi libram olei & coque donec assurgere incipiat facto cortice, proderit hoc etiam multum vulneribus, Itē quod etiam valet *Contra spasmum:* Florum vel seminum perforatæ manip. duos; olei veteris lib. duas; terebinthinæ unam, contunde semina aut flores; & totum pone in vitro ac soli expone, aut etiam defode sub terra per 3. vel 4. menses; postea parum calefiat; ac coletur; tum semina renouētur; & reliqua ut prius fiant; post colaturam adde croci scrup. vini cretici unc. duas; *Cicatricē abolet recentem* Ol amygd. dul. & lactis asinæ partes æqu; misce, unge; sed lac & oleum post duos dies novū sumendum. *Vulneratus an moriturus* Ita experiri docet Crollius in Basil. fol. XXX, calefiat ferrum quo est vulneratus ut ægré manu teneri possit; tum insperge subtilissimum pulverem è santalo rubeo & Hæmatiti, Si guttæ sanguineæ apparebunt; morietur; sed ratio huius non apparet. *Educit infixa* intra horam coagulū lactis applicatum. *Scinditur caro absq; dolore* Si prius benefu erit imbuta succo cicutæ. *Infixa extrahit* Papaver sylvestre cum matura ficu tritum. Item pulvis polypodij cū porci adipe. Item radix arundinis tusa cum melle, Item abrotanum contusum. *Vulneratus* abstineat iuscu lis; herbis, oleribus; utatur vino carne assa ovis recenti bus. *Vulnera quæuis sanat* Tabaci partem unam, succi cardui benedicti unam, olei dimidiam; bulliant ad consumptionem tertiæ partis *Sanat cito* immissus succus capillorum veneris. Item lytargirij aurei unc. sex, olei libram, albi vini generosi unc. sex in hoc vino pone vespere lytargirium; manè adde oleum, & coque igni lentissimo commovendo, donec tota abeat humiditas; tū

adde

adde unc. sex. ſucci tabaci & permitte exhalare humidi-
tatem, tum adde ceram ſufficientem & modicum tere-
binthinæ, fiat emplaſtrum. *Vulnus ferro illatum,* In ol
lam infunde cineres calidiſſimos & applica calidiſſimũ
& dolorem tollit & ſanat. Item betonicæ dr. duas ſca-
bioſæ dr. ſs, ſiccentur in umbra fiat pulvis ſubtiliſſimus
inſpergatur, hic ſanat etiam avium vulnera. Sanari di-
cunt intra 48 horas applicato petroſelino. *Extrahitur*
*infixa ſpina, lignum; vitrum.* Cepa coquatur ſub cine-
re & applicetur. *Cito vulnus ſanatur* Inſperſo cinere
ſtercoris humani. *Vulnus deſperatum* Intra 24 horas ſa
natur. Sub finem Sept. grana herbæ Matris ſylva, ſive
Periclymenon in botra pone; claude ne expirent, & in
fimo calido per octiduum repone; poſt hoc elice aquam
in B M. & quod diſtillatum refunde ſupra feces, & iterũ
in fimo per 24. horas colloca, hoc facto iterum per ci-
neres diſtilla, exibit aqua & oleũ, quæ per B M. ſeparã-
da erunt, hoc oleum eſt efficax *Vulnera cancroſa* Dum
non tranſiit annus, ſanantur applicatis folijs lappæ, *Ex*
*trahit* e vulneribus infixa fimus aurium. *Cancrum indu*
*cit oſſibus,* Maſtiches; thuris calaminthæ, ana. unc. 4.
conſolidæ maioris, boli armeni, ana. unciam picem græ
cam unc. tres ſanguinem draconis unc. duas; mumiæ
unc. duas. *Vermes e vulneribus extrabit.* Ciminum pul
veriſatum. *Ferrum extrabit* Viſcus cerri cum oleo. al-
*Vulnera intra biduum ſanãtur* Succum corticum ul-
mi coque ad unguenti conſiſtentiam. *Iuncturis ſectis* gũ-
mi elemi unc. 4. reſinæ pini libram, olei lentiſci, olei
laurini ana. unc. duas aceti poculum ſuccum ſalviæ, fi
at unguentum. *Vulnera concluſa aperire* Farinam hor
dei mel & albumen ovi appone. *Vulnera putrida; fiſtu-*
*las c ncrum ſanat* Libram ſebi capri caſtrati, terebin-
thinæ unc. octo, tabaci unciam, ceræ albæ novæ unc.
tres ſaccari candidi unam, liqueſcat ſebum & coletur,
& ſolvatur iterum lento igne, tum ceram conciſam mi
nutatim incorpora. deinde adde terebinthinam, demũ
ſaccarum. *Vulnus igne factum* Ceram cum oleo ſquam

calidiſ-

calidiſſimam applica. *Cicatrices tolles* Fructus balſaminæ maneant per dies novem in aquavitæ ſoli expoſiti, iſtâ aqua elue. *Sanat omne vulnus* Betonica ſicca tuſa applicata. *Oſſa fracta* Iungit fotu lentiſci decoctum. Item ligni tiliæ carbones triti & appoſiti. *Oſſi nudata carne veſtit.* Iridis radix ſicca. Myrrha cū cochleæ carnibus trita & illita. *Oſſicula extrahit:* Cochlea tota trita appoſita. Dyctamnus herba, Lacertæ caput intritum & appoſitum. Narciſſi radix cum lolij farina & melle illita. *Vulnera conglutinat* Aloë inſperſa, Altea cocta in vino appoſita, Amurca in cupreo vaſe ad craſſitiem mellis decocta, & cum aceto mulſo aut vino appoſita, Cochlearum carnes cum thure & myrrha tritæ & appoſitæ. Lilii folia; Roſæ folia, Rubrica, Ulmi folia trita, Chelidonij maioris totius pulvis. *Inflatio vulnerum* Fabarum tomentum. Fimus humanus illitus. Pim. foliu trita & illita, Achilleæ coma trita, Millefolium impoſitum, Fimus armentariæ bovis, Malvæ folia trita cum ſalicis frondibus.

*Vulnera contrahit* Sevi cervini, aut vervecini, aut hircini, q. ſ. adde cretæ puræ & reſinæ pineæ ana. quartā partem, olei q. ſ. miſce in mortario.

*Sordida vulnera ſanat.* Melli calefacto adde aquam rutæ, miſce. Item olei lardi ana. æqu. ſolve ad ignē adde partem tertiam reſinæ pini, quæ ubi ſoluta, adijce pulverem thuris, & plus myrrhæ nigræ, hoc totum liqueſiat adiecto modico ceræ & galbani. Unguentum fuſcum. *Putrefactiuum* Maſtiches; galbani, terebinthinæ, ana. drachmam, contere & ſolve ad ignem tum adde ceram, colophoniam; ſeraphinum, elleborum; miſce. *Intra diem ſanat,* Mezereon cum recenti ſevo cōtere, ad ignem lique, miſce, coque bene, fiat emplaſtrū Folia eiuſdem herbæ coque in aqua, & decocto vulnus circumpone ne inflammetur. *Potio vulneraria,* Herbā fortem cum ſuis globulis, artemiſiam, veneris umbilicū betam ana. æqu. coque in albo vino, percola, adde nucem muſcatam tritam, bibat calidum manè & ſerò.

*Vulnus*

*Vulnus lethale.* Oculorum cancri unciam, ſpodij dr. ß perlarũ ſeu conchæ unc. ſs. corallorũ alborũ paulòplus miſce fiat pulvis doſis drachma in vino aquato, vulnus linteo ligetur, & poſtea vino abluatur in quo coctum eupatorium; ſi vulnus periculoſum iteretur doſis, ſemper miſcendo, alioqui ſufficit ſemel dediſſe, ſed ablutio repetatur, interea nullum aliud medicamentum adhibeatur; & quidem ſi hæc potio fluet per vulnus ſignum erit vitæ, alias mors, fluet autem intra 4. horas. *Pro vulnerato potio.* Tormentillæ, pyctamni albi; myrrhæ rubræ, eupatorij coque in aceto, bibat mane & ſerò. *Aquam e vulnere educes* Album græcum ſmegma Venetum, albumen ovi, miſce, fiat emplaſtrũ ſupra elutum.

*Si in vulnere ſanguis non fluat, concrevit.* Exhibenda ea quæ ſanguinem ſolvunt, ut eſt bdelium cum aceto ſũ peum; Item cumini pulvis. Item decoctum ſemini apij; hoc ſolvit & per urinam educit. In vulnere ſolvit ſucci nepetæ uncia, ſucci plantaginis unc. tres *Sanat citò* Albi thuris uncia, adeps gallinæ, cera, reſina pini, ana. unc. ſs. olei unc. una. ſs. fiat unguentum. *Oſſa rupta conglutinat* Maſtiche; thus, bolus armenus, ſanguis draconis; ana. drachmam terebinthinæ picis navalis picis Hiſpanicæ, ceræ ana drachma miſce, fiat unguentũ *Vulnera omnia ſanat* Olei antiquiſſimi lib. tres reſinæ pini unam; porci maſculi tria fella, miſce & coque Valet & contra ſpaſmum. *Spinam infixam extrahit* Radix cannæ, cepa, & radix filicis cum melle. *Capiti vulnerato & in eo ſanguini concreto.* Folia caulium 3 vel 4. pone intra vetus linteum; & acu confige; applica; mutando folia mane & ſerò donec in illis ſangvis aut ſanies apparuerit tum vulnus emplaſtris ſana; poſt radicem artemiſiæ coque in albo vino & propina donec ſanetur *Extrahit ligna, ferrum* Stercus porci adhuc calens applicatum. *Pulvis incarnativus;* Aloën; myrrham ana drachmã ſarcocolã dr. una ſs. thus, farinam volatilem ana dr. duas, ſanguinem draconis, terram ſigillatam; ana dr. duas; ſs. tutiam; lytargiriũ dr. unam ſs. fiat pulvis.

Sanat

*Sanat vulnera* Oleum abezzi; vitellorum ovi terebinthinã misce ad ignem addendo ceræ modicum, est efficax, *Decoriationi*; Aquærosarũ unc. 2. unius ovi albumen sãtali rubri parũ misce, bibat. *Pũcturis acuũ spinarũ* Foliũ aloës coctũ sub cinere applica. *E vulnere educit vermes absq; metu reditus* Pulvis inspersus corticũ arboris Pol. Smrodynia. *Infixa extrahit* Polypodiũ quernũ contusum cum axungia. *Intra 24 horas sanat* Resinæ pini librã olei laurini unc. 2. aut lentiscini, succi salviæ unc. 4 bulliat prius resina; despumetur; tum reliqua addantur ad lentum ignem miscẽdo; sed non applicandum capiti. *Ossium læsorum cum dolor certis temporibus recrudescit* Absynthiũ rutã cuminũ ana. æqu. coque in oleo calidissime applica *Pro novo & antiquo vulnere* Mollificat novã carnẽ generat; galbani, opoponacis; olibani; myrrhæ; mastiches radicum; aristolochiæ ana uncia olei lytargirij auri ana unc. & semis fiat unguentũ iuvat *nervos sectos dolores aufert* dicitur Gratia Dei. Itẽ cerã albã liquefac adipe terebintinæ; olei rosati ana. unc 4. farinæ fabarũ unc. ſs. fiat unguentũ ad lentũ ignẽ, sanat intra dies 12. Itẽ olei lini lib camphoræ scrup. 9. terebin: unciã solve lento igne. Itẽ vulneri pũctim illito infunde hoc unguẽtũ pro quo myrrhæ unc ſs rosinæ pini unciã olei rosati olei nardi ana unc. 2. mastiches tritæ 3. solvãtur & calidissima vulneri infũdãtur; cui ex eodem superponatur emplastrũ. Item aloën myrrham, mastichen succũ verevecis misce, cum oleo nucis & ovi albumine. Item terebinthinæ unc 3. ceræ albæ novæ 3. olei unam; galbani sex mastiches thuris ana. unam coquantur omnia simul. Item terebinthinæ partes tres; ceræ albæ duas; olei rosati, Aristologiæ rotundæ parum; poculum succi beronicæ fiat unguentum. *Vulneris dolorem sistere* Succum apij; mel; axungiam veterẽ; farinam siliginis, misce fiat emplastrum. *Vulnus illatum ferro venenato* Radicem valerianæ edat; folia vero contusa applicet. *Carnem mortuam* Erodit cinis anethi.

Vulnera Capitis Vide Caput.
Vulnera, Vide facies.

Emplastrum, quod *vulnera ab inflammatione & alijs malis defendit*, & vocatur defensivum. Lythargyrium bene in aceto vini coquatur; tum infundatur cerussa trita, & oleum olivarum, ac bene misceatur, *Vulnus simplex* sanabis, abluendo vino in quo solutum est saccarum, deinde ipsum vulnus croco impleatur.

Item applicatum in linteolo crematum optimum & hoc sanat citissime. *Vulnera capitis citò sanant* Folia contusa betonicæ applicata. *Infixa corpori* Educunt folia ormini contusa applicata. *Vulnera sanat* Millefolium herba contusa apposita. *Infixa corpori extrabit.* Iuglans contusa cum oleo olivarum applicata. *Vulneribus ardentibus* Inungatur decocta cum butyro Linaria.

*Album unguentum* Ad vulnera utile, Cerussæ, Olibani albi, galbani, ana unciam, oculos cancrorum tritos. otum infunde in aquam rosarum adde oleum coque, *Extrabet infixa*, Radices pimpinellæ applica, vel artemisiam cum adipe suis contusam. *Inflammationem vulneris tollit* Farina triticea cum albumine & melle applicata. *Fistulis* Euphorbium; masticen, saponem, mi ce, fiat unguentum. *Vulneribus* Mastichen, thus, alòen succotrinam, bolum armenum, sanguinem draconis ana. unc. unc. mumiam, sarcocollam, cortices granatorum; terram sigillatam, ana. dr. duas, olei abezzi unc . ceram flavam novam; picem navalem; ana unc. duas misce. *Vulnera capitis* Betonicæ, Matrisylvæ, Pilosellæ; ana unc. 6 terãtur crasso modo & infũdãtur in vino albo q. s. per horas XXIV. Tum adde, ceræ citrinæ terebinthinæ; resinæ pini ana unc. octo. Olei rosati lib unam ss gummi elemi unc 4. misce; bulliant ad consumptionem vini, colentur cum expressione, tum adde Mastiches; thuris, ana. unc. duas, misce, fiat unguentum. *Vulnera in partibus carnosis & nervosis* Liquefac-

plumbum & in oleum affunde; & hoc toties repete, donec qualitates contrahat plumbi, quod fiet, quando ignē extingvet, in isto oleo coque consolidam maiorem; Pilosellam; caudam equinam; holostium; luciolam; camomillam; ana. æqu. bulliant ad consumptionem tertiæ partis, colentur, serventur in vitro; in panno lineo applicentur, holostium est simile gramini; Itali vocant *Palio. Vulnera in nervis & articulis* Olei lib 4. Consolidæ maioris, caudæ equinæ; ophiglossi ana, manipulum; lumbricorum terrestrium subtilissime concisorum libram; misceantur omnia & sic maneant per dies XL. in sole; colentur.

Si nescis [illegible] quis charissime Lector
Non opus est ut quaeras inspice [illegible]
habes

M. Albert [illegible]
Phia [illegible]

Index Morborum in hoc libro reperiuntur sub infrascriptis Numeris

Sub Litera A

Ave Maria

N